





THEOPHYLACTI ARCHIEPISCOPI BVLGARIAE,

in omnes diui Pauli Ep!as Enarrationes, luculentę ac prorsus diuinæ, ex multis approbatis exemplaribus, nunc demum tanta diligentia recognitæ, vt absolutiores perfectioresq́, in lucē hactenus exierint nunquàm.

ELENCHVS ET ORDO EPISTOLarum Pauli apostoli.

CHRISTOPHORO PORSENA
Romano Interprete.

Coloniæ, Anno M. D. XLII.



AMICO LECTORI S. P.

HOsce Theophylacti in Paulum, commẽtarios, falso hactenus Athanasio inscriptos, Erasmus in suis annotationibus, sup illo Pauli ad Romanos: Qui pdestinatus est &c. luce lucidius, ac vero verius attestat. Præterea nõ tibi deerit Iohãnes Fabri, doctor egregi⁹, in Malleo suo cõtra Luthe̜, tractatu notãter qnto, idipsum confirmat. En, is (inquit) Theophylactus, Vulgariȩ fuit Episcopus, qui egregia commẽtaria in quatuor Euangelistas scripsit, quæ Romæ in Bibliotheca Vaticana secretiori habetur. Hic etiam in Pauli epistolas commẽtaria scripsit, quæ transtulit Christophorus Porsena Romanus, & prior sanctæ Balbinæ, in vrbe, anno à Chro nato, M. CCCC. LXIX. sub põtificatu Pauli, & sunt primo Romæ tẽpore Sixti impressa, tamẽ sub falso titulo, quasi sint Athanasii Alexandrini. Qua re multi decepti fuerunt, quod & mihi contigisse ingenue fateor. Nec meum etiam emendassem errorẽ, nisi dum ex Græcis & Latinis codicibus, hinc inde collatis, aliud inuenissem: licet semper dubitarim, propterea q̇ Basilius, Gregorius quoque Nyssenus in his citati fuerunt. Error itaq; fuit & extat insignis, quo pro Theophylacto Athanasium, p Germaniam, Italiam, Galliã, ac reliquas partes orbis, iam plus q̃ quinquaginta annis fere oẽs legimus. Hæc Faber: Accedit tertius, cognomine Beraldus, cuius hac in re sentimẽtum, subsequẽs ad lectorẽ testat epistolium. Quapropter lector candidissime, hosce in Paulum cõmẽtarios, nemini non Christiano summopere necessarios (funiculus em̃ triplex haud facile dirumpit) non Athanasii posthac, sed solius credas esse Theophylacti. Vale feliciter: Coloniæ ex officina nostra literaria. Anno M. D. XXVIII.

BERALDVS LECTORI.

COmmẽtaria hæc in Pauli epl̃as, quæ aliquot iam annos sub Athanasii nomine ac titulo sunt circumlata, quidã Theophylacto, quẽ iam Vulgariũ nõnulli, quidã Bulgariũ à patria, aut dioecesi, cui pfuerit, nominãt, vẽdicant, & asserunt. Nec dubito, quin optimis rõnibus moueant potissimũ q græca legerunt. Porro cũ hæc nup doctissimis ac multis noĩbus obseruãdi pr̃is Michaelis Bodeti ep̃i Lingoniẽsis iussu, domesticis & studiis & curis occupati recognosceremus inter alia nõnulla id etiam animaduertimus, in eis nõ semel citari Basiliũ, quẽ Athanasio posteriorẽ fuisse ex Eusebio & Hieronymo facile est colligere. Cuius rei visum est lectorẽ cõmonefacere, ne quis nos altũ dormiisse aut historię tẽpoꝝ papæ ritos eẽ putaret. Vnũ hoc satis cõstat, in his cõmẽtariis pia eẽ oĩa & orthodoxa, longeq; ab iis dissidẽtia, quæ theologoꝝ vulgus quotidie magno supcilio indoctæ plebis auribus inculcat. Vbiq; em̃ apostolicum pectus nõ modo explicat opis huius author, sed etiam refert, sapit, ac spirat. Id quod quàm paucis merito tribuẽdum sit, facile intelliget, qui nouitios theologos antiquis illis, cum Latinis, tum Græcis, composuerit. Vale.

F. Christophorus Porsena Romanus, Prior sanctæ Balbinæ, Sixto quarto, Pontifici maximo S. P. D.

CVm mecũ animo voluntatẽ. B. P. cui potissimũ id opus inscriberẽ, q̃d sinploribus lucubratiũculis e græco latinũ feci, occurrit mox Alexãdri respõsum, q seeme moriẽs cũ quæreret, cui nã tm̃ relinqueret principatũ, ei rñdit q optimus eẽt. Ipse vero neminẽ habeo quẽ tibi pponã. Quippe q vt dignitate cæteros superas, ita moribus & doctrina excellis. Nã etsi viri doctissimi sacraꝝ te literaꝝ & diuinæ sciæ peritissimũ iudicãt, nõ tñ negãt probatiores quięq; & sapiẽtes, ea etiã esse mãsuetudine & in oẽs clemẽtia, ac tãta in deũ pietate, vt nõ minorẽ ex his q̃ ex summa doctrina laudẽ assequaris. Nec dubitãt plane id affirmare, iure te optimo ad id fastigiũ, tuis virtutibus, & deo bene iuuãte fuisse euectũ, nõ ambitiõe vlla vel arte, quippe q & oblatos sæpe honores magnificeris, & ita semp nõ ab ineunte ætate te gesseris, vt quouis amplitudinis gradu dignus sis habitus, nõ vt faciunt multi, vt de se male, ita & de deo pessime meriti, q ambiẽdo & pollicitãdo p dolos ac fraudes, & cupidi⁹ lõge q̃ cõsiderati⁹ ad dignitates nitunt, existimãtes fortasse nihil deo eẽ nos curæ, & idcirco prauis cupiditatibus vt faciãt satis, omi nixu cõtendunt, nec sentiunt hi capti hauddubie incredibili cęcitate & psentiũ bonoꝝ auiditate pcipites acti, nil qppiã fieri sine deo posse, q & Aaron vltro ad summum sacerdotiũ euocauit, nõ supplicantẽ vel ambientẽ admisit, ambitio nãq; plerosq; hoĩm ad vitia quæq; cõpellit, qppe q vt primũ adepti sunt q̃d maxime cupierũt, cõfestim se in praua facinora effundunt, & hauriẽdis incũbunt voluptatibus cũ sibi licere oĩa credũt, & peccare impune queãt, vel si q foete à scelere abstinẽt supuacaneis studẽt, vt paulo post morituri, paucoꝝ dieꝝ fabulã assequant. Quãto melius tu B. P. cui deus omnipotẽs Chr̃ianæ Reipub. gubernaculũ detulit, has mundi aspnatus illecebras, & honores hosce non magnifaciẽs, q proculdubio nõ immerẽti tibi & habent & deferunt, his solum rebus animũ intẽdisti, quæ & ad cõe cõmodũ faciunt, & ad veri dei cõferunt cultum, siquidẽ pleraq; iam ipse pegeris quæ & summo viro dignissima sunt, & in tui extabunt memoriã nominis sempiternã. Quæ cũ ipse tacitus reperto tãta animi afficior iocunditate, vt btm̃ nostrũ hoc seculum ducã, & Romanos nosipsos beatiores, qui te põtificẽ simus sortiti, cuius ductu, & prouidẽtia, prospere oĩa cedũt, & ita immerito illud asseuerauerim, q̃d ẽ à Platone dictũ, & à multis iam vsurpatũ, tunc btãm fore Rempub. cum vel regnare philosophi cœperint, vel reges philosophari. Cui igit. B. P. id opus, vel rectius ipse dicauerim, vel inscripserim dignius, q̃ tibi, q & princeps sis, & philosophus, & cæteris quidem eo præstantior, quo & Christi vicem nunc geris, & ad philosophiam accedat rerum diuinarum summus cognitio, & optimarum artium aliarum peritia non mediocris, Vale.

COMMENTARIORVM Theophylacti in omnes Pauli ep̃las, Index.

FINIS,

ANNOTATA QVAEDAM AB INTERPRETE EPISTOLArum Pauli, pro singulis epistolarum argumentis.

AD Romanos ex Corintho scribit Apl'us, quos nõdum viderat, visendi tamẽ percupidus quia de his multa acceperat, quorũ & suscipit, & laudat fidẽ, vt quã sciret fama & noĩe celebrẽ, & vbiq; vulgatam, & (vt cætera omittam) de gẽtium vocatiõe copiosius differit.

¶Nec secus ex Epheso ad Corinthios scribit epistolã, illos obiurgans, quid plurimũ inter se dissiderẽt, & primariũ quendã e suis rem cum nouerca habentẽ satis negligerẽt, vellẽtq; sub cœlibatus prætextu, nõnulli diuortia facere, & vxores relinquere, & multi idolothytis vescerent, & alij cæteris plane contẽptis, eos dũtaxat demirarent, q essent linguarũ gratiã cõsecuti, & q̃d erat detestabilius, nequaq̃ crederẽt humana corpa post mortẽ resurrectura. ¶Ad eosdem deinceps, & aliã ex Macedonia scribit, q̃nquidẽ ex priore plurimũ pfecissent, qppe q̃s pœniteret tamdiu fornicantẽ illum tulisse, sed arrepti, deinde seditiosissimorũ hoĩm psuasu legis dũtaxat literę inhæserunt, indifferentẽ existimãtes grãm, quæ à Christo esset in multos collata, quinetiã & pceptores admodũ iactitabant, & gloriæ ducebãt, cum Apollo vellẽt, vel Cephe partes tutari, id est, suum quisq; quẽ sectaret extollere, vnde multa erãt inter hos oborta dissidia, alioqui in sanctorũ alimoniã, abunde & liberaliter cõferebãt. ¶Ex Roma ad Galatas literas dedit. Hos em̃ cum antea ad fidẽ q̃optime instruxisset, & credidissent eo prędicãte in Christũ Iesum post eius discessum mox lapsi, improborũ hominũ suggestione, vt se circũciderẽt, cõpulsi sunt. Quod vtiq; Paulus ægre ferẽs, qa præter suã institutionẽ egissent, incusat acrius, q se celerrime adeo immutassent. ¶Ex vrbe pterea, & ad Ephesios scribit, haud dum tñ per se aditos, sed auditiõe solũ perceptos fideles esse, & in Chr̃m Iesum optime credere, & mira quadã in sanctos oẽs affici charitate, alioqui ab se pcupere in fide hac stabiliri. Quocirca & hos p literas instruit, aitq; haudquaq̃ cõmentitiũ esse, aut nup inuẽtum hoc Christi mysterium, sed perstare à seculo, & alia multa, quæ ad hos in fide firmãdos maxime faciunt. ¶Ad Philippẽses insup literas mittit ex vrbe, quos adierat sane, & ad fidẽ ĩstruxerat. His itaq; Paulo ipsi, & sanctis nõnullis ministrãtibus necessaria, exorti sunt quidã, qui prauis psuasionibus, & sub legis vmbra, & circũcisiõis obtentu, simpliciũ quorundã corrumperẽt aures, asserẽtes neminẽ posse sine lege iustificari, q̃d Paulus audiẽs Philippẽsium primo fidẽ probat, & eorũ se memoriã habere inter pcandũ fatetur, cõmemoratq;, quẽadmodum Romæ sese, ac Christi fidẽ tutatus sit, & qui præter ea molesti sibi in vinculis fuerint.

¶Colossensibus etiã ex vrbe literas impertit, quippe quos cerneret p hoĩes captiosos, & subdolos falsis quibusdam argumẽtis circumuẽtum iri, qui Chr̃i fidẽ aptissime græcis argutijs impugnarẽt, cum legis vmbrã & escas vetitas sectarent, & circumcisionẽ efferrẽt. ¶Ex Athenis vero Thessalonicẽsibus scribit, apud quos antea fuerat diutius cõmoratus, & q̃m multa cum in Verria, tum Macedoniæ ciuitate Philippis, tum Corinthi, & Thessalonicæ fuerat ppessus, veritus ne vel ex suis pressuris illi offensi, haud satis stabiles forẽt, vl' mœrore nimio ob suorũ e vita discessum cõficerent, q̃ patrio more certe plurimũ angebant, Timotheũ cum ep'la ad eos dimisit, vt in fide obfirmarent, ne quoq̃ pacto ab ea desciscerẽt, siue ipsi afflictarent, siue alios cernerẽt afflictari, hortaturq; vt ducerẽt vitam, quẽadmodum ab se accepissent. Cõmonefacit insuper, ne grauiter ferant moriẽtium casum, & alia pleraq;. ¶Ad eosdẽ idcirco ex vrbe, & aliã scripsit ep'lam, quia apud eos erãt nõnulli segniores ad bonum, & nullius momẽti viri, q alios mira arte fallebãt, astruẽtes iamiam instare Christi aduẽtum, cuius & Paulum falso testabant authorẽ, & sese idẽ cognouisse per spiritum affirmabãt. Cuius rei certior factus Ap'lus, p literas Thessalonicẽsium, primo adauctã fidẽ collaudat, & gloriæ ducit q Chr̃i ob grãm viriliter ferrẽt pssuras, solaturq; asserẽs illatas his deũ vindicaturũ, q̃ñq; iniurias. ¶Scribit & ad Timotheũ, ex Laodicea eã ob causam, qa Ephesi erãt pmulti, q Iudaicos ritus seruarẽt, cũ lõge aliter ipse Ephesios instruxisset, docereq; & fallere integriores quosq; adniterent. Quocirca & Timotheũ hortat, vt Ephesi maneat, & corruptores illos castiget & corrigat, vt tãdẽ à suis erroribꝰ resanescãt. ¶Ad eũdẽ scd'o ex vrbe cõscribit ep'lam, monetq; vt ad se redeat. Erat em̃ Ap'lus ab oĩbus iam destitutus, q secũ Romã ex Asia cõmigrauerãt, catenis absterriti, qbus erat deuinctus. ¶Ex Nicopoli ad Titũ literas scribit, ibi nãq; hyemauerat Paulus. In Creta aũt Titũ reliquerat, vt p vrbes institueret sacerdotes. Erãt em̃ ibidẽ pleriq;, qui sub legis ptextu seducere ppl'm conabãt. ¶Scribit ex vrbe ad Philemonẽ, cuiꝰ seruꝰ Onesimꝰ fugiẽs Romã, se ad Ap'lm cõtulit, apud eumq; habitauit cõiectũ in carcerẽ, & in vinculis detẽtum. Hunc itaq; cũ ei optime obsequeret, & breui probus euasisset, vt ei eẽt acceptior, Philemoni cõmendat p lr̃as, hortaturq; vt libertate donet, nec eo vt seruo, sed vt fratre vtat. ¶Ad Hebræos demũ ex Italia scribit: Qui & si Chr̃i acceperãt fidẽ, haud tñ prorsus à lege desecerãt, q̃d sane inique ferẽs Ap'lus, & si ad gẽtes erat vt euãgeliũ pdicaret, iã destinatus, nõ hos tñ ferebat legis vmbris obuolui, existimãs hauquaq̃ credẽtibus his molestã hanc fore ep'lam, in qua de Chr̃i aduẽtu, lege ipsa vmbratili differat, quã cessasse affirmat, & nihil in posterum valiturã, quia Chr̃us aduenerit, quẽ illa pfigurasset. ¶His itaq; ep'lis Paulus tam valida fundamenta iecit, vt increscentis in posterum fidei, tanta posset moles imponi.

¶Argumentum in Epistolam ad Romanos.

¶Romani sunt pars Italiæ: Hi pueniti sunt à falsis Ap'lis, & sub noĩe dñi nostri Iesu Chr̃i erãt in legẽ & prophetas inducti. Hos reuocat Ap'lus ad verã & euangelicã fidẽ, scribens eis à Corintho.

In pri-

THEOPHYLACTI ARCHIEPISCOPI BVLGARIAE IN DIVI PAVLI AD ROMANOS EPISTOLAM ENARRATIO.

PROLOGVS.

A SAcraꝝ literaꝝ frequētior lectio, ad sui cognitionē hoīes ducit. Inquit eñ veridicus ille: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperiet vobis. Quocirca tunc haꝝ epistolaꝝ mysteria pernoscemus, cū eas diligētius lectitauerimus. Atqui Paulus eo plurimū vniuersos doctrinæ excellētia superauit, quo maiorē præ cæteris laborē insumpsit, abundeq́ꝫ est spūs sancti grām assecutus: quod sane non solū ex eius epistolis, verū & apostoloꝝ ex actis cognosci potest. Mercurij nāqꝫ apud gentiles, ob ipsius pstantiam eloquētiæ, nomē sortitus est. Prima itaqꝫ epistolaꝝ ad Romanos habet: nec tamen idcirco ꝙ prior cōscripta fit: siquidē hanc, ad Corinthios duæ, & ad Thessalonicenses vna, iā antecesserāt, qbus ad Hierosolymā facit de transmissis ad victū necessarijs mentionem, & alia pterea ad Galatas. Hanc itaqꝫ ad Romanos epistolā, eo priorem locū obtinuisse putandū est, quia istiusmodi ordo in sacris literis nequaq̄ necessitate vlla exigitur. Nam & duodeni prophetæ, & si nō in ijsdem temporibus extitere, quin longo potius interuallo distarunt: sic tamen sunt in sacris codicibus positi, perinde ac sese inuicem fini subsecuti. Scribit aūt ad Romanos Apostolus, euangelij ministerio fungens, tanquā ad orbis terraꝝ principes. Qui enim caput iuuerit, & reliquis membris afferat vtilitatem necesse est.

Matth. 7 Lucæ. 11

Apostolus ob eloquētiā apud gētiles Mercurius dictus

Epl'a ad Romanos cur prima ordine.

CAPVT PRIMVM.

PAulus.] Nec Moses ipse, nec eius posteri pleriqꝫ, neqꝫ hi qui euangeliū scripserūt, suū nomen literarū primordijs adiecere. Hic vero vir perbeatus, suis epistolis suum nomen pponit: quippe, qui ad eos literas daret, qui longe abessent, cū prophetæ illi ad psentes scriberent. Quod tamen haudquaq̄ agit, cū ad Hebræos literas scribit: ne illi, cū se infensum haberēt, quia & præputium tolleret, & legē videretur vt inanem cōtemnere: initio statim nomine eius perlecto, & scripta simul respuerēt. Quæret aliquis: Cur ex Saulo sit Paulus appellatus? Ne forte apostoloꝝ principe haberet inferior, qui & Cephas & Petrus sit dictus: Vel Zebedęi liberis, qbus & Boanerges fuerit. i. tonitrui filij inditū nomē.

Seruus.] Multiplex sane est & varia seruitus: aut enim creationis iure obuenit, quo om-
B nia dicuntur deo esse subiecta: aut ex fide, vt illud: Obedistis autem ex corde in eam formā doctrinæ, in qua traditi estis: aut ex vitæ moribus, quibus & Moses dei seruus est nuncupatus. His omnibus seruitutis modis, Paulus dictus est seruus.

Roma. 6.

Iesu Christi.] Dispensationis ipsius noīa præfert, ab inferioribus ad superiora contendens. Constat eñ Christū Iesum, carne assumpta, fuisse non oleo, sed spū sancto perunctū, qui oleo quouis est efficacior. Quod aūt vel sine oleo cōstare vnctio queat, illud audi: Christos meos, hoc est, vnctos meos nequaq̄ attingite: quod sane dictū ad ea pertinet, quæ ante conditam legē fuere, quando nec nomen quidē extaret huiuscemodi ex oleo vnctionis.

1. Para. 16 Psalm. 104

Vocatus.] Humilitatē pfert hoc verbū. Ostēdit eñ non cōquirēdo se id reperisse, sed ve(nisse accitum.

Apostolus.] Ad reliquorum, qui & vocati sunt, differentiam subinde dicit. Illi quidem ad fidem duntaxat sunt acciti: mihi vero apostolatus id muneris, & creditum, & demandatum, quod Christo ipsi à patre misso est traditum.

Segregatus in euangeliū dei, q̄d ante promiserat p prophetas suos.] Id est, deputatus ad euāgelij dispēsationē. Vel aliter: Segregatus. i. ad id pdestinatus. Quēadmodū Hieremiā alloquit deus: Priusq̄ de vulua exires, sanctificaui te. Et alio in loco Paulus: Cū aūt deo placitū est, me segregare de vtero matris meæ. Nec sane frustra id inquit, ꝙ & vocatus sum, & segregatus in euangeliū. Cū eñ ad elatos quosdā (Romanos dico) & insolētes, sermonē haberet, asserit diuinitus se ꝙ esset existere, vt dictis suis faciat fidē. Euangeliū vero eo dicit, vt nō solū bona p illud effecta, sed & futura ptendat: cuius euāgelij, vel noīe ipso auditores solat: q̄nquidē, nō insuauia quædā & subobscura, qualia prophetaꝝ sunt dicta, cōplectit. Constat aūt dei id euāgeliū esse. i. patris, qui nobis illud vt est elargitus, ita & ipse simul innotuit. Nā etsi in veteri haudquaq̄ erat lege obscurus, solis tñ Iudęis hic noscebat. Neqꝫ ab illis vt pater est cognitus. Demū, per euangeliū terraꝝ orbi sese ac filiū patefecit: idipsumq́ꝫ & per prophetas suos pnunciauit. Nam cū euangeliū, tanq̄ nouū aliquod & insolens pconiū hoīes detrectarent, arguit hoc multis seculis gentiū nationē præcessisse, fuisseq́ꝫ à prophetis longe ante cōscriptū. Siquidē apud Dauid id sit euāgelij nomen cōpertū, cū inquit: Dabit verbū euāgelizantibus virtute multa. Et Esaias itē: Quàm pulchri sunt pedes euangelizantiū pacem.

In veteri lege solis Iudæis notus erat deus.

Psalm. 67 Esaiæ. 52

In scripturis sanctis. ⅃ Neq; eñ sermone solũ, sed scriptis etiã nitebant prophetæ, p eaq; & futura pfigurabãt, queadmodũ & p Isaac, Abrahã, & p serpentẽ Mosi, & p manuũ extẽsionẽ, & iugulationẽ agni, futura pcinuerãt. Cũ eñ magni aliqd moliturus est deus, longe ante pdicit. Enimuero cũ multi, inqt, pphetæ cupierũt videre q̃ vos videtis, & nõ viderũt: sese in carne illos negat vidisse, nec signa quidẽ spectasse affirmat oĩm in cõspectu per se factitata.

Matth. 13

De filio eius, qui factus est ex semine Dauid secundũ carnẽ. ⅃ Liquido hoc loco duplicẽ filij ortum designat. Cum eñ de filio eius inquit, id est dei, supernã creationẽ ostendit. Cũ vero, qui ex Dauid semine factus est, adijcit: inferiorẽ hãc & carnis originẽ exprimit. Secundũ vero carnẽ cũ addit, eundẽ esse vel secundũ spiritũ genitum patefecit. Nequaq̃ ergo est de simplici homine euangeliũ promulgatũ, eum de filio dei esse constet. Neq; de simplici deo: quandoquidem ad eũ etiam, qui ex Dauid semine secundũ carnem sit procreatus, noscatur spectare. Ad eundẽ igitur vtrunq; id proculdubio, & dei & Dauid filium spectat. Pudeat ergo suarũ ineptiarũ Nestorium, tametsi de Christi carnis hac genitura, haud secus faciat mentionẽ, q̃ & Euangelistæ fecere: perinde ac ex ea velit ad supernã & cœlestẽ illam originem autores traducere. Siquidem dñs ipse primo visus est homo, deinde deus est cognitus.

Duplex filij ortus.

Qui pdestinatus ẽ filius dei in virtute scdm spm̃ sanctificatiõis, ex resurrectiõe mortuorũ IesuChri dñi nři. ⅃ Superius dixit, queadmodũ eẽt de filio dei euãgeliũ pmulgatũ: nũc vero cõfirmat & differit, q̃ pacto sit pro dei filio cognitus Iesus, cũ inqt: Qui pdestinat⁹ est. i. ostensus, cõfirmatus & iudicat⁹. Ab vniuersis nãq; assertũ est, hũc dei filiũ esse. Quo? In virtute nimirũ. i. ex signorũ, q̃ factitabat, potẽtia: quinetiã p spm̃ scĩficationis. i. ex spũ, p quẽ credẽtes scõs efficeret, q̃d sane dei ẽ munus. Insup vel à mortuis resurgẽdo. Primus qppe & solus se suscitauit: q̃ ex resurrectiõe dei ẽ filius iudicatus & spectatus à plurimis, q̃d pfecto haudquaq̃ parui existimãdũ ẽ. Sic eñ & ipse inqt: Cũ aũt assumpt⁹ fuero, tũc cognoscetis, qa ego sum.

Iohan. 8

Per quẽ accepimus grãm & apľatũ. ⅃ Attẽde q̃ illud modeste narret. Nil, inqt, est nřa virtute actũ, sed p filiũ cũcta accepimus. Atqui p spm̃ & apostolatũ acceperat & grãm Paulus. Inqt eñ: ipse vos diriget. Et spũs ipse sic loquit: Segregate mihi Paulũ & Barnabã. Insup p spm̃ eũdẽ datus ẽ sermo sapiẽ. Quid multa? Sunt quidẽ & filij q̃ spũs sunt: & cõtra, q̃ filij, & spũs sint necesse ẽ. Grãm, inqt, accepimus & apostolatũ, hoc ẽ, haudquaq̃ nřa virtute effectũ est, vt apostoli fungeremur officio, sed gřa supna tributũ, ex qua & persuadẽdi modus defluxit, siqdẽ circũuagari & euãgeliũ pdicare, aplorũ est muneris: dei vero audiẽtibus psuadere. D

1. Thess. 3
Acto. 13
Apostolorũ officiũ.

Ad obediendum fidei. ⅃ Haud sane ad verborum contentiones & quæstiunculas sumus & ad inanes molitiones nos missi, sed vt fidei obtemperemus, vt & cæteri, inquit, à nobis instructi, nihil renitendo, fidem accipiant.

In oĩbus gẽtibus pro noĩe eius. ⅃ In cũctis nationibus grãm, inqt, accepimus, nec ipsi modo, quin & cæteri apostoli. Neq; eñ nationes vniuersas adiuit Paulus. Ni forte dixerit quispiã: Etsi minus eũ in hũanis hic ageret, vita tñ perfunctus, p suas epľas gẽtes oẽs & nationes puasit, vt tñ Christi noĩe audito, nõdũ tñ Christi percepta substãtia, crederẽt illi. Quãdoquidẽ ex signis, q̃ factitaret, nomẽ est Chřs apud mortales & famã adeptus. Vel id proculdubio fide & credulitate indiguit, q̃d sane nec capi poterat aĩo. Aduerte tñ euãgelij donũ. Neq; eñ vni cuipiam nationi, queadmodũ & Iudæis lex illa vetustior, istiusmodi data est gratia.

Gratia euãgelij ad oẽs pertinet.

In quibus & vos vocati estis, Iesu Christi. ⅃ Hoc loco Romanorum deprimit insolentiam. Neq; enim inquit, qui rerum potiri videmini, plus cæteris estis quippiam consecuti. Quandoquidem reliquis, vt & vobis euangelium prædicamus. Ne itaq; insolescite. Vel aliter: Estis quidem & vos vocati per gratiam admissi, non vltro adeuntes.

Omnibus q̃ sunt in Roma dilectis deo, vocatis sanctis. ⅃ Nec simpliciter Romæ manẽtibus vniuersis, sed deo dũtaxat dilectis. At vnde pt hmõi cõprehẽdi dilectio? Nimirũ ex sanctificatiõe ipsa. Sanctos nãq; appellat fideles, repetitq; vocatis secũdo, vt diuinũ his bñficiũ cõmemoraret, aperiretq; p grãm fuisse vocatos. Et si ex patriciorũ estis & cõsulariũ nũero, vocauit: pinde ac si dicat, tñ nos deus vocatiõe eadẽ, qua & infimos & sine magistratu hoĩes euocasset, nec secus vos atq; illos sanctificauit. Cũ itaq; & amorẽ sitis & vocationẽ ac sanctimoniam cũ cæteris parem sortiti, nequaq̃ erit vobis in tenuiores & infimos superbiendum.

Gratia vobis & pax. ⅃ Pacem hanc Christus & apostolis ipsis iniunxit alienas domos ingredientibus præloqui. Pax vero nequaquam inimicitias soluet, quas nobis cum deo praua facinora pepererunt, ea tamen nullis nostris laboribus, sed diuina indulgentia nobis obuenit. Præcedit itaq; gratia pacem. Id vero vtrunq; bonum perpetuo Paulus mansurum precatur, ne forte nobis rursum in peccata labentibus, aliud quoddam insurgat bellum.

Gratia prædit pacem.
Matt. 10

A deo patre nřo, & dño nřo Iesu Chřo. ⅃ O q̃tũ inualuit diuinæ gřa charitatis, siquidem ipsi q̃ & viliores sumus, & honorũ expertes, deũ sumus in patrẽ nacti. Sit igit (inqt) à deo patre Chřo Iesu dño gratia vobis firma & stabilis, q̃ eã & elargiri potest, & in longũ seruare.

Primũ quidẽ gřas ago deo meo p Iesum Chřm pro oĩbus vobis, quia fides vestra annunciatur

A tiatur in vniuerſo mūdo.] Decet hoc Pauli p̄ces exordiū,quo & ipſi ad grām deo habendā
inſeruimus.Nec ſolū pro ijs q̄ in noſipſos,ſed quæ in proximū collata per eū ſunt bñficijs.
Quod vtiq; veræ eſt charitatis indiciū. Agit aūt Paulus grās haud ſane pro terrenis hiſce &
habētibus bonis,ſed ob eā quā Romani fidē ſuſceperāt.Deo vero meo cū inqt,animi ſui ape
rit affectū,qñ cōmunē oīm deū ſuū hic facit:quēadmodū & pphetæ ſolēt.Quinetiā & deus
ipſe,Abrahā,Iſaac & Iacob deū ſe noīat,vt ſuā erga illos patefaciat charitatē. Dicit aūt p Ie
ſum Chriſtū ſe grās agere,qa pro nobis ille apud patrē ad impetrāda bñficia intercedit.Nec
ſolū nos ad grās huiuſcemodi agēdas inſtituit,quin & patri has defert,cū referunt. Enimue
ro vel eo grās agit,q Romanoꝝ ſit fides in orbē vniuerſum vulgata.Porro duo q̄dā in Ro
manis ſuo teſtimonio probat,& qa in Chriſtū crediderint,& tāta cū gloria,vt eoꝝ fides ter
rarū orbē peruaſerit.Qua ex re ingentē cūctis mortalibus obuēturā vtilitatē exiſtimat,qui
ſtudio ſint inflāmati regiā vrbē ſectādi.Dicit p̄terea & deo grām,qa & Petro diſcipulo cre
didiſſent,qui id temporis euangelium prædicaret,quo cum omnia ubi communia duceret.

Teſtis eñi eſt mihi deus,cui ſeruio in ſpū meo in euāgelio filij eius,q ſine intermiſſiōe me
moriā veſtri faciā ſemp in orationibus meis.] Ne forte id dictū minus videref cū ſubſequē
tibus cōuenire,ſiquidē dicturus eſt ſe illoꝝ habere memoriā,p̄ſertim quos antea nunq̄ vidiſ
ſet,teſtē inuocat cordium cognitorē.Aduerte quāta inſit Apl'o animi affectio,q̄q; ardētiſſi-
ma in proximū charitas,vt inter orandū vel eoꝝ reminiſcaf,& deo cōmendet,q̄s nusq̄ ſpe- Del cultus
ctaſſet.Seruio aūt deo.i.ſpiritui meo ſeruio,cuius nō carnalis,ſed ſpiritalis eſt cultus.Genti ſpiritalis.
lis ſane falliſ,carnalis eſt:Iudaicus vero,& ſi nō falliſ,carnalis tñ & ille eſt. At Chri ſeruitus
cultus'q;,& verus eſt & ſpiritalis.Sicuti & dñs ipſe Samariten alloquiſ:Veri(inquiēs)orato
res in ſpū & veritate adorāt.Sed ſeruiēdi quidē diuerſus eſt modus,alius eñi deo inſeruit,cū Multimodi
illi ſolū pro viribus vacat,alius cū peregrinoꝝ ſuſcipit curā,vel viduas ipſas tutatur,quales ſeruiendi.
erāt qui circa Stephanū verſabanſ.Alius p̄terea ſermonē miniſtrat.Propterea Paulus inqt,
ego ſeruio in euāgelio filij:quāuis ſuperius patris illud eē dixiſſet.Quod ſane nequaq̄ debet
mirū videri.Quæ eñi ſunt patris,& filij ſunt:& q̄ ſunt filij,& patris erūt.Quod eo inquit,vt
oſtēdat ſibi neceſſarium eſſe,vt hāc pro eis curā ſuſcipiat.Nā qui ſemel euangelij adminiſtra
tionē accepit,pro omnibus vt ſtudium impendat & curā,oportet,qui verbum exceperint.

Obſecrans ſi quo modo tandē aliqñ proſpeꝝ iter habeam in voluntate dei veniendi ad
vos.]Nunc cauſam adijcit,cur illoꝝ memoriā habeat,ad vos.ſ.inquit vt veniam.Attende
quāto illos honore proſequaſ,q̄s viſere & deo volēte maturet.Nos vero vel afficimur nemi
ni,vel ſi quē forte amamus,p̄ter dei id agimus voluntatē.Paulus vero ex ingenti quadā cha
ritate ſpectare illos aſſiduo precabaſ.Quod aūt id omne dei arbitrio ſubieciſſet,eius mode-
B ſtiam p̄ferebat.Quocirca & nos,cū nil precando conſequimur,haudquaq̄ id egre feramus.
Neq; eñi Paulo ſumus nos potiores,qui pro carnis ſtimulo & libidinū incentiuis cū tertio
iam domino ſupplicaſſet,nequaq̄ voti compos effectus eſt:id eñi illi conducere videbatur. 2.Corin.12

Vt aliquid vobis impartiar gratiæ ſpiritalis.] Solent pleriq; rei alterius gratia peregre
proficiſci:ipſe vero ego ſum ad vos profecturus,vt aliquid vobis impartiar.Id ſane mode
ſte locutus eſt,neq; enim vt vos inſtruā dixit:ſed,quod ipſe acceperim,vobis impartiar.
Quodcunq; enim in diſcipulorum commodum præceptor impertit,muneris loco haben-
dum eſt.Quinetiam & noſtræ virtutes,velut dona ſunt opis diuinæ egentia.

Ad cōfirmādos vos.].i.cōſolari in vobis per eā,quæ inuicē eſt,fidē veſtrā ac meā.Tacite
arguit,nō mediocri hos indigere correctiōe,q̄d tñ ſi apertius explicaret,admodū illis mole
ſtū foret.Dicerent eñi:quid inquis,num ipſi vel loco moti ſumus,vel longius iter emenſi,te
adiuimus ſupplices?vel tua opa indigemus,vt obfirmemur in fide?Ad hæc Paulus ſubinde
id modeſte dicit.Cauſa meæ ad vos profectiōis eſt quidē futura,vt memetipm̄ ac vos tādē
cōſoler,q multis eſtis affecti moleſtijs.Quocirca viſendi vos mihi inceſſit cupido,vt ſolamē
dūtaxat afferrē mœrētibus.Vel potius,vt ipſe cōſolatiōe afficerer.Id quidē erat in vtriuſq; Pauli Inſeri
cōmodū hauddubie cōceſſuꝝ.Nā vt ſolēt ſeruitia dū inter ſe congregant plurimū recreari, bendo pru
ſic & fideles malis multis & grauiorib' afflictati,mutua adhortatiōe alleuanſ.Quæret aliqs: dencia.
Nū Paulus hoꝝ vel ſolamine vel ſocietate indiguit?Nequaq̄.Veꝝ ideo agebat,ne acerbio-
rē epiſtolā redderet,neve vt illos(vt diximus)laceſſeret.Vnde ſe inqt opus habere vt ab ijs
cōſoleſ.Quod ſi qs hoc loco cōſolationē letitiā dixerit,& eā p̄cipue q̄ ex illorū adaucta fide
ſuſcepta ſit,eadēq; Paulo affirmet neceſſariā,recte dixerit.Quod vtiq; ex eo pſpicuū eſt,q̄d
poſtmodū ſubdit.Per eā quæ ad inuicē eſt,fidē veſtrā ac meā.Perinde ac ſi dicat,ipſe vero,
quādoquidē veſtra mihi ſpectata eſt fides,& cōſolabor,et afficiar iucunditate.Vos vero p
meā cōfirmabimini,ex his cōſolatione accepta,in quibus fortaſſe ob animi puſillanimitatē,
nutabundi eſtis et labantes,q̄d tamen nec palam aperit,ſed(vt iam dictū eſt)tacite inſerr.

Nolo aūt vos ignorare frēs,qa ſæpe pponſui venire ad vos,et phibitus ſum vſq; adhuc.]
Qm̄ ſupius dixerat,obſecro ſi qūo ad vos iter habere queā,poſſet ne iniuria quiſpiā eū hoc

pacto cõmonefacere. Si em̃ ipse & votis, & precibus sæpe deposcis, & hos cõsolari, & te cõ C
solationis huiusce facere nõ expertẽ: quid impedit quo minus conuenire hos queas? id sane inquit, quia dei iussu proh beor. Vides quam ille non prorsus causam diuinæ huius inhibitionis conquirat. Sed paret, nil hæsitans, dei imperio nos instructurus, ne curiosius quæ deus gesserit, exquiramus. Aperit itaq; Romanis, nec segnicie se, nec eorũ contemptu quodã teneri, quin iter statim ad eos arripiat, adeoq; se illorũ flagrare beneuolentia, vt quãtum in se sit, neq; coercitus, quoq̃ pacto absistat, quin iterũ atq; iterum proficisci ad eos tentaret.

1.Timot.2 Titum.3 Actorũ.6

Vt aliquẽ fructũ habeã in vobis, sicut & ĩ cæteris gẽtibus.] Cũ em̃ insignis eẽt & cõspicua ciuitas Romanorũ, vniuersiq; ob admirationẽ & gloriã ad eã cõfluerẽt. Ne qs Paulũ crederet visendæ vrbis cupiditate, q̃ & cęteri, duci, sic inqt: Eã ob causam adire vos cupiebã, vt fructũ aliquẽ cõsequar. Soluit p̃terea occursurã forte suspitionẽ. Dicet aliqs: Eapropter detẽtus es, qa p̱ dei volũtate haudquaq̃ Romã cõtẽdere aĩo tuo insederat. Eoq; id subdit, vt fructũ (inquiẽs) referrẽ. Neq; em̃ apte vel p̃dicãdi vel instruẽdi gr̃a se accessurũ dixit, sed moderatius agẽs, vt fructũ assequar, intulit. Quẽadmodũ & illud supius, vt gr̃am vobis ĩpartiar. Frenãdi aũt hos gr̃a & corrigẽdi, sicut & ĩ cæteris gẽtib' dixit. Proinde id inqt, neq; em̃ etsi vobis sit terrarũ orbis ĩperiũ, cęteris nos natiõib' potiores existimauerim, qn pari apud me cũ reliqs (cõditiõe vtamini.

Paulus debitor.

Græcis ac barbaris, sapiẽtib' & insipiẽtib' debitor sum, ita q̃d in me promptũ est, & vobis q Romę estis, euãgelizare.] Vel id Pauli p̃sert modestiã. Nihil em̃ vobis p̃ cæteris affero muneris, sed dñi mãdatũ adimpleo, quinetiã vobis gr̃æ sunt deo agẽdæ. Est nãq; ille largior, ipse vero debitor sum, & irrecusabile debitũ habeo p̃dicandi. Quod & ad Corinth. dicit: Væ mihi si nõ euãgelizauero. Sum itaq; prõptior & vobis euãgeliũ p̃dicare, & si pręuisa sint mihi discrimina, adeo hic ob Chr̃i grãm se exercendi studio incendebat.

Prædicãdi p̃fficium.

Nõ em̃ erubesco euãgeliũ. Virtus em̃ dei est in salutẽ omni credẽti, Iudæo primũ & Græco.] Cũ enim Romani magnopere Pauli opinionẽ obstupescerẽt, quippe qui Chr̃m eẽt Iesum p̃dicaturus, qui oẽm ignominiã subiisset, & ob id forsitan eos saluatoris pudebat. Idcirco nũc Paulus: nequaq̃, inquit, euãgeliũ erubesco, & illos interea edocet minus Chr̃i pudere Quãdoquidẽ & se nihil Chr̃i pudeat crucis, sed hãc sibi decori ducat & ornamẽto. Cũq; & illi de sapiã iactarent, ipse inquit crucẽ venio prædicatur', quã minime erubesco. Virt' enim dei est in salutẽ, cũ in perditionẽ hęc sæpe sit & interitũ, vt illud: Timete eũ qui potest in gehennã perdere. Quæ igit Paulus ip se nũc prædico, nõ cruciatũ aut perniciẽ cõtinẽt, sed salutem. Verũ, cui hæc futura est salus? Nimirũ credẽti. Neq; enim cũctis salutiferũ est euãgeliũ, sed his dũtaxat, qui illud exceperint, Iudæo primũ & Græco. Primũ illud honoris ordinẽ exprimit, nõ gratiæ abundantiã. Neq; plus aliquid Iudæus est iustitiæ consecutus q̃ maiora exceperit, sed quia prior eã susceperit, honoratur, & verbo tenus honorem assequitur. D

Euangeliũ quibus salutiferum.

Abacuc.2 Hebrę.10 Galat.3

Iustitia em̃ dei in eo reuelat ex fide ĩ fidẽ, sicut scriptũ ẽ: Iustus aũt ex fide viuit.] Asserẽs in salutẽ futurũ euãgeliũ, & modũ explicat, q̃ fieri id queat, videlicet dei iustitiã salutẽ nobis attulisse, nõ nostrã. Quã em̃ ipsi iustitiã haberem', qui abominatiõibus sumus, & p̃ditis facinoribus inquinati? Sed deus nos ipse nõ ex opibus, sed ex fide iustificauit, q̃ debet vel in maioribus quãdã & ampliorẽ fidẽ p̃ficere. Nec enim sat ẽ priores fidẽ hãc excepisse, sed erit etiã fidei huius ductu ad p̃fectiorẽ credulitatẽ p̱grediẽdũ, ad inimotũ vicę & stabile firmamentũ, quẽadmodũ & apl̃i nr̃i verbis sunt ad dñm vsi: Adde nobis fidẽ. Cõfirmat aũt eius dicta cum inquit: Dico aũt vobis, q̃m sum' ex fide iustificati ex Abrahã: Iustus em̃, inquit, ex fide viuet. Cũ em̃ ea q̃bus à deo donati sum', mortales nequeãt cogitatiõe cõplecti, merito nobis ẽ fides hęc necessaria. Quã si scrutari hæsitãdo cœperimus, oĩm proculdubio patiemur iacturã

Reuelat em̃ ira dei de cœlo sup oẽm ĩpietatẽ et iniustitiã hoĩm eorũ, q veritatẽ dei in iniustitia detinẽt.] A meliorib' exorsus, inquiẽsq; iustitiã dei ĩ euãgelio reuelari, infert deinceps q̃ possunt inferre formidinẽ. Nouerat em̃ multos mortaliũ timore ad virtutẽ induci. Sic nãq; & deus post regnũ cœleste et gehẽnã cõminat. Prophetę insup bonis p̱positis & mala p̃nunciãt: quia illa dei p̃cedẽte sñia, hæc nr̃a obueniãt negligẽtia. Aduerte ergo quã habeãt dicta sequelã. Venit (inqt) dñs, iustitiã tibi & erratorũ deferens remissionẽ. Quas si haudquaq̃ exceperis, dei tũc ira e cœlo retegit, q̃.s. in secũdo eius aduẽtu futura ẽ, cuiusmodi iræ etsi ĩ præsenti participes sum', ad castigationẽ t̃n illa infert, quã tũc ad suppliciũ dũtaxat experiemur Quia etsi in hac vita ab hoĩbus maxime diuexamur, tunc t̃n perspicue à deo cruciabimur.

In omnem impietatem.] Verus cultus & pietas ipsa vnũ sunt: impietas vero diuersa et multiplex. Eoq; omnẽ dixit impietatem, perinde ac si multis ad eam itineribus accedatur.

Impietas ab iniustitia quid differat.

Et iniustitiã hoĩm.] Differt ĩpietas ab iniustitia: illa em̃ in deũ, hæc dici ĩ hoĩes p̃t. Per illã cõtẽplatiõe delinquit, hac ope et factis peccat. Multæ aũt et huius sunt viæ. Infert em̃ qs iniuriã proxĩo, cũ alienã vxorẽ adulterauerit, cũ pecuniã subtrahit, cũ famã carpserit. Dicunt nõnulli iniustitiã Paulo p̱ adulterinis dogmatibus posuisse. Quid vero illud sit, q veritatẽ in iniustitia detinẽt, audi. Veritas ipsa fuit dei cognitio fuere hoĩb' ab initio ĩdita. Hãc veritatẽ

A & notionē in iniustitia agentes detinuere.i.quantū in se erat deprauarūt,cū ad idola dei glo
riam transtulissent.Nec secus egerūt,ac qui acceptā pecuniam in imperatoris laudē impen
dendā,vbi hanc omnē in prædones & scorta cōsumpserint,fatebuntur hi plane omnes ini-
que se erga imperatoriam maiestatē gessisse. Gentiles igitur veritatem in iniustitia detine-
bant.i.iniustius occultabant,obscurabantq; dei cognitionem,qua sunt indecenter vsi.

Quia q̄d notū est dei,manifestū est in illis.Deus em̄ illis reuelauit.Inuisibilia em̄ ipsius à
creatura mūdi,per ea q̄ facta sunt intellecta,cōspiciunt,siue sempiterna virtus eius & diuini
tas,ita vt sint inexcusabiles.Quia cū cognouissent deū,nō sicut deū glorificauerunt,aut grās
egerunt.⌋ Dixit superius,gentiles ipsos in dei cognitionem fuisse iniquos,siquidē ea abusi
sunt.Vnde igit̄ liquet hanc illos habuisse cognitionē? Hinc sane,quia q̄d notū est dei,erat &
his manifestū.Deinde idip̄m confirmat,dicēs:Q̄m ex optima hac creatorꝝ dispositiōe,cōdi
tor ipse laudibus efferebat,sicuti & Dauid inquit:Cœli enarrant gloriā dei.Quid aūt dei sit Psalm. 18.
notū,hoc pacto ꝑdisces.In deo quidē nōnulla sunt,q̄ haudquaq̄ cognitiōe cōplecti possunt,
nōnulla q̄ cognitu facilia.Insunt tn̄ quæ minus humanis sensibus innotescūt.Ea profecto,q̄
diuinæ substantiæ sunt,bonitas.s.sapīa,virtus,diuinitas ipsa siue magnitudo,quæ inuisibilia
dei Paulus nuncupat.Noscunt̄ tn̄ ex hac mirabili rerꝝ structura,gētibus itaq; vniuersa * ap- als,paruere
paruit,q̄ possunt in se cognosci.Et nota sunt dei.i.quę circa eius substantiam sunt.Quæ etsi
cerni oculis nequeūt,mente tn̄ ex hac cōditarꝝ ab se rerū serie cōprehēsibilia sunt.Pleriq; ve
ro inuisibilia(nec recte,vt arbitror)angelos dicūt.Refert aūt e patribus quidā æternā potē
tiā filiū esse,diuinitatē vero spūm sanctū.Vt essent inexcusabiles.Aduerte hāc scriptorꝝ pro-
prietatē.Neq; em̄ hæc deus effecit,vt excusari nō possent gētiū natiōes,sed sacrarꝝ lrarꝝ cō-
suetudinē sectatus Aplus.Frequēter em̄ & multis in locis his similia perlegunt̄,quale ē illud
Dauid:Q̄m malū corā te feci,vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas &c. Quod & si mi Psalm. 50.
nus est,videt̄ tn̄ absurdū.Perinde ac si dicat,Etsi tuis sum dn̄e obstrictus beneficijs,attamen
præter omnē spem meam in te deliqui.Quo fit vt iustificatus,ipse victor euadas.Tunc em̄
deus iustificat̄,cū sumus ipsi in eū de nobis bene merentem ingrati.Nec quicq̄ habemus q̄d
excusare possumus.Atqui eo gētilibus nulla est errati excusatio,quia cū dei notionē ex hac
mūdi machina habuissent,haud tamē pro eius dignitate hunc sunt venerati.Nec tanq̄ oīm
conditori gratias retulere,quin potius debitos illi honores in idola rranstulerunt.

B Sed euanuerūt in cogitatiōibus suis,& obscuratū est insipiēs cor eorꝝ.Dicētes em̄ se eē sa
pientes,stulti facti sunt.⌋ Causam exponit,q̄ illi in tātā sint vesaniā prolapsi.Opinationibus
em̄ qbusdā oīa permiserūt,cū vellēt in figura,q caret figura,& in corpore,q sit incorporeus
mēte cōcipere.Sic fit,vt vani esse penitus arguant̄:quippe qui nequeant ad vllū cogitationū
suarꝝ finē euadere.Insipiēs aūt illorꝝ cor eo appellat,qa nil ꝓrsus voluerint fide ꝑcipere.Vn̄
& vani dep̄hensi sunt.Verꝝ qs error eos induxit vt cogitatiōibus oīa demādarēt? Nimirꝝ qa
sapiētes se crederēt,ideo sunt ad isaniā redacti.Quid em̄ vesani⁹,q̄ lapides venerari & ligna?

Et mutauerunt gloriā incorruptibilis dei,in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs,&
volucrum & quadrupedū & serpentū.⌋ Ille commutat,qui alteri q̄d habet cōcedit,vt aliud
quippiā assequat̄.Hi itaq; cū dei cognitionē haberent,hanc ꝑdiderunt,vt aliquid vltra q̄ ha
buissent sibimet vendicarēt.Vnde ab eo q̄d nacti iā erant,exciderūt.Circūdedere aūt incor
ruptibilis dei gloriā,nō homini,sed imagini corruptibilis hoīs.Quodq; deterius est,vel ad-
usq; reptantia ipsa,vel horū imagines potius delati sunt.Tam liquido isti insaniūt. Siquidē
mentē quā in eum intendere oportuisset,qui omnibus incōparabiliter est excellentior,ijs ap
plicarunt,quæ incomparabiliter sunt cæteris viliora.Deo aūt ad gloriā cedit,cum noscitur
& condidisse oīa,& vniuersis prospicere,& reliqua quæ illū decent,cogitatiōe & animo ad
mittuntur.Errata aūt eiusmodi nōnulli vtiq; commiserunt,& ij quidem qui apud gentes sa
pientiores sunt habiti,& Aegyptij ipsi.Hi nāq; de reptilium differunt imaginibus. Aegyptij

Propter q̄d tradidit illos deus ī desideria cordis eorū,in immūditiā,vt cōtumelijs afficiāt Ibin croco-
corpora sua in semetipsis,q mutauerūt veritatē dei in mēdaciū,& coluerūt & seruierūt crea dilū cerco-
turæ potius q̄ creatori,qui est bn̄dictus in secula,Amē.⌋ Tradidit.i.ꝑmisit,siuit,nec secus q̄ pythecum
medicus solet,q cū valetudine laboranti vt resanescat medet̄,deinde ingrauescēti morbo,vt colebant.
afflictet eundē,ꝑmittit,si incōtinentē videat,& sibi minus obtemperātē,laxatq; illi habenas
vt suopte arbitrio vsus,à morbo minime cōualescat.Nōnulli vero,tradidit deus,sic capiūt,
.i.cōniuentia in deū illata.Quēadmodū huic illive dicimus argētū fuisse exitio,cū cōstet nequaq̄
argentū afferre interitū,sed argenti abusum.Saulē dicimus & Solomonē ꝑdidisse imperiū
.i.eo illos disperditos,qa praue sint imperio vsi.Sunt igitur ob innatā nequitiā in immundi Tradidit in
tiem traditi,vt nihil indigeāt opa aliorū ad cōtumeliā immūdities.Quid cū ipsi sibi eā intu reprobum
lerint.Immunditiē vero vitia quæq; impurissima dicit.At si quæras:Vnde ij sint in immun sensum,qd
ditiā traditi,ex ea dixerim,quā deo inferūt cōtumelia.Nam q dei nullā habuerit rationem,
nec illū attēderit,mox vitæ totius iacturam faciat,nec esse est,quēadmodū inquit & Dauid:

Psalm 13. Ibidem. Dixit insipiens in corde suo, nõ est deus. Et paulo post: Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis, transtulerũt enim quæ dei sunt, & circumiecere cõmentitijs & fallacibus dijs. Coluerũt, i. re ipsa & ope, horũ se seruituti addixere, quos colerẽt. Gratia vel latria enim honor est, qui actu & opere exhibet, quod cultũ nos dicimus. Neq; id simpliciter dixit, sed plusq; creatori adiunxit, comparatione quadam crimen attollens. Veruntamen ille, inquit, est in secula benedictus. i. nil est iustorum offensus contumelijs, sed hauddubie in secula benedictus. Quippe cui maledici non potest. Amen vero idipsum confirmat.

Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nã fœminæ eorũ immutauerũt naturalẽ vsum, q est cõtra naturã. Similiter aũt & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis in inuicẽ, masculi in masculos turpitudinẽ operãtes. Et mercedẽ (quã oportuit) erroris sui in semetipsis recipiẽtes. Rursum dei destitutionẽ, traditionẽ appellat. Deficiunt a deo qd sit. Nã quẽadmodũ hi q dei cultũ ad idola transferũt, in pditionẽ tradunt, sic & in vita abominabiles fiunt, q naturali voluptate relicta, q̃ & facilior & suauior sit, in eã quæ contra naturã est, collabunt. Quæ & difficilior est & insuauior, & prorsus abominãda. Cũ enim cõmutauerunt inqt, ostendit his omissis q̃ sibi natura sunt insita, ad nepharia quædã traduci. Dixit de mulieribus (& tacite quidẽ) turpe aliqd & obscenũ, qd nec dici fas est. Dixit supra, & de viris, q in se inuicẽ exarserint, incẽtiua libidinis, & furias explicãs. Neq; enim rei venereæ dixit cupiditatẽ, sed turpitudinẽ intulit, arguẽs istiusmodi viros naturã ignominia affecisse. Cũ vero dixisset, in desiderijs suis hos exarsisse, ne forte existimes libidinis eẽ hũc morbũ, operantes adiecit. i. immũditiæ operã dabãt, opus id suũ esse existimãtes, recepta (q à deo hi defecissent) mercede erroris sunt freti, q̃ ad idola defeciuerũt. Quo fit, vt hac in turpitudine & fœdissima voluptate pœnas luant: vtpote quæ præter naturã fit & plena impuritatis. Hæc aũt Paulus infert, quia nondũ quiuerat de gehenna quippiã istis persuadere. Proinde dicit, etsi gehennam diffitent & futura supplicia, his tamen hæc facta ad suppliciũ sibi futura sat sunt.

Et sicut nõ probauerũt deũ habere in notitiã, tradidit illos deus in reprobũ sensum vt faciant ea q̃ nõ cõueniũt. Ecce iterato ac tertio eandẽ sñiam repetit, eodẽq; vsus est verbo, tradidit inquiẽs, vbiq; causam afferens, hosce. s. hoies deũ ob ipsorũ impietatẽ idcirco deseruisse. Secuti & hoc loco, qa nõ probauerũt deũ habere in cognitionẽ, vnde & traditi sunt in via nõ ignorãtiæ, sed medi. atiõis atq; sciẽtiæ. Quod sane deo est cõtumeliæ. Neq; enim dixit, ignorasse hos deũ, sed improbasse. i. nõ iudicasse deũ se habere in notionẽ, sed vltro sibi delegisse impietatẽ sectandã. Nõ ergo p carnẽ (vt hæretici ferunt) delinquit, sed corrupti iudicij vitio peccat. Siquidẽ priores illi dei notitiã improbarũt, deinceps à deo pmissi sunt in reprobũ sensum deferri. Dei enim à quis secessio siue destitutio, in sacris lris traditio nosatur. Et lepido quidẽ patrũ nõnulli exẽplo sunt vsi, q̃ dictũ id (tradidit eos deus) lenirẽt. Dicũt enim hoc se haud secus habere, ac si quis ne solẽ intueat oculos claudat, progressusq; parũper, in foueã collabat. Est pterea tritũ prouerbiũ, nõdũ sol ipse inspectus, hũc illumve in scrobẽ impegit. Nec ob id q ira incensus sol hoiem prostrasset, sed qa obstrictis oculis lucẽ nõ vidisset. Cur aũt lucẽ sol minus pbuerit si quæras. Nimiũ qa oculos ille occlusit, ne lucem admitteret. Sic deus hos in ignominiæ tradidit passiones, quibus ipse plane eẽt incognitus. Eiusmodi tñ dei ignoratio ab illis orta est, qui nequaq̃ probassent. i. non iudicassent dei se habere notionem. Tradi a deo.

Repletos oñi iniqtate. Aduerte quẽadmodũ pgrediẽdo rẽ augeat. Cũ enim hos dicit iniquitate oppletos, arguit sane ad summã nequitiã peruenisse. Infert deinceps & nequitiæ spẽs.

Fornicatione. Omnem prorsus impuritatem hoc fornicationis nomine cõplexus est.

Malitia, id est, in proximum insidijs.

Auaritia, pecuniarum videlicet cupiditate.

Nequitia, odio scilicet.

Gene. 4 Gene. 37 Plenos inuidia, homicidio. Ex inuidia gignitur homicidium. Abel enim cum ei à fratre inuideretur, enectus est. Et ex liuore, Ioseph morti fuit propinquus.

Cõtentione, dolo. Ex inuidia cõtentiones emanant & doli, vt ei noceat cui iã inuidet.

Malignitate. Ea. s. quæ in profundo latet nequitiæ, & bonitatem mentitur.

Susurrones, qui clàm alienæ derogant famæ.

Detrectores, qui palàm.

Deo odibiles. Qui deum oderunt: vel, deo sunt odio.

Contumeliosos, superbos, elatos. Iam maloꝶ arcem cõscendit, superbiam. s. Qui enim effertur superbia, vel bonũ amittit qd egerit, quãto magis q mala. Neq; enim poterit hic perpetrati facinoris ob insolentiã pœnitere. Veruntamẽ intelligas velim superbos dei eẽ contemptores. Elatos vero hoies aspernari, vnde oritur cõtumelia. Qui enim hoies paruifacit, diuina simul iura & humana cõculcat. At si forte insolentia ipsa natura cõtumeliam antecedit, nobis tamen contumelia videtur præcedere, deinceps eius mater internosci elatio.

Inuẽtores maloꝶ. Neq; enim erãt superbioribus cõtenti, nisi malis excogitãdis studerẽt.

Parẽ

Parētibus nō obediētes.] Quinetiā inquit vel naturā ipsam impugnāt, quippe qui vel ge
Insipientes.] Et iure quidem. Quo enim pacto qui præsen- (nitoribus repugnant.
tibus non obsequūtur bene monentibus, ab alio possent sapientiam edoceri.

Incompositos.] .i. conuentis & pactionibus non stantes, infidos .s. & nutabundos.

Incompositi & quomō intelligendi.

Absq; fœdere, sine affectiōe, sine mīa.] Vbi enī charitas ipsa refrixerit, mala oīa ꝓcreat. Hinc est, ꝙ nec pacta seruamus, nec afficimur cuiq̄, nec ad mīam flectimur. Qđ sane & Chřs sic refert: Cū aūt abūdauerit iniqtas, charitas ipsa refrigescet: tametsi nos natura ipsa quēad modum & cætera animantia coniungit & copulat. Hoc tñ hi prorsus non intellexerunt.

Qui cū dei iustitiā cognouissent, nō intellexerūt: qm̄ qui talia agūt, digni sunt morte. Nō solū q faciūt ea, sed etiā q cōsentiūt faciētibus.] Oñdit supi⁹ quēadmodū q dei hr̄e notionē noluissent, oī sine iniqtate oppleti. Nūc vero arguit, nec esse hos venia dignos, cū dicere neqant boni ignorātia tenebamur. Norūt enī dei iustitiā, ergo id vltro factitāt, & spōte cōmittunt. Quodq; deterius ē, facientibus assentiuntur, ꝙ sane est insanabili morbo laborantium.

CAPVT .II.

Matth. 7. Iudicare q̄ sit periculosum.

PRopter qđ īexcusabil' es o hō oīs q iudicas. In q̄ enī iudicas alteꝝ, teipm̄ condēnas, eadē enī agis q̄ iudicas.] Cū diuerse sentiāt hoīes, ideo fit vt mala plęrūq; ꝓbem⁹ ꝑ sępe etiā sedēdo in alienā vitā feram⁹ sentētiā. Dixit de his q īprobis assentiunt nūc vero de iudicio verba facit, inqtq;: Inexcusabil' es o hō. Quid ni? Nosti .n. dei iustitiā nec illđ ignoras, malos supplicio eē dignos, igit ꝙ excuses nil habes q tui ipsius iudices. Videt hoc loco ad priates ipos verba ītēdere, & Romanos ꝓcipue, tāq̄ ad terraꝝ orbis ꝑfectos, vtpote q̄s iudiciū deceat. Cōgruit tñ id dictū vl' hoīb⁹ cæteris, ferre enī sniaꝫ neqt, q throno careat & magistratu. Itaq; q adulteꝝ iudicat, seipm̄ iudicet necesse ē, q fit adulterio iuolut⁹.

Iudiciū dei

Scim⁹ enī, qm̄ iudiciū dei ē scđm veritatē ī eos q talia agūt.] Ne forte dixerit qspiā Ipse eqdē & iam adulter, & euasi id qđ inqs iudiciū. Et ii alr qspiā ob id ē affect⁹ supplicio, ipse tñ nullas tuli ꝓ adulterio pœnas. Infert Paul⁹, vt hos acri⁹ terreat, adulterij cruciatū. Neq; enī (inqt) ē apđ deū qđ apđ hoīes eē dephēdit in terris iudiciū. Vbi eiusdē criminis rei, alter plęrūq; dat pœnas, abit alter īnoxi⁹. Cū deo vero haudq̄q̄ sic ludit, cui⁹ veꝝ ē ī prauos iudiciū.

Existimas āt hoc o hō q iudicas eos q talia agūt, & facis ea, q tu effugies iudiciū dei? An diuitias bonitatis ei⁹ & patię & lōganimitatis cōtēnis: ignorās qm̄ benignitas dei ad pœniam te adducit? Scđꝫ āt duritiā tuā & īpœnitēs cor, thesaurizas tibi irā ī die iræ & reuelatōis iusti iudicij dei, q reddet vnicuiq; scđm opa ei⁹.] Dixit supi⁹ erroris mercedē & cult⁹, q creaturę defert his ī reb⁹ ꝑsolui vanis hoīb⁹, ī qb⁹ se impie gesserit, cū īmūdities ipa satis sit his ad sup

B pliciū. Nūc vero apit eis & cruciatū. Est enī (inqt) aliud tibi tormēti gen⁹ o hō, nō enī effugies dei iudiciū. Qui enī fieri id poterit, q ne tuū qdē effugeris cruciatū? Qua enī ī re alteꝝ iudicas, teipm̄ cōdēnas. Qđ si dei bonitatē cōtēnis, q nōdum sis tormēta ꝑpessus, hoc sane tibi augebit, nō īminuet pœnas. Est enī his dei tolerātia, q ad emēdationē ea vtūt, salutaris. Qui vero cōgestis scelerib⁹ ea fuerit abusi, maiorē in se sæuiēdi causam ꝑbebūt, ꝙ tñ nō ꝓ ipsius diuīæ tolerātiæ natura, sed ꝓ ipsoꝝ duritię futuꝝ ē. Thesaurizas enī (inqt) tibi irā. Quo fit, vt nō de⁹, sed ipsemet te tormētis afficias. Quo pacto (inquis) fieri id pōt? Quia cor impœnitēs geris, & ad bonū aliqđ exequēdū & duri⁹ sane & inflexibile. Cur igit nec dei bonitate duct⁹ leniris, nec pœnę formidie flecteris, qđ dici te duri⁹ pōt? Diē vero iudicij cū diceret, & reuelatōis, & iusti dei iudicij adiecit. Et merito qdē, ne forte existimes dei iudiciū ī ira futuꝝ ꝙ sane ꝑter dei naturā foret. Reuelatio (inqt) oīm fiet, & ita vt ꝓ dignitate reuelatoꝝ futura sit & retributio. Eoq; & iustū fiet dei iudiciū. Apud nos vero, qm̄ opa occulunt, eo nec constans est æqtati locus. Ibi vero q recta patebūt oīa, & rectū iudiciū subsequatur, necesse est.

His qdem q secundū patientiā boni operis, gloriā & honorē, & incorruptionē quętentibus vitā ęternā.] Cum (inquit) dñm singulis ęq̄ bonoꝝ ꝑmia impertituꝝ, rem clarius apit. Cum vero per boni operis patientiam subdit, duo mox exprimit. Alteꝝ qđ aio minime cōcidendū sit, nec plane desidiæ incūbendū, sed rectis facinoribus insistendū perpetuo, nec in fide tm̄ spes omnis habenda, nisi & bonis operibus adnitamur. Incorruptionem vero, cum inquit, resurrectionem indicat. Deinde infert. Postq̄ aūt resurgemus non omnes ad vnum, sed hi qdem ad gloriam, hi vero in suppliciū, eoq; & gloriā dixit & honorē. Huius itaq; oīs diuina orō eiusmodi est, vt plane affirmet deū ipm̄ futurā eius gloriā, honoresq; largiturū, qui eos & conquirunt & recordantur. Porro & incorruptionem datuꝝ resurgentibus vitā .s. sempiternam. Quæret aliquis: Quonam pacto hæc gloria & honor conquiritur & incorruptio? Nempe dum in rectis operibus permanetur. Qui enim actionibus bonis insistit, stabilisq; in aduersum fuerit & constans, is sane & gloriam, & honorē haud dubie quærit. i. incorruptibili deo, incorruptibilium bonorum fruitionem deposcit.

Animo nō esse concidendum.

Nō in fide tātum, sed etiā in bonis opibus spes habenda.

His aūt qui ex contētione nō acquiescunt veritati, credunt aūt iniqtati: ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnē animā hominis operantis malū, Iudæi primum & Græci.]

Nã expectatio creaturæ, reuelationẽ filiorũ dei expectat.] Velim, inq̃t, iã patefacere, q̃tũ simul gloriæ vẽdicaturi. Nã si mũdi hæc machina & creatura oĩa immutabunt̃ in melius, lõge magis & ipsi q̃ potiora sunt assequemur. Enimuero q̃d & p̃phetæ assolẽt, vt flumina manibus plaudẽtes, & mõtes ipsos inducãt saltãtes, & rebus demũ insensibilibus & inanimatis viuentiũ p̃sonas imponãt: Itidẽ & Paulus faciẽs inq̃t, creaturæ oĩs magna est expectatio, videlicet vt ipsa in id q̃d potius est immutet̃, opereturq̃ gloriæ nobis futuræ reuelationẽ, qui dei filii sumus. Tũc em̃ & hæc ob incorruptionẽ glorificabit̃, cũ eandẽ & nos assequemur. Prophetæ rebus insensibilibus & inanimatis viuentiũ p̃sonas imponunt.

Vanitati aũt creatura subiecta ẽ, nõ volẽs, sed p̃pter eũ qui subiecit eã in spe, q̃a & ipsa creatura liberabit̃ à seruitute corruptiõis in libertatẽ gloriæ filiorũ dei.] Vanitati, i. corruptioni, subiecta est creatura, videlicet corruptibilis reddita p̃pter te o homo: Nã cũ mortale & p̃stibile corpus susceperis, ideo terra & sentes & tribulos protulit, & cœlũ vetustate cõfectũ immutatione indiget. At cur alterius gr̃a corruptibilis facta est creatura, q̃a propter hoĩem omnẽ prorsus subiit seruitutẽ. Nõ volẽs aũt cũ inquit, diuina prouidẽtia id omne effectũ demonstrat, & nulla terræ ipsius virtute. Factũ p̃terea est, vt in cõmodũ cedat, vt scilicet cum hãc corruptibilẽ noueris, cõtemptui habeas, & cœlũ ipsum suspiciẽs demireris. Liberabitur igit̃ hæc mundi structura, nec ipse solũ libertate potieris, quin etiã q̃d te inferius est, hac p̃fruet̃. Inanimatũ dico & insensibile aliq̃d tecũ bona hæc sortiet̃. Nec iã corruptionẽ, sed te imitabitur, & quẽadmodũ ipse cũ corruptibilitatẽ iã excepisses, effecta est & structura hæc corruptibilis: sic & te incorruptibili permanẽte, seruabit & illa incorruptionẽ. Si itaq̃ id q̃d creatũ est tui ob grãm patitur, debes & ipse ob deũ q̃d pateris æquo aĩo ferre. Cũq̃ & creatura hæc glorificanda sit, longe magis & tibi debet̃ hæc gloria: Nã vt assolet pater in liberorum gloriã seruos ornare, sic deus hanc terræ machinam in vestram laudem decorabit.

Scim⁹ em̃ q̃ oĩs creatura ingemiscit & parturit vsq̃ adhuc. Nõ solũ aũt illa, sed & nosipsi

primitias spûs habẽtes,& ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filioꝝ dei,expectantes redemptionẽ corporis nostri.⅃Cogit his dictis auditorẽ præsentia hæc aspernari.ꝑinde ac si hûc in modũ cõmonefaciat.Noli esse creatis rebus inferior,nec te præsentibus hisce immerseris, sed potius ingemisce,qa nõdũ futurã sis gloriã assecutus.Nã si idipsum vel hęc terræ machina deflet,longe magis & ipse debes dolore angi.Infert deinceps & nobis ingemiscendũ spiritus primitias nactis,q cũ futura iã degustauerimus,nondũ carne simus hæc cõsecuti.Ex ĩs nãq; spiritalia dona accepimus,quæ ipsas prætendũt primitias.Per hæc eñ & futura nos cõtẽplamur.Veꝝ ne occasionẽ hæreticis prębeat obiectãdi ob mundi huius prauitatẽ nos gemere,qa adoptionẽ subdit,accepimus.Veꝝ quo pacto?Nũ cũ semel fuerimus in adoptionẽ admissi,alterã operimur?Etiã inquit:Nõ eñ hãc dixerim adoptionẽ qua sumus iã ꝑ baptismũ potiti,sed gloriã illã vndiq; absolutã,q̃ in corporis incorruptiõe cõsistit,idq; per redẽptionẽ prætendit.Est eñ λύτρωσις perfecta quædã & expedita,mortis & passionũ liberatio,quãdo non amplius nobis sit ab ipsa adoptione ad seruitutem peccati diuertendum.

ἀπολύτρωσις græce,redemptio latine.

Spe eñ salui facti sumus.Spes aũt q̃ videt,nõ est spes.Nã q̃d videt qs,quid sperat?Si aũt q̃d nõ videmus,speramus,ꝑ patientiã expectamus.⅃Qm̃ de futuris differit,q̃ apud plerosq; fidẽ nec sortiunt,sic inquit:Noli,fidelis ipse cũ sis,quoq̃ pacto dictis his meis diffidere,quin potius vel hoꝝ quæ iã es adeptus,experimento,& futuris fidẽ ꝓstiteris.Vtq; & añ hac ꝑter fidẽ cũ nihil attuleris,magna tñ à deo in premiũ accepisti:sic velim pari nũc fide vtaris ad futuroꝝ spem assequendã.Tũc eñ vera spes erit & certior,cũ ea sperãt q̃ humanis obtutib⁹ minus patescũt.Quod eñ quis videt,q̃d sperat?Hoc est,nõ eñ dicim⁹ q̃ visunt sperari.Nõ igit oĩa in hac vita nobis q̃renda sunt:Siquidẽ ꝑ patientiã speramus futura.Cũ aũt proponi patientiã audis,certamina & sudores intelligas designari iniungiq;.Debet itaq; Christian⁹ vir toleranter oĩa ferre,ea operiens,quæ etsi sub aspectũ non veniunt,fide tamen sperantur.

Similiter aũt & spûs adiuuat infirmitatẽ nostrã.⅃Paulus ideo patientiæ meminit,vt auditorẽ faciat fidentiorem.Inquit eñ.& spũm opem nobis laturũ.Noli ergo tolerãdo & futura sperando deficere.Spûs nãq; tibi opitulabitur,spem dũtaxat & tolerantiam inferenti.

Nã quid oremus sicut oportet,nescimus.⅃Ostendit quẽadmodũ nostræ faueat spûs fragilitati,Inquitq;:Adeo ipsi fragiles sumus & infirmi,vt nulli hoĩm teneãt,nec ipsi nos, quid votis sit & precibus deposcendũ.Orabat eñ & ipse pro carnis stimulo à se demẽdo,vtq; & Romã cõcederet.Precabatur & Moses ne Palestinã videret,pro Iudæis & Hieremias,ignorantibus plane q̃ expedirent.Hæc aũt Paulus infert,quia nõ iniuria q Romæ essent ex Christianis,cũ fuissent ꝑsecutiones perpessi,& plurimũ affictarentur,erãt tandẽ remissionẽ laboribus & quietem postulaturi:Futurũq;,vt si minus id impetrarent,obturbarent aĩo & grauiter ferrent.Propterea dicit,neminem posse,quod expediat postulare.Sunt itaq; vobis cuncta ferenda,solus nanq; spiritus nouit,quæ vobis conducant,eoq; & eiusmodi subdit.

2.Corin.12

Sed ipse spûs postulat ꝓ nobis,gemitib⁹ inenarrabilibus.⅃Quẽadmodũ eñ & olim ĩs deus dona plurima largiebat,q baptismũ susciperẽt,q̃ & spiritalia vocabant,vt alius eẽt prophetiæ spm̃ nactus,alius sapiæ,alius aliud quidpiã assecutus:Sic deus oratiõis grãm cõdonabit,q̃ spûs dicebat.Et qm̃ quæ nobis ꝓfutura sunt,ignoramus,et inutilia sæpe deposcimus: cõferebat spûs donũ in vnũ aliquẽ ex illis,q sic adessent,q stãs q̃d videbat cõducere ĩ mediũ ꝓcabat,et alios tdẽ vt peterẽt,edocebat.Spiritũ itaq; hoc loco donũ appellat,et aĩam ipsam q̃ oratiõis excipiat dono,ideoq; obuersef et ingemiscat.Astabat eñ spiritalis vir ille gemebundus et doles,cuius hoc tp̃e diaconus ꝓfert figurã,et assiduas pro populo ꝓces fundebat.

Diaconus cuius figurã ꝓferat.

Qui aũt scrutatur corda,scit quid desideret spiritus,quia secundum deum postulat pro sanctis.⅃Haud sane deo ignaro adstat homo supplicaturus:quippe quin corda disquirat, teneatq; quid spûs sentiat,id est,spiritalis homo,qui omnia pro dei nutu exposcit, oratq; ꝓ his qui in ecclesia et fide et sanctimonia pollent.Quod eo fit sane,vt perdiscamus et ipsi quę secundum deum sunt postulare,id est,quæ illi placita sunt et grata.Cum igitur pro nobis spiritus et precetur et intercedat,nil doleas necesse esse,cum aduersis opprimeris.

Scimus aũt quoniã diligentibus deũ oĩa cooperantur in bonũ:his qui secundũ propositũ vocati sunt sancti.⅃Quod dictũ est ante,et creatura vanitati subdita est,et iterato corruptionem subibit.Illud vero(vt diximus)q̃d quid petendũ sit ignoramus,vt qui Romæ essent, acrius afflictari cõmonefaceret et solaref,intulit,q̃d et in præsenti clarius explicat. His eñ (inq̃t)qui dei charitate tenent,vel ea quæ difficilia sunt et vrgentia ad bonũ cooperant.Nõ eñ dixit,nihil molestũ aut graue deũ colentibus accidisse,sed accidũt quidẽ,et in eoꝝ vtilitatem q affictant:deũ(inquit)vt ingerant hæc mala ꝑmittere.Deinde cũ paꝝ id credibile videref,ꝓteritis ex rebus idipsum cõfirmat,his dico,qui secundũ prædestinationem vocati sunt sancti.Te eñ si vel longius abeuntẽ vocauit,et sibiipsi familiaritate cõiunxit deus,q̃to enixius et vocatũ iuuabit.Accitur aũt homo secundũ ꝓdestinationẽ,id est,voluntate ꝓpria Nec sat habet hæc euocatio:Nam si omnes habituri essent salutem,vocarentur et omnes.

Dei cultores cur molestiã interdũ patiant.

Sed

A Sed omnino nostra accedat voluntas necesse esse.

Nā quos ꝓ sciuit, hos & ꝓdestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Quos aūt ꝓdestinauit, hos & vocauit. ⌋ Præscius vtiq; deus est, præuidetq; q sint vocatiōe digni, deinceps prædestinat. Præcedit itaq; prædestinationē agnitio. Prędestinationē aūt velim intelligas optimā dei & imutabilē voluntatē. Nouerat itaq; Paulū euāgelio dignū: & ita prædestinauit. i. immutabiliter definiuit, & statuit ad euāgelium id munus vocare. Cōformes præterea facit imaginis filij sui q̄s dignos prænouerit. Quod eṁ natura est primogenitus, hi p grām sunt adepti, q & filij dei nūcupanť. Est igiť ille inter frēs multos primogenitus p dispēsationē denominatus: vnigenitus vero p diuinitatē. Nā vbi caro assumpta in oīm cōspectu, & propalā baptismo abluta, & nobis primitię est effecta, & natura illa humana peccato obnoxia in eo sanctificata est, iure hic & primogenitus est, & frēs (nos huius appellamur.

Quid prædestinatio.

Quos autem vocauit, hos & iustificauit. ⌋ per lauacri scilicet regenerationem, & à peccatis exemit, & iustos reddidit.

Quos autem iustificauit, hos & magnificauit. ⌋ Quia adoptione hos dignos effecit, & donis alijs condonauit.

Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis cōtra nos? ⌋ Vides quēadmodū apertissime hoc ostendat ad oppressos se habere sermonē, cū subinde id inquiat: Si nos cū hostes essemus, post iustificationem acceptam & gloriam tot bonis dignatus est deus, quanto magis cum nos ille tutabitur: quis tum poterit aduersari? Quinetiam vel si terrarum in nos orbis insurgat, in nostram diuina sapientia gloriam, hunc omnem vertet insultum.

Subinde, pro frequēter, more suo.

Qui etiā proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis oībus tradidit illū. Qūo non etiam cū illo oīa nobis donauit? ⌋ Vt reliqua omittā quę dixerā, videlicet ꝙ instītiā nobis & gloriā dederit. Attendas id velim, quēadmodū nec filio suo proprio, hoc est vnigenito & amātissimo, q ex se natura sit genitus (cū cæteri sint p baptismū in adoptionē admissi) pepercit deus sed pro nobis hūc obtulit, siue ingenui & cōspicui gloria, siue minus generosi & inglorij fuerimus. Neq; id modo nostri grā egit, quin & occidendū hunc tradidit. Cur ergo, qui tantis nos affecerit beneficijs, nō cuncta est nobis hoc tpe largiturus, qui eṁ pro nobis filiū dedit? nōne & creata hæc conferet? Si itaq; votis ille minus arguerit, arguit sane haudquaq̄ profutura q̄ poscimus. Noli ergo tantopere otium & quietem percupere, qui pressuris & malis

B pro Christo exagitaris. Eris nanq; & voti compos, si conducere arguetur quod flagitas.

Quis accusabit aduersus electos dei? ⌋ Cū post tētatiōes alias, & illud à Iudæis Christianis obijceret, ꝙ instabiles essent & nutabūdi, & gregatim sese in Chri fidē proriperēt, ideo nūc Paulus inq: Cū nos de⁹ elegerit, q̄s poterit electiōis huiusce nos incusare? Opificē sane ꝙ seorsum selegerit quippiā, nemo insimulabit. Deū vero si qd secreuerit, q̄s criminabitur?

Deus qui iustificat? Quis est eṁ qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit. ⌋ Nō deū dixit qui peccata dimittit, sed quod præstantius ē, qui iustificat. Nō vtiq; timendi sunt qui vel molestiam inferunt vel iniuriā, & probra ingesserint: quādoquidem elegit nos deus, & iustos effecit, quive nostri ob gratiam mortem subiuit & resurrexit, Christus est dei filius: quis ergo, quos deus tot bonis dignatus sit, damnabit?

Qui est ad dextrā dei, qui etiā interpellat pro nobis. ⌋ Interpellare illum pro his dixit, vt Chri erga nos explicet charitatē, q etsi carnis assumptæ dispēsatiōnē perfecit, haud tñ suā in nos clemētissimā substulit animi affectiōnē, sed intercedit p nobis. Non eṁ intercessio hæc vnigeniti ipsius imminuit gloriā, cū dixerit prius, q est ad dextrā dei, q̄d plane magnitudinē ꝓfert & filij maiestatē. Deinceps intercedit adiecit, nil ex eo aliud indicaturus (vt diximus) q̄ summā huius in nos charitatē. Dicet aliq̄s: Cū eṁ patris facta sit mētio, vtpote cui à deo nostri ob grām supplicet: imminuitur ergo gloria dei & autoritas, quia supplex precetur, quin potius id vel ineffabilē dei in nos prouidētiā patefacit. Nōnulli vero interpellat sic accipiūt videlicet inquantū corpus hoc filius gestat, nec deposuit, vt garriūt Manichæi, perinde aç si corpus ipm sit apud patrē interpellator. Nā cū intueť hoc (inqt) deus, charitatis tū reminiscitur, quā erga genus humanū ostēderit: sic plane & ad misericordiā flectiť. Hæc aūt eo Paulus (vt sæpe diximus) explicat, vt Christianos oppressos mitiget & cōsoleť, cū aperit & ipm pro nobis intercessisse, nec nostri de causa pepercisse filio patrē, quin iustificasse nos, & gloria condonasse: Supplicare ꝓterea pro nobis & patri filiū. Cū itaq; tā multiplex fiat apud patrem intercessio, optime vobis sperandum erit, nec quoq̄ pacto animo concidendum.

Manichæi stulte garriunt, Christū corpus deposuisse.

Quis ergo nos separabit à charitate Chri? tribulatio? an angustia? an fames? an persecutio? an nuditas? an periculū? an gladius? ⌋ Postq̄ ineffabilē patefecit patris & filij & sancti spiritus ī nos charitatē, spū ceu arreptus sic fatur: Quis nos segregabit ab amore Chri? Eū nāq; qui tanto sit charitatis ardore affectus, nihil est quod seiungere possit à deo, quippe cui tam egregie diuinitus sit prouisum. Hoc vero tribulationis & angustiæ noīe complexus est Paulus, quæcunq; possunt nos malis afficere, & si minus hæc sigillatim enumerat.

Psalm. 43

Mori quotidie voluntate possumus, nō natura.

Sicut scriptū ē:Quia ꝑpter te mortificamur tota die,& ęstimati sumus sicut oues occisionis.⌋Ne forte ob id videant͂ q̄a fuerint à deo ῃ destituti,malis ῃs afflictari,prophetā inducit hmōi proclamātē,agētēq̧,cōsolatiōis plurimū illa habere q̄ dei ob grām toleram⁹.Vel si quotidie mors ipsa sit subeūda,q̄d fieri volūtate p̄t,natura nō p̄t. Mortificari aūt illud,immolare est & sacrificiū deo offerre.Id em̄ p̄tēdit,cū inquit:tanq̄ oues occisiōis,vt quēadmodū illæ cū occidunt͂,nihil repugnāt:sic nobis cū malis afficimur,erit æquo id aīo tolerandū.

Sed in his oībus superamus propter eū q̄ nos dilexit.⌋Cū mortificamur dixisset,mox & cōsolationē adiecit,ne quis humanitatis sectatus fragilitatē,desperet. Nec simpliciter vincimus inquit,sed maxime superamus,hoc est,summa facilitate,sine labore ac sudore,vel in ῃs ipsis victores euadimus,in quibus insidias patimur.Hæc enim perfectior est & summa victoria,cum exagitati persecutores ipsos & afflictātes tolerando euincimus. Neq̧ his dictis ipse diffidas,deus enim tecum vnà in hostem decertat.Accedit etiam ꝙ amore nos ille prosequitur:vnde nec mirum videri debet,si in malis medῃs victoriam reportamus.

Certus sum em̄,q̄a neq̧ mors,neq̧ vita,neq̧ angeli,neq̧ principatus,neq̧ virtutes,neq̧ fortitudo,neq̧ p̄sentia,neq̧ futura,neq̧ altitudo,neq̧ ꝓfundū,neq̧ creatura alia poterit nos separare à charitate dei,q̄ est in Chr̄o Iesu dn̄o nr̄o.⌋Primū de dei ī nos charitate disseruit, nūc suū in deū exponit bn̄uolentię ardorē,vtq̧ magni aliquid dicere de se videat͂,sic inquit: Eo em̄ magnitudinis sumus ex nr̄o hoc flagrātissimo in deū amore prouecti,vt nō modo q̄ in hac vita sortiri mala solemus,queant nos ab eiusmodi charitate distrahere, quin etiā vel si quis mortē futurā illā in æternis supplicῃs cōminetur,vel vitā polliceat͂ immortalē,id dūtaxat,vt à Chr̄o diuellat,is nunq̄ suis bonis fecerit satis. Verū quid mihi vel imperatores vel tyrānos protuleris,qm̄ nec angeli ipsi,nec potestates supernæ oēs poterūt nos à deo eruere: quinetiā me nec p̄sentia hęc,nec futura,nec altitudo,id est cœlestia:neq̧ profundū,i. quę in terris sunt,nō gloria,nō ignominia cōmouebūt:Nōnulli aūt altitudinē pro cœlorū imperio acceperunt,profundū vero pro imperῃ huiusce iactura.Si alia præterea esset creatura,siue visibilis,siue q̄ mente nō obtutu cōprehēdit͂,nunq̄ à Chr̄i me charitate auertet.Neq̧ eo hæc intulit,perinde ac si angeli,hoīes à deo disiungāt,sed sui erga deum amoris vt exprimat magnitudinem,nec eū quidē,quem se Iudæi profitent͂ habere,sed quē in Chr̄o Iesu adeptus est quispiā.Iudæi quidem etsi deum colere se iactitent,non tamen in Christo hunc colunt,quippe cui nec fidem adhibeant.

Iudæi deū colunt, sed nō in Christo.

D

CAPVT IX.

VEritatē dico in Chr̄o Iesu,& nō mētior,testimoniū mihi ꝑhibēte cōscia mea in spū sancto,qm̄ tristitia ē mihi magna,& cōtinuus dolor cordi meo.⌋Futurū est, vt in oratiōis ꝓgressu ostēdat nō oēs q̄ ex Abrahā sunt,Abrahæ fuisse ex semine procreatos. Et ne ex animi passiōe aliqua videat͂ id dicere,ꝓueniēs, Iudæorū p̄dicat bona,suspitionē hmōi sublaturus,faceturq̧ se vel summa erga hos teneri bn̄uolentia. Vt aūt dictis suis nō abroget fidē:veritatē(inq̄t)dico in Chr̄o,& nō mentior:producitq̧ testes tres nūero,Chr̄m,propriā cōscientiā,& spm̄ sanctū,inquitq̧:ingēs me inuasit mœror,q̄ cor meū pro Iudæis obrodit,qui de gr̄a sunt eiecti,id enim erat,& si minus expressit,dicturus.

Anathema quid.

Optabā em̄ ego ipse anathema esse à Chr̄o pro fratribus meis,q̄ sunt cognati mei sc̄d̄m carnē.⌋Perdiscēdū est tibi prius q̄d anathema sit. Est sane seiunctio q̄dā & alienatio. Anathema p̄terea græce,p̄t latine oblatio dici & sacrificiū. Et quēadmodū q̄ deo & offerunt͂,& dedicant͂ attrectare audet nemo:sic eū qui anathema fit rōne quadā nullus conueniet, aut cū eo versabit͂. Nā sacris oblatiōis honoris gr̄a tanq̄ deo dicatis appropinquare nulli hoīm audebūt. Ab hoc vero q̄ maledictiōi fuerit obnoxius,nō secus ac à ꝓphano,& ab ipsa diuinitate alieno secedūt oēs. Quid igit͂ sibi vult q̄d Paulus dicit? Videt͂ nāq̧ dictis suis sup̄ioribus aduersari. Nā supra id clamitās ꝓfitebat͂:q̄s nos separabit ab amore dei:nunc vero optat à deo seiūgi. Vident͂ itaq̧ dicta hæc inter se eē cōtraria:at nō ita se habet. Illud nāq̧ vehemētissima q̄dā in deū charitate dictabat incēsus:hoc vero vt cū deo ꝑpetuo maneat. Cū em̄ vniuersi deū criminarent͂,ꝙ Hebręos,q̄s antea adoptiōe & gloria dignissimos iudicasset,fuissentq̧ Chr̄i progenitores,eiecerit & affecerit ignominia,& ῃs postmodū gētes suffecerit,q̄ sui nullā habuissent antea notionē,eoq̧ & diuinā ꝓuidentiā obtrectarēt plerriq̧,& maledictis insectarent͂,tanq̄ nullā in hos æquitatē seruasse deus,vtpote q̄ suos fefellisset maiores,q̄s suis ornare bn̄ficῃs ꝓmisisset. Dolēs itaq̧ Paulus,& ꝓ dei gloria tutāda & istorū maledictis ꝑculsus optabat se anathema fore,dūmodo detractores hmōi salutē assequerent͂, & abolerent͂ corū in deū cōuitia. Vides vt Paulus ꝓ sua in deū ardētissima charitate cupiētissimus sit,& si fieri liceret,sese vel à cœtu sctōrū,q̄ deo assistūt sepositū iri,& gloriæ illius æternæ fruitiōe. Non tn̄ à dei amore seiūgi,quēadmodū plerūq̧ cōsueuere parentes,q̄ dulcissimo sese liberorū cōmertio abdicāt,vt absentes gloriā pariāt,cū nihil interea illi omittāt pristinæ in liberos charitatis,q̄n etiā abiectos se & inglorios haberi ꝑpetiunt͂,vt illi ꝓuehant͂ honorib⁹. Ipse igit͂, inq̄t,q̄ res innumeras gesserim,& deū vltra q̄ fert hūana natura coluerim,cupiditate teneor

& in-

A & ingēti, dei ob gloriā (si dici fas est) vel à dei excidere gloria. Quod sane dictū nō gloriam tollit, sed vendicat potius. Cū vero cū fratribus meis, q cognati mei sunt secundū carnē, inquit, suæ in illos charitatis præcordia patefacit, aperitq; ꝙ illorum sit salutis percupidus.

Qui sunt Israelitæ, quoꝶ adoptio est filioꝶ, & gloria, & testamentū, & legislatio & obsequium & promissa: quoꝶ patres, ex quibus est Christus secundū carnē, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.⌋Hoc loco Iudæos laudat & magnifacit, ne videatur (vt diximus) ex animæ passione hæc dicere. Tacite aūt ostēdit diuinæ voluntatis fuisse, vt salui redderentur Iudæi, q̊d patet ex his: tū quia illos sit adoptione dignatus & gloria: tum etiam quia & patribus sit multa pollicitus: tū demū quia alia cōplura his sit perpetua sane & egregia impertitus, placuitq; vt ab his & Christus originē duceret: Hi tamen hmōi dei in se beneficia repudiarunt. Ob idq; dei charitatē magnū in modū obstupescens Paulus, agit vnigenito gratias, qui est super omnia, inquiens, benedictus deus. Si enim alij (inquit) maledictis deum incessuerunt, existimātes haud merito excepisse hunc ad se gentes, nos tamen qui dei mysteria nouimus, scimus hunc & gloria esse & laude dignum. Ex his hauddubie verecundia & pudore obruitur Arrius, cū Paulus Christum vbiq; prædicet, & adstruat deum.

Beneficia dei in Iudæos.

Non aūt quod exciderit verbū dei.⌋Vror equidē (inquit) ob hanc in deum blasphemiā, cuperemq; (etsi haudquaꝗ sint omnes habituri salutē) vniuersos tamen saluos futuros. Non enim mentitus est deus, aut factas patribus promissiones conuellit, tametsi maledici asserāt deum, quæ alijs promisisset, contulisse in alios: sed aduerte quæ subsequuntur.

Non eñ omnes qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ: neq; qui semen sunt Abrahæ, omnes filij.⌋Quod enim pollicitus est deus, inquit, & executus est. Dixit vtiq;: Tibi & semini tuo dabo hanc terram. Videamus ergo quod illud sit semen: non enim oēs qui ex Abrahā prodiere, sunt Abrahæ semen: neq; qui ex Israele, itē & Israelitæ. Sed qui secundum Isaac geniti sunt, quive & Israelis sunt digni virtute, qua deū ille videre promeruit. Neq; enim ex Iacob dixit, sed Israel, venerandū illud cōmemorans nomen. Si itaq;, qui hominum ex Iacob oriantur didiceris, cōperies sane dei promissa nil esse mentita. His nanq; sunt promissiones factæ. Quo sit vt haudquaꝗ dignus videatur conuitio deus, quia perfecerat quod fuerat pollicitus, tametsi id plerosq; clàm habeat, nec multis sit cognitum.

Gene. 15

B Sed in Isaac vocabiꝭ tibi semen, id est, nō qui filij carnis, hi filij dei existimanꝭ, sed qui filij sunt promissiōis, hi deputanꝭ in semen. Promissionis eñ verbū hoc est: Secundū hoc tēpus veniā, & erit Saræ filius.⌋Nil ipse (inquit) interpretor, q̊d verū sit Abrahæ semen, sed vetus id testamentū edisserit, in Isaac tibi semē vocabiꝭ asserēs. Quicūq; itaq; secundū Isaac fuerint progeniti, ex promissione videlicet certiores sunt Abrahæ filij, vel dei potius: Quippe cū id omne verbo sit diuino effectū: nec eñ Isaac vel legis est ortus vel naturæ potentia, sed promissiōis virtute. Secūdū tēpus hoc veniā inqt, & erit Saræ filius. Dei itaq; verbū Isaac illi formā & ortū dedit. Haud secus & in nosipsos q & dei filij sumus, cū in baptismi eluimur lauacro, tanꝗ in vulua ꝗdā materiali diuina dicta pronūcianꝭ, ꝗ nos iterato & effingūt & pariūt. Nā in pr̄is & filij & sc̄ti sp̄us noīe baptizati, renascimur. Et quēadmodū tūc ꝓmiserat deus, Isaac nascituꝶ, & res ipsa hūc est euētū sortita. Sed & nostrā, quā ꝑ prophetas fuisset pollicitus, geniturā cōpleuit, ꝗ per baptismū cōstaret. Illud itaq;, in Isaac vocabiꝭ tibi nomē, sic intelligiꝭ, videlicet eos eē Abrahæ filios, q eodē, q̊ ortus est Isaac mō, sunt geniti .i. lauacro illo diuino. Nō ergo frustra dei excidit verbū, Sed vero semini .i. his q ex gētibus Chr̄i fidē cœpere, & dei sunt filij facti, promissa seruauit: quēadmodū & in Isaac egit, q hoꝶ ꝑfert figurā.

Gene. 18
Gene. 25
In Isaac vocabiꝭ tibi nomē, quō intelligēdū

Nō solū aūt illa, sed & Rebecca ex vno cōcubitu hn̄s duos filios Isaac pr̄is nr̄i.⌋Ostēdit & si multos haberet & varios Abrahā liberos: Isaac solū id seminis nomē fuisse sortitū. Vñ & q haud absimilē illi ortū haberēt, eādē eē appellationē adeptos. Nūc igiꝭ (inqt) nō in Isaac solū idip̄m poteris cōtēplari, sed q̊d maius est in fratribus ipsis, ex parētibus vnis susceptis, vel gemellis & partu vnico editis, Esau & Iacob videlicet. Hi nanq; haudquaꝗ pari sunt sorte vsi, cū alter electus sit, alter odio habitus. Nulla itaq; erit ꝑ te rō exigēda, cur gētes elegerit deus & Abrahæ semē, vel diuinū potius, illas effecerit: ꝓpulerit vero Iudæos & prorsus eiecerit.

Gene. 25

Cū eñ nōdū nati fuissent, aut aliqd egissent boni aut mali, vt scd̄m electionē propositum dei maneret. Nō ex opibus, sed ex vocante dictū ē ei: q a maior seruiet minori, sicut dictū ē: Iacob dilexi, Esau aūt odio habui.⌋Necessario mihi hoc loco vel coꝶ explicādus ē sensus, ꝗ lōge post dicturus ē Paulus. Et qm̄ ꝗrebāt plerīq; cur deꝰ gētes ꝑtulisset Iudæis, auxeritq; amplissimis semꝑ honoribus, ꝑsertim cū cōstet ꝓprijs nullis virtutibus diuina bn̄ficia fuisse promeritas, quippe cū æque eēnt & ipsæ pc̄tis obnoxiæ: colligit ap̄lus pleraq; ꝗ in dubiū veniunt, nec cōprehēdi à nobis sat possunt, & soli deo sunt cognita. Et primū ex geminis illis demōstrat, neq; alteꝶ fuisse ob virtutē electū, neq; ob nequitiā alteꝶ odio habitū, cū nondū aut prauis facinoribus eēnt infecti, aut bonis imbuti, vtpote q materno adhuc vtero cōderētur: sed diuina ꝑdestinatione, id est, ꝑsciētia illū amorē promeruisse, hūc odiū. Sicuti & pro-

Gentes Iudæis p̄latæ

pheta testat: Aliũ amaui, aliũ odio habui, vt ꝑspicuũ sit oĩa dei nutu & ꝑsciẽtia fieri. Sed quid C
Gene. 25 istos cõmemorẽ, cũ & Israelitæ oẽs vitulũ effinxerint, quẽ colerẽt: quoꝝ nõnulli sunt affecti
Exodi. 32 supplicijs, nõnulli euasere ĩpunes. Et Pharao certe obstinat⁹ erat, suiq́ꝫ similes habebat mul
tos: solus tñ quo iure excruciat? Vides vt hęc mortalibus incõprehẽsibilia sint, & soli pateãt
deo, Sic vobis ꝙ electæ sunt gentes, & reiecti Iudæi, absurdũ videt, deo vero æquissimum.
Gene. 33 Quid ergo dicemus: Nunqd iniquitas apud deũ? Absit. Mosi eñ dicit: Miserebor cuius
misereor: & misericordiã ꝑstabo, cuius miserebor. ⌋ Addit insup (vt dictũ est ante) & aliud
quiddã ex veteri testamẽto ostensurus, soli deo cognitos fuisse Iudæos, q & partim amore
essent, partim tormẽtis digni. Tametsi vniuersi in vitulo illo conflãdo pariter deliquissent:
istoꝝ tñ nõnullos miseratus est deus, nõnullos vero leuitis tradidit morte mulctãdos. Cuius
cõmiserationis & sæuitiæ causa vel Mosen latuit, q tantum apud deũ autoritate valeret. At
ipse rationẽ deposcis, cur gentes ꝑsertim cũ essent delictis obstrictæ, Iudæis honoribus ꝑfe-
rantur? Poterat aũt Apostolus, quam alibi causam attulisset, vel hoc loco afferre, cũ diceret
Israelitas extimasse ex operibus se iustificatũ iri: gentiles vero fide & gratia, q̊d tñ enunciare
in præsenti abstinuit. Cũ vnũ illud præcipue adnitatur, vt huiusmodi hoĩes diuinoꝝ operũ
indagatores coerceat, persuasurus, nihil esse dei facta à mortalibus perscrutanda.
Gene. 27 Igitur nõ volẽtis neq́ꝫ currẽtis, sed miserẽtis est dei. ⌋ Voluit Isaac Esau bñdicere: iustus
ille in cãpũ contendit, vt ex venatiõe patri cũ aliqd detulisset, bñdictionẽ acciperet. Deus ve
ro iusto iudicio bñdictionẽ hãc Iacob, qa dignior esset, vt assequeret, effecit. Dicet aliqs: Vi
Paulus nõ sustulit libe- detur sane libeꝝ hoc loco arbitriũ sustulisse Aplus, Nequaq̃ hoc tollit: nã queadmodũ cũ cõ
rum arb. denda est domus, in opifice pẽdere oĩa dicimus, tãetsi ille id opus ꝑ se exequi nequeat, sed &
materia est ad structurã necessaria, & iuuaniũ ministroꝝ indiget opera: sed qm̃ illi absoluen
da est domus, fatemur illius eẽ omne id opus. Sic itẽ dicere de deo solemus, & in eius pote-
state cũcta cõsistere, qui nihil à nobis, nisi animi exigat promptitudinẽ. Et qm̃ finẽ ille reb⁹
imponit, & benemerẽtes coronat, dãnatq́ꝫ sontes, dicimus vniuersa in eius ptãre consistere.
Exod. 33 Dicit eñ scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipm excitaui te, vt ostẽdã in te virtutẽ meã, &
Exodi. 9 vt annũciet nomẽ meũ in vniuersa terra: Ergo cui vult miseret, & quẽ vult indurat. ⌋ Perorat
iã & decernit, nullas esse à deo in quẽpiã pœnas efflagitãdas: cũ ipse cui velit ignoscat, & quẽ
Exod. 4 velit obduret. Cui rei & Israelitæ sunt argumẽto, q vitulũ excitarũt, Et Pharao ille, cuius &
cor ẽ obduratũ. Tũc vero de⁹ mortaliũ corda obdurat, cũ illos ꝑ sua magnitudĩe tolerat diu D
Deus mortaliũ corda qñ obdurat. cuius deinceps ob tolerãtiã reddunt ijdẽ obstinatiores ad malũ. Nec secus deus se habet q̃ he
rus aliqs q seruũ nactus sit improbũ: quẽ, vbi hũaniter & clemẽter vtat, facit deteriorẽ. Qd
quidẽ nõ eo fit, ꝙ dñs seruũ malignitate imbuerit, sed qa seruus dñi placabilitate sit ad augẽ-
dã improbitatẽ & nequitiã abusus, vtpote q herilem hmõi in se benignitatem cõtempserit.
Dicis itaq́ꝫ mihi: Quid adhuc q̃ritur? volũtati eñ eius quis resistit? ⌋ Oĩ studio nitit (vt
sæpe diximus) patefacere Paulus dispẽsatiões hmõi oẽs & iudicia soli deo innotuisse. Ideoq́ꝫ
ambiguitates vndequaq̃ colligit multas, Nec tñ soluit, vt auditorem vrgeat magis, suadetq́ꝫ
ab hoĩe hæc comprehendi nõ posse, nec plane cognitiõe vlla teneri. Quærat aliquis: Si ita-
q́ꝫ quẽ velit deus obdurat, quid ergo delinquens culpãdus est? Quis eñ poterit eius volũta-
ti obsistere? Voluit ille, & obdurauit: eo nec illud iniuria fit, si obduratus aliquis in aliquod
prolabitur facinus. Hunc ergo quo iure vel culpat vel cruciat deus? Hæc itaq́ꝫ obiectio idcir
co inducta est, vt arguantur quæ diximus hoĩbus eẽ obscura, & deo dũtaxat comprehensi-
bilia. Propterea neq́ꝫ Apostolus ea soluit, sed hæsitantes & dubios obstruit, dicens.
O homo, tu qs es qui respõdeas deo? ⌋ Vides quã reprimat intẽpestiuã hãc & superuaca
neã hoĩm curã, & frenos imponat hæc cõquirẽtibus, erudiatq́ꝫ ad diuinã cognitionẽ, vt in-
telligãt quãti sit deus, & qd videat homo. Tu qs es: nũ is, qui cũ eo habeas partiri imperiũ?
An tibi licet decernere qd illi agendũ sit, quidve minime? Scrutari nãq́ꝫ viꝝ hoc illudve de-
ceat nec ne, eius est sane q in faciẽ deo respõdeat, & iudex sit in hunc cõstitutus. Nequaq̃ erit
hoc pacto agendũ, sed rebus ipsis parendũ est, & fides ꝑstanda, vtcunq́ꝫ per eum sint gestæ.
Nunquid dicit figmentũ ei q se finxit: Quid me fecisti sic? An nõ habet potestatẽ figulus
Esaiæ. 45 luti ex eadẽ massa facere, aliud qdẽ vas in honorẽ, aliud vero in cõtumeliã? ⌋ Istiusmodi exẽ
Hiere. 18. plo vsus ẽ Paulus, nõ vt libeꝝ nobis demat arbitriũ, neq́ꝫ vt otiosos & desides arguat: sed, vt
instruat queadmodũ deo sit obsequẽdũ, vtq́ꝫ intẽtio & q̊dã taciturnitas ab obsequendũ sit ꝑ
ferẽda. Nã queadmodũ figulus (inqt) eodẽ ex luto, nihil fictilibus ipsis cõtradicẽtibus, effin-
git q̊d animus tulerit: sic tibi, cur deus q ex vno eodẽq́ꝫ hoĩm genere tormẽtis hos cruciat, il
los honoribus augeat, indagãdũ nil erit, quin potius ceruice summissa, hunc pronus adora,
& lutũ q̊d fingit, imitare, vtq́ꝫ illud figuli manũ subsequit: sic & ipse disponẽtis dei volũtatẽ
sectare. Velim tñ intelligas, ꝙ queadmodũ nõ ficti rõne, sed vtentiũ partim hæc vasa ꝑtiosa
reddunt, partim vilia, cum ex vno eodemq́ꝫ luto cõficta sint, Sic in hominibus non natura,
quippe q̃ mater sit omnium, sed volũtas hos facit supplicio dignos, corona illos & præmijs
Quod

A Quod si volens deus ostendere irã suam,& notã facere potentiã suã,sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitũ,vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa miæ, quæ pparauit in gloriam.Quos & vocauit, non solũ ex Iudæis,sed etiã ex gentibus.⌋ Postquam illorum ora obstruxit,qui diuina iudicia inuestigare adniterent,demũ obiecta dissoluit. Est tñ hæc rei totius sententia.Iræ vas Pharao erat,hoc est, homo ob innatã duritiẽ dei irã succendẽs. Hunc sustinuit deus & tolerauit,& mira in eũ lõganimitate est vsus, qua tñ ille abutẽs in animi duritiẽ vertit,& factus est iræ susceptibile vasculum,& ad perditionẽ idoneũ,quã .s. spõte adierit. Nil eñ deerat quod ad eius perniciem faceret,sed cuncta præsto fuere, apta ,pfecto & accommoda,quæ illum ad interitum ferrent. Vt igitur hunc furentem, & iracundiæ vasculũ sponte sua effectũ,excrucians deus,suam præ se tulit potentiã, sic & his deus,q pluri mum ex gentibus deliquissent,& suæ gloriæ diuitias patefecit.Et ideo tãdem est illos cõmiseratus,quia illi se cõmiseratione dignos fecissent.Nec enim clementiæ dixit,sed gloriç, nã venia quæ peccantibus datur,in summam cedit deo gloriam.Quæ autem prç parauit.i. quç ille præsciuit,nec gentiles dixit saluos esse per eum omnes effectos,sed ex gentibus aliquos, .s.Noli ergo Iudæe id ferre molestius:ecce ex gentibus, & si plærisq; ignoscitur, tamen nõ omnes sunt veniam consecuti. Pharao vas iræ.

Sicut in Osea dicit:Vocabo nõ plebẽ meã,plebẽ meã:& nõ miam cõsecutã, miam consecutam:& nõ dilectã,dilectã.Et erit in loco vbi dictũ est eis:Nõ plebs mea vos.Ibi vocabuntur filij dei viui.⌋Ne forte id dicãt Iudæi:Quid nos fallis o Paule talia prædicans? Inducit Oseam clamantem,dicentemq;:Vocabo,q nõ est ppls meus,pplm meum. Verum qs erat hic ppls?Gentes nimirum.Quæ illa dilecta?Ecclesia gentium, quorum alij in pplm concesserunt,adamatiq; sunt,& viuentis dei filij redditi,quod proculdubio videtur præstãtius. At si dixerit quispiam de Iudæis hæc dicta fuisse,qui etsi fuerint ingrati,admissos tandẽ in geatiam rediisse,non erit ei fides præstanda.Nam etsi de illis dicta hæc esse constaret, quid impediret,quo minus vel in gentes idipsum cadere videatur. Osee.2. 1.Para.2. Osee.1. Ecclesia.

Esaias aũt clamat pro Israel:Si fuerit numerus filiorum Israel tanq̃ arena maris, reliqç saluæ fient.⌋Non vno contentus Osea,quinetiam & Esaiam inducit clamantem,hoc est,vocem libere ædentem,& nihil repressum,quia non omnes Israelitæ salui essent futuri,nisi qui digni salute forent.Reliquiæ autem saluæ fient,cum inquit,electos ptendit,quos .s. reliquerit deus,seiunxeritq;,vt dignos videlicet.Cum vero dicit secundum maris arenam, admonet eos promissionis,quæ fit in veteri testamento cõscripta,cuius indignos se fecerint.Perinde ac si inquiat,nolite animo obturbari,si mentita videatur hæc repromissio.Cum cõstet B prophetas omnes clamitando præcinuisse,non esse omnes salute dignos. Esaiæ.10. Exod.32.

Verbum enim consummans & abbreuians in ęquitate,quia verbum breuiatum faciet dominus super terram.⌋ Ostendit hoc loco,quemadmodum reliquum illud Israel saluabitur, inquitq;:Nec laboribus opus esse ad illorum salutem, nec terræ ob id longius sunt obeũdæ, nec misera quæq; & calamitosa sunt toleranda,quæ legis operibus insunt.Sed deus ipse cõsummans abbreuiansq; fidei verbum,in omnes terras, id quidem in æquitate faciet & iustitia,hoc est,vt iustificet omes qui verbum illud sunt suscepturi.Nam si Iesum dominum tuo ore fateberis,credideris q; corde & animo hũc ipsum fuisse à mortuis excitatũ, saluus haud dubie fies.Hoc sane breuiatum est verbum.Hæc inquam compendiosa & breuia fidei dicta.

Et sicut prædixit Esaias:Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen,sicut Sodoma facti essemus,& sicut Gomorrha similes fuissemus.⌋Dixit saluas fore reliquias illas: Nunc vero cur sit illud effectum interpretatur,inquitq;,semen illud electum & fermentum ipsum reliquit iam deus.Quod enim elegit,dixerat:reliquit nunc dixit. Perinde ac si inqat:Nisi nos deus ipse tutetur,vniuersi haud secus q̃ Gomorrha ipsa & Sodoma in perniciem ibimus,vt pote qui ob praua facinora sumus damnationi obnoxij. Esaiæ.1. Gene.19.

Quid ergo dicemus,q̃d gentes q̃ non sectabant iustitiã, apphenderũt iustitiã:iustitiã autẽ q̃ ex fide est?Israel vero sectãdo legẽ iustitiæ, in legẽ iustitiæ nõ peruenit.⌋ Hoc loco causam apertissime refert,qua & susceptæ à deo sunt gentes,& reiecti Iudæi. Inquitq; gẽtes ideo iustificatas esse,quia ex fide tenerent iustitiã.Israelitas vero,quia iustitiæ legem.i.quç ex operibus tota constaret, sequentes cõquirerent. Nondum tñ eo prouectus,vt iustificari potuerint,neq; enim tanti lex erat,vt ex actionibus ipsis iustos redderet homines. Cur gẽtes susceptç,Iudæi vero reiecti.

Quare?Quia non ex fide,sed quasi ex operibus legis.⌋ Quæris quamobrẽ non sunt Israelitæ iustitiam assecuti,& si enixissime vt assequerentur,incumberent.Edisce ergo non ex fide illos iustitiam,sed ex legis operibus conquisisse. Ex legis vero operibus,inquit,non iustificabitur omnis caro.Attende autem,non ex operibus dixisse simpliciter, sed quasi ex operibus,vt arguat non veris illos incubuisse operibus,sed fucata potius quædam prç se tulisse.

Offenderũt eñ in lapidẽ offensiõis,sicut scriptũ ẽ: Ecce pono in Siõ lapidẽ offensiõis,& petrã scãdali,& ois q credideret in eũ,nõ cõfundet.⌋Qui offendit,idcirco illidit,quibus rebus Esai.8. 28. Sion Hebręi dicũt

C

Christus lapis offendiculi Iudæorum.
Psalm. 117.
1. Petri. 2.

aliȷs vacet, neq; ea q̃ coram sunt, videat. Igit̃ & Iudæi, cũ legi inhiarẽt ad Chr̃m offenderũt, .i. illi nõ crediderũt. Nã ab eoꝝ euentu q minime credidissent, Chr̃s est offendiculi lapis, & petra scandali dictus. Ipse nanq; q̃tum in se erat, pro fundamento fuerat, & firmamento impositus. Inquit enim: Et omnis q crediderit in eum non confundetur, siue gentilis sit ille, siue Iudæus. Fides itaq; sola est, non opera ipsa, quæ & operatur omnia & iustificat.

CAPVT X.

FRatres, volũtas qdẽ cordis mei, & obsecratio apud deũ ꝓ Israel ẽ ad salutẽ. ⌋Cũ Iudæos sis ꝑfidię incusaturus, demulcet hos prius, ne ex odio dicere q̃ dicturus ẽ, videatur. Inqt q;: Volũtas mea & vehemẽs desideriũ. Neq; id mõ, qnetiã & ꝑces meæ ꝓ vobis maxĩe cõnitunt̃, nõ solũ vt tormẽta illa futura euadatis innoxȷ, sed vt salutem etiã conseqmini. Qui ergo possum vobis videri infensus, qbus sim ipse comꝑcatus salutem.

Testimoniũ eñ ꝑhibeo illis, ꝙ æmulationẽ qdẽ dei habẽt, sed nõ secundũ sciam. Ignorantes eñ dei iustitiã, & suã quærẽtes statuere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. ⌋Videt̃ initio qdem illis gratificari demulcẽs. Inqt eñ hos dei zelũ hr̃e, non tñ scd̃m scientiã. Vñ cõmiseratione dignos poti⁹ eos q̃ supplicio arguit. Legis siquidem hi zelo tenent̃, q̃ à deo sit tradita. Zelus rñ hmõi haud qdem scd̃m sciam est. Neq; eñ scire volũt queadmodũ lex illis cessauerit, nec vltra vim habeat. In sequẽtibus vero ondit cõtẽtiosos hos esse, cupidos principatus, quippe qui cum propriam quærant obfirmare iustitiam, eam vic; quæ legis sit & labore proprio & operibus parta, quæ ve & plane collapsa est, nec queat consistere, neq; hanc statuisse coarguuntur, nec diuinæ se iustitiæ subiecisse, q̃d sane hoꝝ & superbiam retegit, & mentem præfecturæ percupidam, vel insanam potius patefacit. Qñquidem id quærat statuere, quod instabile sit, & ea in re frustra versetur. At dei iustitia ex fide constat, quippe quæ nihil exigat, q̃d nobis onerosum sit aut graue, sed omnis spes sit diuina in gratia sita.

Finis enim legis Chr̃s, ad iustitiam omni credenti. ⌋Postq̃ & legis iustitiam dixit, ne forte qui ex Iudæis crediderant, dicerent: Ergo & ipsi hac omissa iustitia, legem transgressi sumus. Et itẽ, q prorsus nihil crederent, id forsan obȷcerent. Cum constet igitur in lege inesse iustitiam, & si minus nos ad id temporis hanc adimpleuimus, omino tñ sumus hanc obituri.

Chr̃s perfecit, quod lex nõ perfecerat.

Vtrunq; itaq; cõfutans Paulus, inqt legis finem Chr̃m esse. Quod enim lex ipsa volebat, vt hoĩem iustificaret, nec tñ est q̃d voluit executa, id Chr̃s perfecit, & hoĩem iustificauit. Nec dixeris, q ex Iadaicis institutis ad Chr̃i re fidem contuleris, legem re fuisse trãsgressum, cum D videas potius legis hãc voluntatem, fuisse in te finem iam nactam, qa in Christum credideris. Nec contra tibi quidem Iudæe nondum fide suscepta ad sperandum est in te perfectum iri legis iustitiã, cuius perfector est Christus. Si iustitiam igitur vendicare hanc cupis, Chr̃s est tibi per fidem suscipiendus, hoc pacto, omnium factus es compos.

Leui. 18.

Moyses enim scribit: Qm̃ iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. ⌋Cõfirmat quod dixit Christum fuisse quod lex minus implesset, iam executum & Moysen asserit dixisse, hominem posse ex operibus iustificari, neminem tamen inuentum esse, qui legis opera ista perficeret, eo nec licere quidem per legem iustificari.

Deute. 30.

Quæ aũt ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cœlum? .i. Chr̃m deducere. Aut qs descẽdet in abyssum? hoc est, Chr̃m à mortuis reuocare. Sed q̃d dicit scriptura: Prope est verbũ in ore tuo, & in corde tuo, hoc est, verbũ fidei, q̃d prędicam⁹. Quod si confitearis in ore tuo dñm Iesum, & in corde tuo credideris, ꝙ deus illũ exeitauit à mortuis saluus eris. ⌋Audisti legis opera non posse homini iustitiam imperuri. Perdiscendũ tibi insuper erit, q̃ facile liceat, & nullo labore in Christo iustitiam cõparare. Qñquidem

Nota.

perspicuũ sit fidẽ Apl̃m in corde fundatã, nec solã oris confessionẽ exigere. Necessariũ autẽ erit id dictũ latius explicare. Et quis nã ille q cœlos sit cõscẽsurus, quive in profundũ descensurus ad inferos, q̃d Paulus à Moyse sumens longe alr̃ q̃ litera habeat interpretat̃. Moyses interea q̃tum ad lr̃am attinet exteriorem, sic inqt, dei mandatũ Iudæe iacet tibi sub oculos, nec tibi vt hoc ipsum inuenias & potiaris, vel cœlũ est inscendendũ, vel subeunda abyssus, sed ꝑsto est illud, & tibi ꝓpinquius. Ecce tuo .s. in ore & mẽte adest. Nã cuncta tibi ꝑ legẽ aperuit deus. Hæc qdem scd̃m lr̃am disseruit Moyses, alr̃ tñ longe Apl̃s. Nihil hæsites, inquit, neq; id aĩo subdubius verses, quẽadmodũ e cœlo Chr̃s descẽderit, & cruci affix⁹ sit, vel ex abysso cũ mortẽ obisset .i. ex abditissimo & ꝓfundissimo loco emerserit, qn potius crede carnem sumptuꝝ descendisse de cœlo, q̃d item à mortuis suscitatus ascendit deus enim hũc suscitauit. Potes itaq; vel ob suscitationis dignitatem Chr̃o fidem ꝑstare. Quid ergo hac re

Fidei quid incerdũ aduersetur.

facilius? Cum in ore salutis vis omnis consistat, & ne ob facilitatem huiusmodi cõtemptibilis appareat fidei verbum, ostendit fidei aduersari incredulitatẽ, quæ mente & cogitatione voluatur, eoq; his viriliter obsistendum. Ne dixeris (inquit) in corde tuo, hęc illave. i. nihil animo agites quod ambigas, vel si quid occurrat quod te in dubium vertat, propelle.

Corde eñ credit̃ ad iustitiã, ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. ⌋Op⁹ habet & cor oris misterio.

Quid

A Quid enim prodesset animo duntaxat credere, nisi in hominum cõspectu & verbis profite
remur quod credimus. Iustificat eñ quæ menti insidet fides, perfecta autem salus in confes-
sione versatur. Ex ea nãq; & fides splẽdescit & plurimos iuuat. Eget ꝑterea & os ipm cordis
officio. Nã plærıq; veritate mẽtita, & si Christum ore fatentur, corde tñ ab eo sunt lõgius.
Dicit eñ scriptura, oĩs q credit in illũ nõ confundet. Nõ eñ ẽ distinctio Iudæi & Græci.
Nã idẽ dñs oĩm, diues in oĩbus q inuocãt illũ. Oĩs eñ q inuocauerit nomẽ dñi saluus erit. ⌋
Cũ diceret corde ꝑstari incredulitatẽ, & ore cõfessionẽ, ꝓducit sacris ex literis testimonia,
vt quemadmodũ fidei, ita & cõfessionis, & inuocationis ipsius necessitatẽ nobis cõmendet. Esaiæ. 28.
Quia oĩs qui credit, & fidẽ ꝓ se ferat necesse ẽ, q̃ iusti non cõfundent. Cũ vero oĩs q inuocaue
rit, inqt, confessionẽ designat, q̃ operat salutẽ, vnusquisq; igitur siue Iudæus sit ille, siue Græ-
cus acceptus est deo, quippe q sit omnium dominus, & diues in omnibus qui inuocant illũ: Iohel. 2.
hoc est, opes in his possidet sempiternas, qui eius inuocauerint nomen, perinde ac si dixerit Actorũ. 2
quispiam imperatorem in auro argentove amplissimas habere fortunas. Cum itaq; creden
tes deus pro diuitijs habeat, nequaq̃ ipse, & si quauis venia indigna omiseris, desperes. Est
enim ille vel te suscepturus, vt suarum opum in partem locet.
Quõ ergo inuocabũt eũ, in quẽ nõ crediderũt? Aut quõ crederẽt ei, quẽ nõ audierũt? Quõ
aũt audiẽt sine ꝑdicãte? Quõ vero ꝑdicabũt, nisi mittant? sicut scriptũ est: Quã speciosi sunt
pedes annuntiantiũ pacẽ, annuntiantiũ bona. ⌋ Dixit superius, qcunq; inuocauerit eũ, salua- Ibidem
bitur. Coarguit itaq; negligentiæ & incredulitatis hoc loco, qa non inuocauerint. Cur eñ
(inqt) non inuocarũt? Qui nõ crediderunt: quamobrem non crediderũt? Num qa nõ audie
runt? Nequaq̃. Audierunt qdem & persæpe. Mox obiectionẽ hanc subdit: At q̃ pacto pote
rant sine ꝑdicante audire? Proinñ hãc soluit, dicens: Atq; multi sunt ad eos, q ꝑdicarẽt trans-
missi. At vnde id liquet (dicet aliqs) fuisse hos ad illos demissos? At id demũ Prophetã ꝓdu-
cit dicentẽ: q̃ pulchri sunt pedes annuntiantiũ pacẽ, annuntiantiũ bona. Nihil eñ circũacti Esaiæ. 52.
ꝑdicabant Apl̃i, ꝑter bona illa ineffabilia & pacẽ. Quæ eẽt iã deo cũ hoĩbus ipsis conciliata.
Fit ergo vt fidei nõ susceptæ crimen ascribatur Iudæis, quia non cœperint prædicantes.
Sed non omnes obedient Euãgelio. Esaias enim dicit: Dñe, qs credidit auditui nostro? ⌋ Ibidem.
Cũ prædicatores dixisset ꝓphetarũ fuisse testimonio cõprobatos, q̃d diuinitus eẽnt in mun Iohan. 12.
dum transmissi, eo ꝙ oportuisset vt audirentur ab oĩbus, haud dubie, inqt, non oẽs euan-
gelio paruerunt, nihil tñ id iacturæ patitur veritas. Illud vero iampridem Esaias prædixit:
B Quis credidit auditui nr̃o? Perinde ac si dicat, perpauci auditui nr̃o obtemperarunt.
Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. ⌋ Hoc dictum à supioribus pen
det, ac veluti perorat, & terminat quæ superius dixerat, prætenditq; aliud quiddam se dictu
rum. Nam cum Iudæis per singula tempora postulantibus signa, & resurrectionem quæren
tibus pene oculis intueri, fidem dicit ex auditu constare, qn etiam esse auditu præstãtiorem, Ex auditu
eoq; præter hanc non esse aliud quippiam expetendum. Siquidem auditio hæc nõ in dictis fidem con
quibusdã simplicibus, sed diuinis constat. Itaq; si miracula quæ à deo prodeunt flagitas, erit stare.
tibi & verbis, vt ab eo enuntiatis, fides præstanda.
Sed dico: Nunquid non audierunt? Equidem: In orbem terram exiuit sonus eorum, & in Psalm. 18.
fines orbis terræ verba eorum. ⌋ Haud secus respondet, q̃ si quispiam diceret: Quid ad Iudæ
os illud, si missi sunt qui Euangelium prædicarent. Hi tñ horum neminem intellexerunt. In
quit igit, terrarum orbis hos audiuit, & hi duntaxat sunt auditionis huius expertes, apud q̃s
tandiu sunt prædicantes apostoli diuersati, essentq; & eorum ex genere oriundi. Quo ergo
pacto rationis quippiam habere in se videbuntur hæc dicta?
Sed dico: Nunquid Israel non cognouit? ⌋ Alia rursum obiectio. Si constat (inqet aliqs)
prædicasse apl̃os, hos vero istorum dicta nihil exaudisse. Ergo nec veniam merebuntur.
Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem vos adducã in non gentẽ, in gentẽ insipien-
tẽ, in irã vos mittã ⌋ Et si non aliũde, ex honore saltẽ, q gẽtilibus ipsis impẽsus est, sapere de
buissent. Nam cum eos spectarẽt q idolis inseruissent, fuisse tot bonis repẽte donatos, opor
tuit eos vel zelo ductos pernoscere has esse gentes, de qbus Moyses ꝑcinuisset. Non eñ so- Deuter. 32
lũ honoris immensitas hæc satis iam videbat vt sese ad gẽtes sectandas impelleret, qn illud
etiam quod abiecti & viles haberent, q tantis essent affecti honoribus, vt nec ꝓ gentibus q-
dem credi apud alios possent. Id enim designat, ꝙ inquit, qui gentes non sunt, & insipiẽtes.
Nam quid dari gentilibus ipsis potest insultius, qui lignis & lapidibus inhiarent.
Esaias aũt audet, dicitq;: Inuẽtus sum à nõ quærẽtibus me, palã apparui eis q me nõ inter
rogabãt. ⌋ Moysen cũ dixisset priorẽ fuisse de gẽtibus vaticinatũ, mox aliũ inducit ꝓphetã Esaiæ testi
eadẽ illa aptius asserentẽ. Esaias (ingens) audet, & dicit. i. visus est q̃ vera sunt nudius expli- monium.
care, & potius discrimẽ subire, q̃ obticere. Inuẽtus aũt sum (inqt) à gẽtibus, q minus me q̃re Esaiæ. 65.
rent, nec plane rogarent. Quos autem Moyses gentem insipientem appellat, hos Esaias nõ
quærentes neq; rogantes dicit, tanquam indociles & rationis expertes, & quibus essent dei
verba

verba infensa. Oportuit itaq; vel ex his omnibus Iudæos non ignorare sese fuisse depulsos, & esse alienos, & gentes inductas.

Esaiæ. 65. Popul⁹ Iudæus contumax & incredulus

Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad pplm non credentē, sed contradicentē mihi. ⌋Ne causam habeant excusandi, q̄ se gentibus deus inuentu facilē præbuisset, sui vero conuersationē defugerit. Sic inquit: Tota die. i. per omne tps, manus meas expandi, vt vos ad me traherem: at vos ppls incredulus quidem & contumax obstitistis, vobis itaq; id crimini datur, non mihi. Ipse nanq; distentis brachijs, ad me vt iretis, hortatus sum, vos tamen minime paruistis. Vnde patet sane Israelitas & prædicantes aduenisse Apostolos, & cognouisse: haud tamen voluisse illorum dictis obtemperare.

CAPVT XI.

Dico ergo: Nunqd repulit deus populum suum? Absit. Nā & ego Israelita sum ex semine Abrahā, de tribu Beniamin. Nō repulit deus plebē suā quā pscivit. ⌋Cum Israelitas affirmet pplm cōtumacē, pinde ac si dubitās inqt: Nū q̄ ppls sit inobediēs, eo & falsæ sunt repromissiōes? Minime. Neq; eñ q pscivit pplm de⁹ reiecit, i. q nouerat esse ad fidē suscipiendā idoneū. Sū etem̄ & ipse Israelita. Deiñ, ne illi obijcerēt, te ergo solū p pplo ducis: rursum infert, nō reiecisse deū pplm suū, cū constet, vicꝫ ad hoim tria milia extitisse, sicuti patet in Actis aplorum, & alijs infinitis qui in Christū crediderunt.

Acto. 2.

An ignoratis in Helia, qd dicit scriptura, quemadmodū interpellat deū aduersum Israel. Dñe pphetas tuos occiderūt, & altaria tua suffoderūt, & ego relictus sum solus, & quærunt aiam meā. Sed qd dicit rñsum diuinū? Reliq mihi septē milia viro, q nō curuauerūt genua ań Baal. ⌋Ne forte id dixerint, qd ais Paule, tribus milibus, aut milibus qnq;, vel innumera multitudine tm̄ ppli terminabis, q arenæ & stellis assimiletur? Inquit igit Heliæ tpibus milia hoim septē supfuisse, qbus erat de salute sperandū, qd tñ nec Heliæ ipsi innotuit. Nunc vero nō iniuria dixerim, q plurimos esse qui Chri fidē exceperint. Quod si vos latet, nil mi qñquidem & Helias ille suæ ætatis hoīes ignoraret, q salui essent futuri. Tacite aūt cū rē aliam videt tractare, & Chri mortē interserit, cuius se cæde hi inqnassent iāpridē & ab initio prædicatā. Ve ne afferāt illi Chrm sese occidisse vt seductorem, q pacto inquit & priscos illos pphetas maiores vri e medio sustulerūt, num & illi seductores fuere? At nobis dicturi sunt p eo licentia, & molesti erant & graues: ve cur illi & altaria disturbabant, num illa poterant improbrare? Cur pterea & Heliā qui p eo salute intercederet, factitarent; admiratione quæq; dignissima vt morte afficerent, cōquirebant? Cū itaq; tātus esset improbo hoim numerus, septem milia duntaxat sibi elegit dñs, sicuti responsum diuinum dicit. i. apparens deus & loquens. Haud igitur est quoquam modo mirandū, si vel gentes & quos dignos præsciuerit, selegerit deus, quod clarius in sequentibus demonstrabit. D

3. Reg. 19.

Sic ergo & hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gr̄æ dei saluæ factæ sunt. ⌋Quēadmodū eñ frumētum cotusis electisq; paleis purius residet, sic malos reprobans deus, sibi digniores reliquit. Cum aūt secundum electionem (inquit) gētium studium patefacit, q sibi sint electiōis huiusce dignitatē adepti: cum vero gr̄æ dicit, dei dono id factum prætendit.

Nota diligenter.

Si aūt gr̄a, iam nō ex operibus, alioquin gr̄a iā non est gr̄a. ⌋Naximū sane in modū inexcusabiles fore hos asserit, qui ex Iudæis Chri fidē nō exceperint, pinde ac si dicat: Nec enim excusare illud potestis, negotia deum & labores exactu, ab his, qui se & sectent & colant, quippe qui oīa fit per gratiam elargitus. Cur ergo salutem respuitis? præsertim cum id boni possit tam facile vendicari. Volentes itaq; omnes salui sunt facti, quos dei ex populo esse constaret. Nequaquam ergo populum suum repudiat deus, qui dignus salute fit.

Si aūt ex operibus, non vltra est gratia: qm̄ opus nō amplius est opus. ⌋Si ex opibus deo grati efficeremur, vacaret gr̄a: si vero gr̄a vacet & superuacanea fit, vel opera ipsa tollantur, necesse est. Vbi eñ gr̄a inerit, nulla requirit operatio: & vbi operatio, gr̄a nulla exigitur.

Israelitæ iustificationē non assecuti sunt.

Quid ergo? qd q̄rebat Israel, hoc nō est cōsecutus, lectio aūt cōsecuta est. ⌋Cū aperuit qd gr̄a sit, eamq; dei donū sine vllis opibus hoim esse mōstrasset, asserit demū Israelitas cū iustificationē cōquirerent, nequaq̄ fuisse hanc cōsecutos, quia nec recte quæsissent. Et ex opibus ipsis, q fieri non poterat, iustitiā se habituros sperarent. Electio aūt, hoc est, q electi fuissent illam sunt nacti. Ořdit itaq; per hāc electiōis appellationē, futuro bono magnitudinē, & dei munere cūcta euenire mortalibus. Est & illud hmōi apud nos sermōe vernaculo vsurpatū, consecutus est ille q cordi habebat, hoc est, sine labore, oblatū aliquod vltro inuenit.

Esaiæ. 6. Iohan. 12. Compunctio quid apud Paulum.

Cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptū est: Dedit illis deus spm̄ cōpunctionis: oculos, vt nō videāt: & aures, vt nō audiāt vsq; in hodiernū diē. ⌋Esaiā huiusce cæcitatis testē pducit, ne sua videat narrare & ppria. Dedit aūt deus. i. siuit, pmisitq;, vt spm̄ cōpunctiōis haberēt. Cōpunctionē aūt dicit animi habitū quendā pertinacē ad malū & immutabilē. Ho itaq; insanabilem mentē, & in malo constantē, compunctionem appellat. Qñquidem hi & oculos haberent, quibus possent miracula intueri, & aures, quibus domini doctrinā perciperēt.

His ta-

A His tamen vtriusq; nihil opportune sunt vsi, neq; hos modo sensus Christo domino, sed ne Apostolis quidem accommodarunt. Psalm. 68.

Et Dauid dicit: Fiat mẽsa eorũ corã ipsis in laqueũ, & in captionẽ, & in scãdalũ, & in retributionẽ illis. Obscurentur oculi eorũ ne videant, & dorsum eorũ sp incurua. ⅃ Qui eñ perseuerãt in malo nec immutant, extremis supplicijs diuexabunt. Et mẽsa eorũ .i. vniuersa fortunę bona, & delitiæ oẽs, his ipsis in contrariũ cedent. Capiant insup. & cõprehendant, & cũctis sint in capturã perfaciles, in oẽmq; suã vitã & scandalũ habeãt, & p cæcitate offendant. Hæc aũt cũ ex prauis actionibus, & pctis ppeti Iudæos mõstrasset, & mercedẽ simul exponit. His eñ, inqt, & oculi sunt, ne videant obtenebrati, & mentis prorsus cæcutiunt oculi, vel sensibiles quidem & corporei exterioresq; calamitatibus obscurantur, & illorum incuruatum est dorsum, quippe qui Romanorũ seruitute & iugo premuntur, à quo nunquam soluemur.

Dico ergo: Nunquid sic offenderunt vt caderent? Absit. ⅃ Cum satis iam eos carpsisset, quemadmodum consoletur nunc, quærit, rogatq;: Num hi deliquerũt, vt caderent? .i. num facinus insanabile aliquod commiserunt? Absit. Offenderunt enim .i. illisi sunt. Nec tñ adeo vt prorsus acti, præcipites videantur, vel ita collapsi, vt se, cum velint, nequeant aliquãdo attollere. Sũt nanq; & hi vel in seculi consummatione habituri salutem, ita vt salui fiant, sicuti & in orationis processu asserturus est Paulus.

Sed illorum delicto salus gentibus, vt illos æmulentur. ⅃ Duo quædam hic nitit Paulus, vt Iudæos soletur, & gentium tumorẽ & insolentiam frenet, inquitq; Iudæorũ ex lapsu & diffidentia, nec Chro præstita fide, salutem obuenisse gentilibus. Erat sane id consequens, & res ipsa identidem videbatur exposcere, & horum salus gentium præueniret salutem. Sed qm minus hi paruissent, vocatæ sunt gentes, quod multis in locis in Euangelio demõstratur. Saluati sunt quidem gentiles, vt illos æmulentur .i. gentibus collati honores, cum Iudæos momorderint, vel harum æmulatione sese, vt ad fidem conferant, persuadebunt. Ex Iudæorum lapsu ac diffidentia sal⁹ obuenit gentibus.

Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorũ diuitię gentium, quanto magis plenitudo eorum. ⅃ Si cum offendissent (inquit) Iudæi, tã multis peperere salutem, vt ipsis eiectis admissæ sint gentes, & illorum peccatum diuitiarum loco gẽtilibus cesserit, q̃to magis plenitudo ipsorum .i. cum & ipsi salutem fuerint pœnitendo adepti, hæc quidem eo nunc differit vt Iudæis gratificetur, & solamen his aliquod afferat. Non enim gentiles, si fide caruissent, idcirco salui fuissent effecti, quod offendissent Iudæi.

Vobis eñ dico gentibus, q̃diu quidẽ ego sum gentiũ Apls. Ministerium eñ meum honorifico, si q̃ modo ad æmulandum ꝓuocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. ⅃ Paul⁹ apostolum se gentiũ vocat.

B Rursum cũ Iudæorũ demulcet animos, gentiles coercet, inquitq;: Laudo vos o Gentes, duabus de causis. Primum, quia necesse est mihi, vtpote q vos instituendos susceperim, honorificare ministerium meum .i. vos. Secundo, vt ad ęmulationem prouocem carnem meã, hoc est, Iudæos, sanguine mihi secundum carnem cõiunctos, & saluos faciam. Nec vniuersos dixit, sed aliquos, tacite etiam illorum duritiem patefacit, & eorundem nonnullos æmulatione quadam inductos, & contentione suspicatur gentiles imitaturos & suscepturos fidem.

Si enim amissio illorum, reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? ⅃ Si cum Iudæis (inqt) succenseret deus, tantis alios donauit bonis, & cum inimicis amicitiã cõciliauit, quibus non ille largitionibus Iudæos est ornaturus, si illos susceperit? Erit eñ tunc ex mortuis vita, i. bona innumera, id enim præfert per vitam. Simul etiam nescio quid profundius aperit, vicq; quemadmodum à mortuis resurrectio, vt non Iudæorum gratia futura est, sic nec illorum respectu alijs obuentura est salus, nisi fidem habuerint. Quæcunq; autem dicere pro Iudæis nititur, lenta quadam gratificatione & frigida ad illorum gratiam loquitur, nec secus ac solent medici ægrotantibus plærunq; gratificari.

Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. ⅃ Delibationem & radicem patriarchas appellat, fermentum vero & ramos, qui illorũ persuasu crediderint. Consolatur itaq; infideles Iudæos, & vos (inquiens) credẽtes, sanctimoniã comparabitis. Est eñ necesse vt delibationi .i. fermẽto, & massa ꝑsimilis sit, & radicibus rami. Quod si & vos nõ hanc fueritis similitudinẽ nacti, & summæ erit in vobis & pertinacis neqtiæ argumentum. Patriarchę delibatio vocantur.

Quod si aliq ex ramis fracti sunt, tu aũt cũ oleaster eẽs, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ fact⁹ es, noli gloriari aduersus ramos. ⅃ Infideles Iudæos ramos appellat confractos, sunt eñ sanctiori hac indigni radice redditi. Et recte confracti sunt, dixit: Siquidem nunq̃ antea constat perdidisse hos deum, vel grauiter delinquentes, vt in ꝑsentiarũ sunt perditi. Pro his itaq; insertus est, inqt gentilis, nõ tñ plantatus dixit, sed insertus, ostẽdẽs Iudæũ pro arbore. Quinetiã vel eadẽ in arbore .i. in pñarchis ipsis, gentiũ consistere nationẽ, participemq; radicis esse & q̃litatis effectã .i. eiusdem sortitã esse à deo cũ illis, & ingenuitatis & gloriæ portionem. Haudquaquam ergo in ramos iactabundus ipse insurgas. Inseri⁹, nõ plantatus.

Quod si gl̃iaris, nõ tu radicẽ portas, sed radix te. ⅃ Id sane auulsorũ ramorũ erit officiũ, nã

radicis ē sustinere. Vides ꝙ frigide gratificet Iudęis, cōciliari illos dūtaxat studēs, qn potius
vt gētes sectent, hos cōcitat, aperiēs q̄lē sint iacturā ꝑpessi, & quēadmodū alij sua possideār.
Dicit ergo, fracti sumus rami, vt ego inserar. Bñ, ꝓpter infidelitatē fracti sunt, tu autē fide
Gentiles si dei beneficio Iudæis sunt prælati. stas, noli aliū sape, sed time. ⌋Ostēdit hoc loco nō ꝓpterea fuisse gētiles inductos, qa cōmisis-
sent Iudęi, sed fidei grā, quā ꝓ se tulerit illi. Quib⁹ vero i reb⁹ vider̃ gētiū nationē trenare, Iu
dęos magis emēdat venia q̄uis cōmisisse idigna. Interea tñ & gētilē instituit & Iudęū. Inges
igit tu, q gētilis sis, ideo fuisse Iudæos effractos, vt inseraris ipse. Effracti sunt equidē, sed prę
ipsorū infidelitate, nō vt honorē aliquē tibi deberet deus. Stetisti eñ fide .i. per fidem radici
insertus. Itaq; & tibi ne cadas verendum est, qñ non naturæ insertio, sed fidei fit.
Si eñ deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. ⌋Illi (inquit) sanctoꝝ
erant patriarcharum filij, & fuere ob infidelitatem diffracti. Timēdum ergo & tibi erit, qui
inducticius sis, & nuper admissus, ne forte & delinquenti tibi non parcat.
Vide ergo bonitatē & sęueritatē dei. In eos qdē q ceciderũt, sęueritatē, i te āt bonitatē dei,
si pmāseris i bonitate: alioq & tu excideris. Sed & illi si nō pmāserit i incredulitate, inserent.
Potēs ē eñ de⁹, iteꝝ inserere illos. ⌋Nō eñ q̄d recte egeris, aduerte inqt, sed dei bonitatē at
tēde. Nā oim summa, hui⁹ i grã versat. Et cura, vt incūbas, nō fidei dixit, sed bonitati, hoc ē,
ad usq; finē ea facito sedulo, q̄ dei sunt, nō idigna clemētia. Nā si haud ita te gesseris, nō aliter
ipse es pdēd⁹. Atq; illi certo sunt inserēdi, si nō i infidelitate pstiterit: neq; eñ illos prior pci
dit de⁹, sed ipsi p se sunt ob suā icredulitatē pcisi. Dei āt dicit sęueritatē, qa nil ill' pepcerit tā
praue labētib⁹, sed indignos poti⁹ iudicarit, q primorib⁹ illis & scīis pr̄ibus pcipes eēnt, vl
aliq̄ cū ill' viculo necteret. Prudēter āt ex his, q̄ Iudęo obtigerit, gētilē pterrefacit, & Iudęū
hortat gētilis exēplo, vt per fidē & ipse inserat, redditq; illū ob dei ptāē, & spei plenū. Po-
tens eñ (inquit) est deus insertionem hanc facere, qui oia supra humanam spem operatur.
Nā si & tu ex naturali excisus es olrastro, & cōtra naturā insertus es i bonā oliuā, q̄to ma
gis hi qui scd̃m naturā inserent suæ oliuæ. ⌋Si gētilis ipse cū improbus sis, maiores tuos ha
beas oleastro assimiles, à quibus si ob fidē abscissus, & pter naturā fueris bonæ oliuæ .i. pr̃iar-
chis insertus, q̄to magis Iudæus q natura id boni possideat, nōne ad suā oliuā .i. ad suos pr̃es
Secūdū naturā & præter naturā quid apud Paulum. cōfugiet? Secundū naturā cū à Paulo dictū inueneris, p re decēti, & quæ vt sequat necesse sit D
accipias. Exēpli grã, decuit sane Abrahæ filium patris sanctitatem sectari, & sanctum fore.
Et contra, cum præter naturam dixerit pro indecenti & alieno sumendum est. Pręter natu
ram est enim, filium qui à scelerato Gentili sit ortus, posse sanctitatem seruare.
Nolo āt vos ignorare fratres mysteriū hoc, vt nō sitis vobisipsis sapiētes. Quia cæcitas ex
parte cōtigit i Israel, donec plenitudo gētiū intraret, & sic ois Israel salu⁹ fieret. ⌋Mysteriū
hoc loco illud inqt, q̄d nōdū vel sciri q̄at, vl' explicari. Q̄d illud erit? Id. s. q̄d nō penitus infi-
deles Iudęi futuri sint, sed ex pte illoꝝ sit cæcitas. Nā (vt supius dixim⁹) ex eis plęriq;, q̄s de⁹
pscisset, fidē sunt assecuti, & alij rursum sunt credituri. Sūt tñ interea cęcitate hi capti, donec
ex gētibus pdestinati saluent tūc demū quicunq; crediderit, Israelita vic3, saluus fiet.
Sicut scriptū est: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatē à Iacob. Et hoc illis à me
Esaiæ verba a Paulo citata. testamentū, cū abstulero peccata eoꝝ. ⌋Esaiā rursum clamitantē inducit, ex Sion pditūꝝ
qui habeat condonādæ salutis ptātē, & Israelitaꝝ purgādi pctā. At qñ hęc dicis futura? Ni-
miꝝ cū illoꝝ delicta sustulerim .i. cū per baptismū venia dignos reddiderim, quam nondū
sunt consecuti, quippe qui cæcitate laborent, cum hanc tandem omnino sint habituri.
Secundū euangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem aūt, charissimi
ꝓpter pr̃es. Sine pœnīa eñ sunt dona & vocatio dei. ⌋Q̄m euāgelio (inqt) ipsi obtēprrastis
& estis à deo expti, contētiosiores illi effecti sunt, & desciuerūt magis, & inimicitias acrius
vobiscum exercent. Et quemadmodum istorum progenitores ab initio deus elegit sic nec
sinet hos prorsus iri disperditum, quippe quos diligat & suscepturus sit demum, si credant.
Sicut eñ aliqñ & vos nō credidistis deo, nūc aūt miam cōsecuti estis ꝓpter illoꝝ incredu
litatē, ita & isti: Nunc non crediderūt in vr̃am miam, vt & ipsi miam cōsequant. ⌋Confir-
mat Israelitas adhuc demū futuros, vos quidē gentiles (inquiēs) & si priores vocati, parere
deo nil voluistis, q̄ factū est vt Iudæi acciti sint, & legē acceperint. Deinceps his rursum exci
sis, nec Christo obtemperantibus, reuocati vos estis & misericordiam consecuti, & cōmis-
soꝝ remissio, per vos impetrata, vel his condonabitur, qñquidem & ipsi vos imitati, credi-
turi sunt tandem. Vnde & eandem quam ipsi iam estis adepti misericordiam, consequētur.
Cōclusit eñ dñs oia incredulitate, vt oim misereat. ⌋ .i. coarguit hos incredulos, vt alter-
na contētione alteros saluos reddat. Prius nāq; ob gētiliū cōtumaciā saluabit Iudæos. Rur-
sum (vt dictū est) Iudęis minus obtēperātib⁹, gētiles salui facti sunt. His salutē adeptis, æmu
latione impulsi Iudæi, salutē nouissimis seculis vendicabūt, ita vt oēs dei miam assequant.
Sapient. 9. O altitudo diuitiaꝝ sapiētiæ & sciētiæ dei, q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inue-
stigabiles viæ eius. ⌋Dei dispositiones reputans secum Apl's, vel quæ à mundi constitutione
fue-

A fuere vnquã,animo versans,quemadmodum.s.contraria cõstare contrarijs faciat,per quæ alterius inobedientiã,alterius obsequiũ arguat,miratur & obstupescit. Nihil diffisus, qui nostra iã optime disposuerit,vel in futuꝝ de Iudæoꝝ salute rationẽ deniq; habituꝝ. Diuitias vero bonitatẽ appellat,cuius vel solã altitudinẽ demiratur,qui de quãtitate nil differens conticescat. Diuitiaꝝ vero ideo intulit,quia gentiles ipsos ex fide ꝑdiuites fecerit. Cũ bonitate prætetea dei sapientiã expauescit,mirabundus & stupens, qua & nostra dispenset,& gentiles indociles reddat prudentiores. Et scientiã stupet,qua quod cuiq; vtile sit,facile internoscit. Nec eius incõprehensibilia iudicia dicit,sed inscrutabilia.i.quæ scrutari nequeãt prorsus,nec plane disquiri. Et viæ,id est dispositiones,quæ non modo nulla possunt cognitione complecti,sed ne inuestigari quidem,quum nec vllum vestigium pateat. Esa.40

Quis enĩ cognouit sensum dñi? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, vt retribueretur ei? ⌋Solus(inquit)quæ sua sunt nouit deus,& præter eum alius nemo. Cũq; & sapiens sit,ab alio cõsultore nemine est ad sapientiã eruditus,sed ipse sibi est satis,& bonoꝝ omniũ fons:quodcũq; largitur,nõ accepti muneris vicissitudine,nec vlli obnoxius,sed suapte bonitate largitur. Quis enim prior tradidit illi,id est deo:vt ei retribueretur,id est,vt dei beneficium tanq̃ remuneratio aliqua accepti officij reddita extimetur. Roma.9. 1.Cor.2

Qm̃ ex ipso,& ꝑ ipsum,& in ipso facta sunt oĩa.⌋ Ipse fons oĩm est & origo,q̃d cum ex ipso(inquit)ꝓtendit:& oĩm reꝝ effector,quod ꝑ ipsum significat:& in se cũcta cõplectitur, quod cũ in ipm̃ dicit,exprimit. Vniuersa nãq; ab ipso ortũ habẽt,& per ipm̃ effecta sunt,& in ipsum tanq̃ in fundamentum aliquod nixa præstant & cõtinentur,& vertuntur omnia.

Ipsi gloria in secula seculoꝝ, Amen.⌋Solet Paulus cũ magni aliq̃d dixerit,& gr̃as agere perorãs,quẽadmodũ & hoc loco facit. Nã postq̃ dei & bonitatẽ & sapiẽtiã,scientiãq; & dispositiões cõtemplãdo obstupuit, gloriam illi & laudẽ reddit:nosq; facere itẽ instituit,vt bonis affecti ingẽtibus,& verbis,& optimis vitæ actionibus, gr̃as deo & laudes referamus.

CAPVT XII.

Obsecro itaq; vos frẽs ꝑ misericordiã dei,vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtẽ,sanctã,deo placentẽ,rationabile obsequiũ vestrũ.⌋Postq̃ satis est sermoni dogmatico immoratus,ad moralẽ procedit. Vbi vero ineffabilẽ dei erga nos dispensationẽ ostẽdit & bonitatẽ,hortat & orat per dei misericordiã. Proinde hanc me Philip.4

B diatricẽ proponit,vt huius saltẽ pudore ducti,nil ipsi agamus q̃d sit ea indignũ. Veꝝ quid ille orat? Nẽpe vt ꝓparemus corpora nostra.i.vt illa ad præliũ exponamus:dici enĩ sic vulgo solet, Parauit militiæ princeps ad bellũ acies,& instruit. Vel quia debemus ipsi deo mẽbra hæc nr̃a tanq̃ Imperatori proferre probatiora & fortia. Istiusmodi enĩ sunt q̃ principibus astãt:quinetiã eadẽ illa in hostiã viuã sunt offerẽda,vt ijsdẽ castigatis tandẽ & fere confectis secũdũ spm̃ vitã ducamus. Enimuero nõ est Iudæoꝝ immolatio deo accepta, Quis enĩ hãc (inquit) à manibus vestris requisiuit. Fideliũ vero sacrificiũ & rõnabilis seruitus, magnum in modũ à deo reposcit. Inq̃t enĩ: Immola deo sacrificiũ laudis,& illud sacrificiũ laudis honorificabit me. Rationalis aũt seruitus nõ solũ q̃ ratiõe et iure optimo deo impẽditur dici ꝑt,sed etiã q̃ secundũ Christũ ducit vita,eũ nullũ in nobis,q̃d absurdius sit, vitiũ dñatur,sed nr̃a oĩa & ratio ipsa moderat & æquitas. Et quẽadmodũ põtifex aliqs maxim⁹ sui iuris efficit,cũ internã mactat nequitiã:& siue verba hic faciat,siue q̃d agat, deo videt assistere, Sic tibi trepidandũ assiduo,nec secus ac solet pontifex ille,cum rem agit diuinã,& sacris astat altaribus. Esaiæ.1 Psalm.9 Rationalis seruitus q̃ dicatur a Paulo.

Nolite cõfirmari huic seculo,sed reformamini in nouitate sensus vestri.⌋Et modũ suggerit,quo sit rõnalis hæc seruitus cõparãda,q̃ modus tũc sane ꝑ nos adhibebitur,cũ nihil erimus huic seculo ipsi cõformes,q̃d nihil habet,q̃d aut diu cõstare possit,aut stabile sit,sed illius cuncta & momẽtanea sunt,& figurã vel solam asseruant,nec substantiam habent aliquã, quę subsistat & firmior sit. Nolite igitur huic seculo cõformari nutabundo & labili,i.nolite sapere q̃ seculi sunt,sed mẽtis vestræ innouatiõe trãsformamini,hoc est,innouate vosipsos. Exẽpli gr̃a, Es ipse diuturnis criminibus obuolutus:obduxit animũ tuũ prauis facinoribus, & vetustior iã effectus est ille,nouũ hũc reddito:castiga & stude vt magis ac magis in viã redeat castigatus. Sic proculdubio innouaberis,cũ formã hãc tuã ad meliora transtuleris. Aduerte aũt eũ nos cõformari minus debere huic seculo dixisse,q̃a breue sit illud,& facile dissoluitur,& figurã præ se labilẽ ferat. Cũ vero de virtute agit,& spũs innouatiõe transformamini intulit,vt virtutẽ ostendat,nullã habere in se adumbratã figuram,sed formã veram & subsistentẽ,nec vllo indigere exteriori ornatu,quẽadmodũ mundus q̃ se & comit quidẽ,& figuris quibusdã expolit,vt nos fallat. Debemus itaq; semp in virtutis effigiẽ transformari, innouatione à prauis ad bonũ desumpta,& à minori virtute prouehi ad maiorem. Quærenda spiritus innouatio. 1.Corin.7

Vt probetis q̃ sit voluntas dei bona,& bene placens et perfecta.⌋Cũ innouamini dixerit,noui semper effecti,infert etiã cui rei conducat istiusmodi mẽtis innouatio. Inquitq;,vt probetis,id est,vt noscatis q̃ dei voluntas sit:qui enĩ mentẽ gesserit vetustate cõfectam,lon

ge abeſt à diuinę volũtatis cognitiõe,q̃ ſane exigit vt in ſpũ & paupertate viuaſ,& luctu & C
alijs in rebus,quas lege cauit. At qui mẽte & animo innouaſ,tenet hauddubie q̃d deus velit.
Nec tñ ea cognitiõe qua & Iudæi,q à lege pendebãt,Quæ etſi pro dei tũc voluntate in legẽ
ſit habita,alioqui nec grata fuit neq; pfecta:non eñ vt pcipua lata eſt illa,ſed ob illorũ imbe
Teſtamen- cillitatẽ cõceſſa. Teſtamentũ vero hoc nouũ & perfectũ eſt,& deo acceptũ. Poteſt ſcd̃m Ba
tum nouũ ſiliũ,dei volũtas vel in hũc modũ intelligi,q̃ multa vult deus,q̃ partim quia nobis in bñficiũ
q̃uo a lege cedunt,& bonitate ſunt plena,bona dicunt:partim mala,q̃a inferunt malũ: q̃d profecto tũ
differat. ſit,cum noſtris prauis facinoribus iraſcitur deus,tametſi illorũ finis optimus ſit futurus. De-
bemus igiſ bonã hãc dei imitari voluntatẽ:quæ vero fuerit ad malũ procliuior,nequaq̃ erat
ſectãda,Nõ eñ ipſi inferendorũ malorũ ſumus miniſtri,ſed prãtes illæ peruerſæ funguntur
hoc munere. Primũ itaq; aduerte,q̃ ſit dei volũtas in bonũ:qua percepta,q̃d illis deinceps ſit
beneplacitũ,ſpectato. Sunt nãq; bona pleraq;,q̃ vel tẽporis rõne vel perſonæ nil placeant.
2.Para.26 Exẽpli gratia:Bonũ eſt quidẽ deo offerre incẽſum. Ozias tñ cũ id obtuliſſet:nõ placuit. Bo-
Iohan.16 num pterea fuit,vt dei arcana diſcipulis crederẽtur:haud tñ erat,cũ nõdum tp̃s adeſſet,deo
id placitũ. Nõ eñ(inquit)poteſtis nũc portare. Cũ aũt ſimul & bonũ erit & bñplacẽs:curan
2.Corint.9 dum vt perfectũ & integrum ſit. Quod bonũ cum erit hoc modo abſolutũ,vti res poſtula-
bit, tribuẽdũ eſt. Nõ mancũ vel imminutũ,ſed in ſimplicitate.i.affatim & liberaliter. Quod
ſi parce illud donetur,nil plane perfectioris menſuræ modũ aſſequetur iſtiuſmodi largitio.

Dico eñ p gratiã quæ data eſt mihi,oĩbus qui ſunt inter vos,Non plus ſapere q̃ oportet
ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatẽ.⌋Pro ſua humilitate Ap̃lus nullibi dignũ ſe dicit,cui fides p̃-
Matth.5 ſtetur,ſed dei clementiã & gratiã ſæpe interſerit,q̃bus oĩa ſe cõſecutũ fatetur. Nõ meũ aliq̃d
(inquit)ediſſero,ſed dei ex gratia & eius ſuggeſtu dicta hæc profero. Omnibus aũt edico tã
priuato q̃ magiſtratũ gerenti,nõ eſſe vltra q̃ ſcire oporteat,ſapiendũ. Et primũ quidẽ de hu
militate diſſerit,à qua & Chr̃s exorſus eſt,cum inquit:Beati pauperes ſpũ. Quod aũt Paulus
hoc loco ſentit,hmõi eſt. Oportet quidẽ ſapere,hoc eſt,excelſam habere mentẽ, ſed ad ha-
bendã cœleſtium cognitionẽ,& conculcanda terrena,non vt in proximos ſuperbiamus(id
eñ foret longe plus ſapere q̃ oportet)ſed vt ſapiamus ad ſobrietatem.i.ad humilitatẽ. Ac-
cepimus eñ ſapientiã,nõ vt ea ad ſapientiã,ſed ad ſobrietatẽ,hoc eſt ad humilitatẽ vtamur.
Quod eo dixit,vt arguat qui ſe nõ humilẽ exhibẽt,deſipere,& plane efferri. Qui vero præ
ſe tulerit humilitatem,mente hunc eſſe integra,eoq; & optime ſapere prædicari.

Vnicuiq; ſicut deus diuiſit menſura fidei.⌋Cum diceret nobis,nõ vltra ſapiendũ q̃ ratio D
ipſa depoſcat,ſed ſobrie ſapiendũ:differit & quemadmodũ ſapere debeamus. Et vt ſic ſapia
mus,vt putemus vnicuiq; deũ fuiſſe menſurã fidei impertitũ. Et qm̃ ſingulis deus fidei men-
ſurã diuiſit:nõ eñ id tua virtute,ſed dei munere effectũ eſt,q̃d ſiue magnũ ſit illud,ſiue exi-
guum,deus ipſe largitus eſt. Fides aũt hoc loco pro dei gratia ſumenda eſt,qua illi miracu-
Fides no- la factitarent. Duplex nãq; eſt fides nr̃a:altera,vt illud, Fides tua te ſaluũ fecit:altera,dei eſt
ſtra duplex donũ,qua fiunt mirãda,vt illud:Si habueritis fidẽ vt coccum ſinapis,dicetis monti huic &c.
Matth.9 Sicut eñ in vno corpore multa mẽbra habemus,oĩa autẽ mẽbra nõ eundẽ actũ habent,
Lucæ.7 ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto,ſinguli aũt alter alterius membra.⌋Corporis &
Lucæ.17 membrorũ exemplo eorũ tollit elationẽ,qui ſapere vltra modũ conquirunt. Nam quẽadmo
1.Cor.12 dum vnũ eſt corpus & mẽbra habet diuerſa varios actus operãtia,ſic & fideles ipſi vnum in
Ephe.4 Chriſto ſunt corpus,tanq̃ capiti innixum,& pro ſe quiſq; ad inuicẽ eſt alterius membrum,
Ita vt non ſolum qui maior eſt,minoris ſit membrũ,ſed minor maioris. Nolite ergo inuicẽ
ſuperbire,quandoquidem & ipſi non ſecus ac membra,alterna ope indigetis.

Habẽtes aũt donatiões ſecundũ gr̃am quæ data eſt nobis,differẽtes,ſiue prophetiã ſcd̃m
rationẽ fidei.⌋Nõ eñ numerũ vel magnitudinem vel paruitatẽ expreſſit eos habere,ſed va-
rietatem,vt vel ex noĩe ipſo eorũ q̃ efferunt reprimat inſolentiã. Nec officia dixit & virtu-
tes,ſed donatiões appellat,vt à deo aſſerat iſta cõcedi. Quinetiã vt ſegniores ad ſtudiũ exci
tet,oſtẽdit & ipſos,vt frui his donis liceat,cõferre aliq̃d poſſe. Vnde inq̃t,Siue prophetiã ſe
Prophetia cundũ fidei proportionẽ,quæ etſi gr̃æ ſit loco habẽda,haud tñ effunditur temere,ſed tantũ
influit,quantũ vas aliq̃d offeratur,q̃d excipere ſe ſit accommodũ. Cuius prophetiæ idcirco
meminit prius,vt nos cõmonefaciat,ne condemnemus vel delinquentes,qui id muneris ſint
cõſecuti,Diceret deus, Quos mea gratia ipſe nõ ſpoliarim,tu quis es,vt cõtemptui habeas?

Siue miniſterium in miniſtrãdo.⌋Eſt ſane priuatum quoddã diſpẽſandi donũ admini-
ſtratio.qualis illa ſeptẽ diaconorũ fuit. Poteſt tamen pro quouis opere ſpiritali intelligi. In-
fert igiſ,Si quis adminiſtrationẽ ſuſceperit,in adminiſtratione videlicet maneat,neq; præ-
ter hãc aliud quærat, neq; in alium ſuperbiendo inſurgat,ſed maneat accepto contentus.

Siue qui docet in doctrina.⌋Si generalem quandam adminiſtrationem intelligis,accipe
etiã huius & ſpecies enumeratas. Si priuatam,attende quemadmodũ vel huius prius fecerit
mentionẽ. Vel ſi inferior ſit,& doctrinã quæ ſit longe p̃ſtantior ſecundo loco poſuerit,in-
diffe-

A differentẽ in his ordinem præferens,& plane per hæc instructurus,neq; intumescendum his esse,neq; quoq̃ pacto superbiendum,qui alijs præstare quauis gratia videantur.

Qui exhortatur in exhortationibus.] Quinetiam vel huiusmodi adhortatio doctrinæ quædam est species. Ea quippe dicitur esse doctrina vel simplex,quæ possit de re qualibet disputare abiecta. Exhortatio vero,quæ animum mœrore vel ira affectum,& continet verbis & frenat. Qui igitur(inquit)hortatur,in hortationibus persistet,hisq́; & operam impendens,neminem per insolentiam aspernetur.

Qui tribuit in simplicitate,qui præsidet in solicitudine.] Cum doctrinam & exhortationem commeminisset,quæ animis præsident ad tutelam, nunc de rebus corporeis differit, quæ secundo sunt loco habendæ. Simplicitatem aũt abundantiã dicit. Est enĩ necesse abunde largiri. Nulla nanq; permansura est virtus,quæ exercetur remissius. Accedit & virgines, cũ oleum haberent,alioqui quia satis esse non videbatur,fuisse reiectas. Nec minus & præsidentẽ oportet diligentissimũ esse,nec munus sibi iniunctum exequi negligentius. Præsidere nanq; est,cum verbis,tum proprij corporis adminiculo opem præstare indigenti. Et quoniam pecunijs iuuandos fore inopes dixit,& earũ non multis sit copia,esse tamen cum præsidemus egenis pro viribus studiosissime succurrendum iniungit.

Matth. 25
Negligentia in prælatis.

Qui compatitur in hilaritate.] Dixit superius abunde esse & solicite tribuendũ. Et quoniam pleriq;,etsi multa impartiantur,inuiti tamẽ id agunt,mœstiq́; cõferunt sua,necessariũ fore,inquit,vt in abundanti largitione nulla insit tristitia,sed hilaritas potius & tranquillior facies. Est nanq; lætandum magnopere cum tibi tenui quodam,& perexiguo pretio cœlum vendicas. Aduerte autem hoc largientis esse,& commiserantis discrimen,quod alter quod ab alio cœperit,in alium confert,alter vero quæ sua sunt tribuit.

Dilectio sine simulatione.] Ostendit quemadmodũ perfici possint prædicta,nunc charitatem ait nequaq̃ debere fucatam esse. Tunc eñ & amorem dicit subsecuturum,& cuncta factu fore facillima,cum is qui clementior sit,hilarem se in locando beneficio præstet,& diuitias alienis perinde ac sibiipsi impartiat. Et si præfuerit,omni studio præsit, quandoquidẽ proximi gratia non secus ac pro seipso contendat.

Odientes malũ.] Dixit in charitate. Et qm̃ est noxiũ quoddã amoris genus, cuiusmodi ꝓdonũ,vel istiusmodi ad furta conspirantiũ beneuolẽtia,illud infert: Odientes malum.i.ex

B aĩo malũ odio habetote. Cumq; pleriq; sint q̃ etsi re ipsa à prauis abstineãt facinoribus, sunt tamen ea perpetrãdi cupidiores. Odiũ(inquit)aduersus nequitiã quod ex corde prodeat à vobis exegerim,vt aĩa purior sit & integrior. Neq; cũ illud auditis, amate vos inuicẽ, existimetis vos cõcitari,vt conspiretis ad malũ,sed velim(q̃d est his longe diuersum) alienos vos fieri,nõ modo ab actionibus prauis,sed etiam ab omni mentis affectu qui ducat ad malum.

Adhærentes bono.] Nec sat est mala defugere,sed incumbendum etiam vt bona operemur. Propterea & bono inhærẽtes dixit,i.vt animi quodã affectu q̃d bonũ est prosequamini. Nec secus ac deus,cum virum fœminæ arctius copularet, vxori inhærebit subiecit. Gene. 2

Charitate fraterna inuicẽ diligẽtes.] Cõmonefeci vos(inquit)vt mutua vos beneuolẽtia cõplectamini,& merito quidẽ id erit ꝑ vos exequendũ,estis nãq; fraternitatis vinculo nexi, & vna ex vulua & lauacro procreati. Aequũ est itaq; vt ad inuicẽ amicitiã ineatis,q̃ vel magis fraternitas hæc innotescat,vt amicitia quã fraternitas parit,gratior sit futura & firmioŕ.

Honore vos inuicem præuenientes.] Differit hoc loco,quemadmodum fraterna hæc charitas diu sit permansura,tum scilicet,cum se fratres honore præuenerint,in eoq́; exhibendo se,vel officijs alternis anticipent.

Solicitudine non pigri.] Quoniam videntur pleriq; proximum animo duntaxat prosequi,nec tamen manum porrigunt indigenti,vel opem ferunt,studio esse inquit,& diligẽtia connitendum,vt dum alijs præsidemus, & auxilio simus.

Non sufficit amare, nisi manus porrigatur egenis.

Spiritu feruẽtes.] Haud secus ac quispiã roget,quo pacto efficiemur solicitudine nõ pigri? Respõdet,Si spũ erimus feruẽtiores.i.si exciti fuerimus & charitatis ardore incensi. At illud velim aduertas,q̃d cũ plerasq; virtutis spẽs explicasset,demũ & spũ feruẽtes intulerit, perinde ac si quis fuerit dicta hæc omnia consecutus,& spũs sit grãm habiturus,& ab eo incensus ferueſcat.

Domino feruientes.] Cum fraternitatis amore teneris & charitatem simul habueris,& reliqua fueris(quæ superius narrata sunt)nactus,tunc deo videberis inseruire,qui in se excipit,quodcunq; in fratrem contuleris. Matth. 25

Spe gaudentes.] Quoniam magna quædã & factu difficilia exegisse videtur,ait nunc quemadmodum fieri hæc facillime queant,si spe,videlicet ipsi iuuabimur: etenim virilem admodum animum reddit spes,& ad obeunda pericula fidentiorem.

Spes de futuro.

In tribulatione patientes.] Et quoniam spes de futuris habetur,asserit eum tam in præsenti hoc seculo,q̃ in futuro magni aliquid boni vendicaturum,qui ex angustiæ & pressuræ tolerantia de se periculum fecerit.

Orationi instantes.⌋Magno vel id futuꝝ est adiumẽto, id est oratio ipsa, vt cõsequi cun cta possimus, q̃ sunt superius explicata. Nec quidẽ simpliciter orãtes dixit: sed, orationi insi stentes, vt si nihil initio statim acceperis deprecatus, instãdo tamen ad votũ cũcta perficias.

Necessitatibus sanctoꝝ communicantes.⌋Superius dixit qui in hilaritate commiserat vniuersis plane manum porrexit, & opem tulit. Nunc vero de eleemosyna meminit, q̃ in fi deles ipsos cõfertur, quos sanctos appellat, nec solum inquit, istoꝝ necessitatibus subuenire, quin velim & participes sitis, arguens pro mercimonio id haberi oportere, cuius & lucrum commune sit concessurum, siquidẽ tibi tribuenti argentum, illi contra daturi sunt cœlum, sic sane cum nummis cœlestia commutabis. Nec delitijs sanctoꝝ dixit: sed, necessitatibus succurrendum, vt ocius impetret quod hortatur. Nam quo pacto non inhumani vel imma nes potius videri debent, qui sanctorum non subueniant indigentiæ?

Nõ delicijs sed necessitatibus suc currendũ.

Hospitalitatem sectantes.⌋Non dixit tractantes: sed, sectantes, vt nos instruat, nil expe ctandum fore, vt nos adeant pauperes, sed occurrendum his potius esse. Insuper & prose quendos hos esse, vt Abraham & Loth illum fecisse memoriæ proditum est.

Gene. 18.19

Benedicite persequentibus vos: benedicite & nolite maledicere.⌋Postq̃ eos de charita te fraterna & erga proximos amore instruxit, demum quemadmodũ nos erga inimicos de beamus habere, edisserit. Neq; id dixit, nolite vel odia exercere vel vindictas, sed quod præ stantius est, benedictis prosequimini vobis infensos. Porro qui pro Christo se infestãtibus benedixerit, arguit se id lætiori animo ferre, q̃d eius gratia tolerat, quẽ colat plurimũ. Con tra vero, qui maledictis se lacessentem insequitur, eo grauiter se id ferre quod patitur patesa cit, quia eum nil amet, cuius ob gratiam iniuria lacessit.

Flete cum flentibus, & gaudete cum gaudentibus.⌋Mira est opus animi magnitudine, vt non modo vacemus inuidia, sed etiam ad gaudere possimus, lætitia exultantes. Per id nanq; arguitur animus omni prorsus inuidia liber. Siquidẽ longe est maius gaudentibus cõ gratulari, q̃ edere cum flentibus gemitum. Lachrymas nanq; natura suggerit, & ad commi serandum faciles reddit. Ad misericordiam igitur nos erudit, & vt animo simus erga om̃es beneuolentissimo, vel in eos ipsos qui uos persequuntur.

Superbiæ morbo laborabat Roma.

Idipsum inuicẽ consentientes.⌋Rursum de sobrietate & humilitate nũc differit, & meri to quidẽ. Insederat em̃ in vrbe regia, vtpote reꝝ potita, superbiæ morbus. Sensus aũt hmõi est, etsi magni te ducis, haud tñ qui frater sit, te inferiorẽ existimabis. Vt em̃ tenuem illũ & humilẽ putas, sic velim de te ipse & sentias. Hunc em̃ in modũ oẽm disparitatẽ æquabis, nec illum contemnes tanq̃ tibi sit impar, sed æque hunc ac ipsum te honoribus prosequeris. D

Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.⌋Quo pacto dicet aliquis, quod paulo ante dictũ est, consequi quispiã poterit? Nempe si altiora inquit, & superba minime sapueri mus, sed cum humilibus, id est vilioribus, abiectis & contemptibilibus consentiemus, id est, deferemus, & illorum nos sorti annumerabimus.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos,⌋Hoc est, nolite vestræ prudentiæ vel viribus ita cõfidere, vt existimetis nemine vos indigere cõsultore, & quæ recta sunt suggerẽte. Mo ses em̃ etsi dei colloquio frueretur, opus tamen habuit quem consuleret socero.

Exod. 18

Nulli malum pro malo reddentes.⌋Si aliũ quempiã dixeris nequam esse & improbum, cur ipse hunc imitaris, & quæ praua sunt peragis? Nec solum inquit, nil mali credenti intule ris, sed nemini dixit, vel Græcus sit ille, vel quiuis alius fuerit.

Prouidentes bona coram omnibus hominibus.⌋Non enim vt ad iactantiam viuamus, hoc intulit, sed nec causam alijs præbeamus nos obtrectandi, præsertim cum plurimi sint qui dicta nostra & facta obseruent.

Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacẽ habentes.⌋Recte dixit, si fieri potest. Nam sæpe nec quietẽ ducere possumus, nec pacẽ seruare, præsertim cum de fi de certamen aliquod oritur. Age igitur (inquit) nullam pro viribus cuiq̃ dissidij vel obturba tionis occasionẽ obtuleris. Veꝝ si religionẽ fidemve offensum iri prospexeris, obsiste virili & ingenti animo pro veritate tutanda decertans. Nec dixerim hominẽ ipsum odio habeas, sed illius sit tibi odiosa impietas, vel potius hunc cõmiseratus curandũ per te, & ad sanitatẽ reuocandũ existimato. Sic fiet, vt quod interea fieri videbatur non posse, factu facillimum fit, & quantũ in te fuerit, pace sis vsus, impietate duntaxat oppugnata.

Impios odio nõ esse habendos, sed impietatem.

Non vosmetipsos vindicantes charissimi, sed date locũ iræ. Scriptũ est em̃: Mihi vindi ctam & ego retribuã, dicit dñs.⌋Cedite inquit iræ, id est diuinæ, quæ illatas vobis iniurias vindicabit. Nã si pœnas de iniuriam inferẽtibus sumpturi vos estis, non vobis opem latu rus accurret deus. At si illos missos feceritis, acerbius in hos vindicabit. Apostolus autẽ eo hæc intulit, sacrarum literarũ testimonio comprobata, vt consoletur intolerantes, qui nihil magis voluptati habent cũ offenduntur, q̃ vt contumelias vindicent.

Deute. 32

Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si sitit, potũ da illi. Hoc em̃ faciẽs carbones ignis cõ geres

A geres super caput eius.⌋ Plurimum à nobis sapientiæ exigit. Quid ergo, inquiet quispiam: num erga lacessentes iniuria, pax erit vtenda? quin etiã vel beneficia conferenda esse iniunxerim: inquit, Quippe qui sis in caput illius congesturus carbones, Quod eo intulit, vt eorũ qui lacessunt & afficiunt iniurijs, subleuet animi pusillitatem, quibus nihil adeo videt suaue, q̃ hostem spectare cruciatum subisse, quasi illud inquiat deus, Vis ne in contumeliosum & lacessentem exercere vindictã? Boni aliquid in eum conferto, tunc acerbior ero tuæ iniuriæ vindex. Vnde & cum acriora tormenta prætenderet, fore dixit vt ardentes in eum carbones accumulares, & ea propter illud prædixit esse diuinæ iræ concedendum.

Cõgerere carbones in caput inimici, q̃uo sit intelligẽdum.

Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ.⌋ Hoc loco tacite arguit, nõ eo esse inimicos cibãdos, vt acriora illis supplicia inferamus, Hoc plane sibi vult illud, cũ inquit: Noli vinci à malo, hoc est, nihil in quẽpiã iniquo & maleuolo aĩo gesseris, nec hũc tibi imitandũ desumpseris, qui officere soleat & obesse. Hæc nãq; tua erit victoria, quin potius quouis studio nitere bñficio vincere, eundẽq; ex improbo reddere probiorẽ. Quæ aũt supra commemorauit Aplus, vt eos qui pusillo sunt aĩo, & impatientes demulceat dixit: nũc vero quæ perfectiora (sunt, explicat.

CAPVT XIII.

OMnis aĩa potestatibus sublimioribus subdita sit.⌋ Postq̃ satis iã auditorũ mores instituit, eosdẽq; vt humanos se erga hostes exhibeant, cõmonefacit, inducit aliud quoddam instructionis genus, & vniuersos erudit, siue sacerdos sit ille, siue monachus, siue aplus, vt se principibus subdant, cuiusmodi subiectio nil prorsus est dei sublatura cognitione. Quod idcirco Aplus admonet, vt ostẽdat euãgeliũ hoĩes non vt à deo desciscant instituere, neq; ad crudelitatẽ hos erudire, sed ad gratitudinem potius & fidem.

Non enim est potestas, nisi à deo: q̃ aũt sunt, à deo ordinata sunt.⌋ Quæret aliquis: Quid ais? Nũ singuli à deo principes instituuntur? Nõ illud assero, inquit, neq; de singulis qui hoc principatus munere fungunt nunc mihi est sermo, sed de re ipsa. Nã q̃ constitutæ sint potestates, & alij dominentur, alij vero dominorũ imperio pareant, ne confuse oĩa differant, diuinæ sapiẽtiæ esse id dixerim opus. Neq; eñ dixit, nõ est princeps: sed, nulla est nisi à deo ꝓficiscatur potestas, ità vt de ipso principatus munere, nõ de principe differat. Sicuti cũ sapiẽs aliquis dixerit, A deo vxor viro cõiungitur, haud sane inquit, quicũq; cũ vxore rem habeat ex eo sibi vxorẽ connectere, sed deũ hãc copulasse, q & nuptias fecerit. Potestates itaq; oẽs

Nõ omnis princeps a deo.

B quascũq; animo & cogitatione versaueris, à deo sunt institutæ, siue patris in filiũ, siue in vxorem viri, vel si quas alias dixeris, siue cæteras omnes, quas esse vel inter bruta animantia constat, quales apium, anserum & piscium sunt, & huiusmodi.

Ideo qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui aũt resistũt ipsi sibi, damnationem acquirunt.⌋ Ne forte illud fideles obijcerẽt, Nos ipse reddis abiectiores, qui cum simus regno cœlorũ potituri, principibus subdas, ostendit deo esse subiectos q magistratibus parẽt. Quinetiã quod est horribilius adijcit, eũ videlicet qui his minus paruerit, deo obsistere, qui illos instituit. Qui vero obstiterit, cũ deo, tum hominibus pœnas daturũ. Quod sane per illud significatur, quod inquit, damnationem sibi acquirunt.

Nam principes nõ sunt timori boni operis, sed mali. Vis aũt non timere potestatẽ? Bonum fac, & habebis laudem ex ipsa.⌋ Quid trepidas, aut quid timore corriperis, num tibi recta agenti, mala ingesturus est princeps? Non eñ ille formidini futurus est ei, qui virtuti incumbit, Quin potius si bona egeris, in tui gloriam assidebit, tantumq́; aberit, vt se tibi formidolosum exhibeat, vt vel laudum tuarum sit præco futurus.

Dei eñ minister est tibi in bonũ.⌋ Princeps eñ dei volũtati obsequitur. Cõsulit tibi per euangeliũ deus vt pudicitiã & castitatẽ secteris, has ipsas & princeps iubet seruare. Auaritiã cõmonefacit per legem vt furta defugias, & ille de his præsidet cogniturus. Ita fit, vt si principi illi obtemperaueris, ad optimas actiones tibi vel operam præstet.

Si aũt malũ feceris, time: nõ eñ sine causa gladiũ portat.⌋ Nõ eñ princeps nobis formidinẽ parit, sed nr̃a malignitas, qua & principis gladius exercet. i. principis potestas, quæ pœnas exigit. Neq; eñ temere ille succinctus est ferro, sed vt improbos tormentis afficiat.

Dei eñ minister est vindex in irã ei q malũ operat.⌋ Cũ laudibus princeps virtutẽ extulerit, dei volũtatẽ exequit, cũ gladio vtitur, dei minister est. Cũ vero vindex fuerit virtutis, nequitiã insectat. Pleriq; eñ nõ dei magis q̃ pricipis formidĩe ducti sese ad virtutẽ exercẽt. Præsul itaq; ille, cũ animaduertit in improbos ob virtutis vindictã, dei ministerio fungitur.

Ideoq́; necessitati subditi estote, nõ solũ ꝓpter irã, sed etiã ꝓpter cõscientiã.⌋ Necesse est inqt, vt subeas iugũ, vt nõ mõ vel dei vel principũ irã nil prorsus piculiter s vt cõtumax, nec intolerabili afficiaris supplicio, sed etiã ne cõscia carere appareas. i. ne ingratus in bñficos arguaris. Maximis eñ bñficijs principes ciuitates cõdonãt. Per illos nanq; & nostra hæc vita cõstat. Qui si tollant e medio, auferant & cũcta necesse est, vocãtibus infirmiores potẽtibus. Suadeat ergo sibi conscientia tua, eis honorem vt deferas, qui nobis bona hmõi largiuntur.

Princeps iustitiam exercens, est dei minister.

C

Princeps q̃ sit necessarius.

Ideo eñ & tributa p̃statis.⌋Ipse(inquit)principũ istiusmodi in te bñficia testificaris & probas,cũ eis tributũ & mercedẽ dependis.Quod sane p̃spicuũ est,eo te illud persoluere,qa & tui curã illi susceperint.Neq; eñ pręsidibus ipsis hos census à principio detulissemus,nisi nobis fuissent pernecessarij,quippe cũ ipsi curis vacui:hos habeamus q̃ pro nobis inuigilent.

Ministri aũt dei sunt in hoc ipsum permanẽtes.⌋Fit itaq; vel dei id voluntate,vt tributa suis ministris pendant.Vult eñ deus vt pax ipsa & virtus exerceantur,& propulsẽt iniquitas,additq;:deo volente ministri sunt principes,& illi parent,cũ ministerio isto fungunt,& pro communi hominũ statu labores insumunt,in eoq; & perstant & cõtinentur,& vitã ipsi

Math.22

per quietem ducamus.Si quis vero hoc principatu abutitur,nihil is principi officit,quin suũ ille,& moderandi & ministrandi decus tuetur.

Tributa principib⁹ esse pendenda.

Reddite ergo oĩbus debita:cui tributũ,tributũ:cui vectigal,vectigal:cui timorẽ,timorem:cui honorẽ,honorẽ.⌋Debitũ(inqt)tibi quoddã inexcusabile impositũ est,q̃d persolure principib⁹ debeas,gratitudinis scilicet.Redde itaq; vniuersis q̃bus creditus est magistratus,q̃d debes:Cui fueris pro censu obligatus,censum depẽde:cui pro vectigali,vectigal:cui pro tributo,tributũ persolue.Nec solũ pecunias deberi illis affirmat,quin & timorẽ,hoc est pudorẽ & verecundiã,& honoris plurimũ principibus exhibendũ:ita,vt cui debeat hic honos,honos reddat.

Timor duplex.

Timor aũt duplex est:altero noxij,ex malorũ facinorũ cõscientia corripiuntur:alterũ vicissitudine quadã impertiunt,qui mutuo detinent amore,cuiusmodi timor honor est quidã pręcipuus,Qualis ille videtur,cũ inquit:Nihil deest timentibus eũ,& timor

Psal.33.18

dñi permanet in seculũ seculi.Timor ante hoc loco venerationẽ quandã prætendit.

Nemini quicquã debeatis,nisi vt inuicẽ diligatis.⌋Soluite(inquit)quæ maiora sunt debita:nunquam tamen persoluere charitatem velitis,quin potius sit illa vobis in debitũ quoddam perpetuum.Neq; existimes velim,si hodie proximo te beneuolum præstitisti,fuisse te ob id beneuolentiæ vinculo liberatum,vt eundem mox in crastinũ negligas,sed existima te proximo cuiq; perpetui amoris esse obnoxium.

Qui eñ diligit proximũ,legẽ impleuit:Nã,nõ adulterabis:nõ occides:nõ furaberis:non falsum testimoniũ dices:nõ cõcupisces,etsi q̃d est aliud mandatũ,in hoc verbo instauratur, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum.⌋Totam legem implet qui proximũ amore prosequitur.Itaq; amare hunc debet,cũ ex hoc animi affectu,tantum quisq; beneficij vendicet,vt legem ipsam adimpleat:enimuero & mãdatorũ summam breuibus explicat.Virtutis nanq; vt principium,ita & finis est charitas.Lex ergo interiorẽ quandã beneuolentiã exigit,quippe D

Iohan.15.

quæ istiusmodi iubeat,haud secus ac teipsum,proximũ colas.Christus vero,q̃d præstantius est,longe magis hunc esse beneuolentia complectendũ iniungit,quem nosipsi complectimur,Quandoquidem vel animã ipsam amici gratia ponendã commonefacit.

Dilectio proximi malum non operatur.Plenitudo ergo legis,est charitas.⌋Duas charitati inesse virtutis species patefacit,mali videlicet abstinentiam,cum malum inquit non operatur,& boni operationem cum infert,Impletio igitur legis.Quo fit vt integram nobis virtutem pariat charitas,quæ lege prætenditur.

Et hoc,sciẽtes tẽpus,quia hora est iam nos de somno surgere.⌋Debetis(inqt)plurimi facere charitatẽ,per hãc nanq; & reliquæ cõstãt virtutes,& tẽporis gratia,qa in proximo est resurrectio,in propinquo & dei iudiciũ.Necesse est itaq; vt ab ignauię & torpedinis somno excitemini,promptioresq; sitis & parati ad opera,quæ resurrectione sint non indigna.

Nũc eñ propinquior est nr̃a salus,q̃ cũ credidimus.⌋Qm̃ par erat vt illi in fidei ipsius primordijs,maiorẽ de se diligẽtiã & feruorem p̃starẽt,& deinceps tp̃is processu refrigescerẽt,dixit magis hoc tp̃e futuro seculo appropinquamus,q̃d potiore q̃dã salutis noĩe expressit. Siquidẽ peccãtibus illud nõ saluti sit,sed exitio futurũ.Cũ itaq; ad diẽ illũ propinquiores accedimus,maiori studio virtuti est incũbendũ,q̃d postmodũ ex his q̃ insequuntur ostendit.

Nox p̃cessit,dies aũt appropinquabit,⌋.i.ad finẽ nox ipsa declinat.Exẽpli grã:Cõcedamus horis duodecim produci noctẽ,e q̃bus decẽ exactis,prouectã hãc dicimus.i.propemodũ finẽ trãsgressam,breuiq; fore vt finiat,qa in aurorã iã vergat.Sic sane p̃ noctẽ hoc seculũ exprimit,cũ qa in eo pleriq; versent in tenebris,tũ etiã q̃ singulorũ sit vita occultior.Dein

Iohan.9

vero p̃ diẽ,futurũ illud p̃tendit iudiciũ,qa in eo sint iusti splẽdorẽ habituri & gloriã,& q̃ adhuc celata sunt,& occulta patebũt cũcta.In euãgelio tñ per diẽ p̃sens hoc seculũ dicim⁹,qa in ea sit bonis operibus studẽdũ,p̃ noctẽ vero futurũ,qa nemini in eo licebit aliq̃d operari.

Abijciamus ergo op̃a tenebrarũ,& induamur arma lucis.⌋Opera vocat peccati actiões, vtpote q̃ plurimũ difficultatis habeãt & negotij,& ĩ maximo sint,cũ in hac vita,tũ in futura discrimine.Iustitiæ vero arma,q̃ virtutis sunt op̃a,q̃bus hi quidẽ securiores reddunt & tuti q̃ illa sunt nacti.Ea nãq; armorũ sunt loco & afferũt charitatẽ.Abijciam⁹ aũt tenebrarũ op̃a, cũ inquit,& lucis arma induamur,& quẽadmodũ possint delictorũ actiones defugi,& ad virtutem possimus induci,facultatẽ ostendit.Nam vt nobis perfacile est altero deposito indumento

A mento vt alterum induamus, sic leue admodum reiecta nequitia, vt virtutem sectemur.

Sicut in die honeste ambulemus.] Dixerat supra appropinqre diē, nūc imminere hīc indicat, cū honeste, inqt, in die vt ambulemus. Et qm̄ ea apud Romanos glīa plurimi erat, quę esset à multis delata, pellicit eos & moderat, p honestatis eiusmodi appellationē. Neq; ambulate dixit, sed ambulemus, vt minus molestā exhortationē hāc reddat. Nihil em̄ adeo impudentiā parit, q̄ praua facinora. Vti contra, nulla re magis q̄ virtute cōparatur honestas.

Nō in comessationibus & ebrietatibus.] Non potū ꝓhibet, sed vini potus intēperantiā. Nec vino frui, sed temulentiā interdicit. κῶμοι em̄ gręce cātiones dicunt, quæ post nimiam vini luxuriā, & potū abundantissimū ꝑ luxū & incōtinentiā decātant, quod etiā παροινία dr̄. — Paulus nō ꝓhibet potum, sed vini intemperanciam.

Non in cubilibus & impudicitijs.] Cū ebrietatis mentionē fecisset, nūc & mala q̄ hāc subsequunt cōmemorat. Nā vel ex hac vinolētia, sæuitia, & impietas orit. Hoc aūt loco non legitimū mulierū concubitū prohibet ineundū, sed incœstū & adulterium.

Non in contentione & æmulatione.] Sublatis quæ ex concupiscentia ꝓdeunt malis, nūc quæ ab ira nascuntur cōprimit vitia. Nihil em̄ adeo Venerē ipsam succēdit, & iracundiam concitat, q̄ temulentia. Ex æmulatione aūt contentio oritur. Qui em̄ alteri inuidet, & ad cōuitia demū deuenier. Contentionē itaq; cū fit sublaturus, ad liuorē vnde illa originē sumpsit decurrit. Et quoniā ex ebrietate & comessationibus incendūtur & bella, & domus euertuntur plærunq; post illas, contentionis & inuidiæ meminit.

Sed induimini dn̄m Iesum Chr̄m.] Cū nos sordidis vestibus exuisset, vt optimis ornet, non vltra lucis armis nos induit, sed quod honorabilius est pro veste Christū largitur. Hoc si quis fuerit obductus, om̄em prorsus est virtutē adeptus.

Et carnis curā ne feceritis in desiderijs.] Nihil sane q̄ minus carni ꝓuidendū sit, impedit, sed illi ne ad voluptatē & luxū indulgeat, iniungit. Perinde ac si dicat, carnis duntaxat ad sanitatē, non ad incōtinentiā habēda est rō. Nec em̄ dici ꝓuidentia posset, q̄ carni flāmā & incendiū excitaret, & ignis caminū & gehennā illi succenderet. At vnū illud quærendū, vt carnē bona valetudine habeas. Neq; præter id quippiā curæ habendū, ne libidinē nimia carnis indulgentia excites, quin studium om̄e tuum spiritalibus in rebus impendas. — Carnis cura quomō sit habēda & q̄tenus.

CAPVT XIIII.

INfirmū aūt in fide assumite.] Ex Iudęis plęriq; vel post Chr̄i fidē susceprā, escas à lege olim interdictas cauebāt. Et ita vt à carne suilla his q̄ndā in esum vetita, abstinerēt, nōdū cōfisi à lege ꝓrsus desciscere, sed cū minus se tolerabiles fore existimarēt, si suillā & B solā nō ederēt, cæterarū carniū esu intermisso, oleribus vescebant. Cæteri vero q perfectiores iā eēnt, nec huiuscemodi escā, & si lege interdictā cauerēt, cauētib' cōuitiabant. Veritus itaq; Paul', ne si potiores illi & stabiliti iā fide, imꝑfectiores alios min' opportune incessérēt, nec decēter, & leniter castigarēt, obturbarēt potius, & à fide suscepta submouerēt, qui aliqd viderēt ꝓficere. Et rē prudēter ꝑtractat, & alternatim hoꝝ partes tutat. Siqdē nec cōuitiātes audet obiurgare, q̊d neqter agāt, ne imꝑfectiores in sua ꝑtinacia cōfirmet, nec rursum iure illos ab his castigari, ne ad criminādū hos redderet acriores, sꝫ modeste hos admonet. Et videt qdē fide iā obfirmatos poti' increpare, cū tn̄ sub sermōis quē ad hos haber ꝑtextu, castigationē oēm in infirmiores cōuertat. Q̄d plane ex verbis qb' ad hos vtit, pōt intelligi. Nā cū infirmos appellat, cōfesti valetudine affectos, oñdit. Cū vero assumite, inqt, hoc ē, iuuate, arguit illos cura indigere, & medela nō mediocri, q̊d vltimū sane ē morbi indiciū.

Non in disceptationibus cogitationū.] Hoc est, nil altercantes, & varijs suggestionibus perturbemini, quin ægrotantē curandū existimate.

Alius em̄ credit manducare se om̄ia, infirmus aūt holus manducat.] Cōparat cū imperfecto qui sit perfectionē adeptus. Inquitq;: Perfectus quidē in fide cōfisus, indifferenter om̄ia comedit. Imperfectior vero, vtpote qui nutabundus sit & instabilis, holus habet in esum. Aequum est igitur, vt curetur potius q̄ offendatur infirmior.

Is qui manducat, non manducantē non spernat. Et qui non manducat, manducantē non iudicet: deus em̄ illū assumpsit.] Qui om̄ibus vescebant tanq̄ in fide perfectiores cæteros aspernabantur. Qui pro Iudæoꝝ more à plurimis abstinebant, & rursum q minus ederent, eos qui om̄ibus vescerentur, gulæ vitio condēnabant. Et qm̄ hoꝝ plæriq; erant gentiles, vel hoꝝ, inquit Apostolus, deū suscepisse tutelā suā, hoc est, suā ineffabilē gratiā in eos estendisse. Quid igitur cū eis vltra de lege contendis? Quandoquidē & eos deus iustificauit.

Tu qs es, q iudicas alienū seruū? Suo dño stat aut cadit.] Perfectiores alloquit istiusmodi — Iacob. 4.
vt quēadmodū eos à proximi contēptu auertit, sic ne alios iudicēt, dehortat. Vtrunq; em̄ id factitabāt, q magis in fide ꝓfecerāt. Nā & minus ꝑfectos aspernabant & iudicabant. Tacite aūt carpit hoc loco, q nondū ad fidei perfectionē euaserit, perinde ac si dicat: Neq; enim q̊d huius facta iudicāda non sint, eo iudiciū interdico, sed q̊d alteri sit in seruitutē ascriptus: hoc est, non tuum sit, sed dei mācipium. Qui & si sit morbo affectus, haud tn̄ seruitutē euasit, nec

 ob id

ob id penitus desperandus. Rursum vt hunc consoletur, non prorsus eum infert fuisse collapsum, sed siue stet pedibus (ait) siue labatur, vtrunq; in dñi, siue lucrum, siue damnum cedit.

Stabit autem: Potens enim est deus statuere illum.⌋ Cum (inquit) à deo hunc obfirmatũ iri labantem arguit, & ita vt ad consistendũ diuina ope indigeat. Quod dicere de his consueuimus, de quibus nulla haberi spes possit.

Nam alius iudicat diẽ inter diẽ, alius aũt iudicat oẽm diem.⌋ Erant nonnulli, qui etsi à carne suilla non abstinerent, statutis tñ diebus ab ea cauebant. Alij vero qui illam assiduo esitarent, qui tamen abstinentes illos, q̃d minus ederent, incusabant. De his itaq; mentionem nũc facit, inquitq;: alius aliter iudicat, ita vt in ęquo sit res, haud tamen ob eiusmodi abstinẽtiam incessendi sunt fratres. Ex his quidem & abstinentibus condescendere videtur Apostolus, vtpote in quibus recens esset fides plantata.

Vnusquisq; in suo sensu abundet.⌋ Perinde ac si inquiat, cũ de dogmatibus agitur, nequaquam est opus vt nostro sensu ducamur, quin erunt quæ ab alijs accepimus tenenda, vel si angelus e cœlo demissus diuersa denuntiet. Cũ vero de ciborũ abstinentia contentio orit̃, vel alijs istiusmodi, si qui sunt ex neophytis qui delinquant, vel indulgentia egeant, laxanda his erit, non intendenda seueritas.

Qui sapit diem, domino sapit.⌋ Qui diem (inquit) obseruat, domini ob gratiam seruat, quia eum veretur. Qui vero minus hunc obseruauerit ꝓpter dñm, tanq̃ in Chr̃o perfectionem adeptus, omnibus legis obseruationibus euasit superior.

Et qui manducat, dño manducat, gratias enim agit deo: & qui non mãducat, domino nõ manducat, & gratias agit deo.⌋ Vnum (inquit) illud perquirimus, si dei respectu gerantur omnia, eidemq; per eos si aguntur & gratiæ, qui abstinent, & qui cibum sumunt: quod sane si mente hac geritur, calumniari poterit nemo. Hæc quidem (vt diximus) neophytorum ob gratiam differit, & tacite carpit, qui Iudaicæ legis instituta sectantur, cum inquit: Et qui non comedit, deo gratias refert: quo enim id pacto ageret, qui adhuc à lege penderet? Solus itaq; qui comedit, deo gratias agit.

Vita quæ fide cõstat

Nemo eñ vestrũ sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue eñ viuimus, deo viuimus: siue morimur, deo morimur.⌋ Dominum (inquit) habemus, cui curæ nos sumus, qui pro diuitijs, vitam hanc nostram ducit, & mortem pro damno. Neq; enim nobisipsis duntaxat viuimus, sed etiam domino. Vitam autem hoc loco intelligit quæ fide constat, & mortem quæ à fide exciderit. Nequaq̃ igitur eos permissurus est deus, q fuerint infirmiores, subire hunc secundum fidem interitum, vel in fidei huius casum prolabi. D

Siue igitur viuimus, siue morimur, dñi sumus.⌋ A fidei morte ad naturalẽ pertransit, q̃ de nũc differit, vic; siue naturæ vitã hanc viuimus, inqens, siue mortẽ obimus, domini sumus.

In hoc enim Chr̃s mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominet̃.⌋ Vel hoc ait tibi vt suadeat dominum eorum qui imbecilliores sunt suscepturum curã, vt in viã redeant tandẽ, quia & sanguinẽ fuderit, & subierit mortẽ, vt in nobis ius & imperiũ habeat. Quo ergo pacto non & illis prospiciat, qui in eius sint seruitutẽ redacti, & quoꝝ causa sit tam multa perpessus? Porro si vita perfunctis solet deus prospicere, quid illis facturus est, qui adhuc in humanis agunt? Hæc vero ideo intulit, vt pudore offundat qui Iudaicos ritus sectetur, suadeatq; vel eum qui adhuc legi intendat, ingratum se Christo præstare, q pro se mortem obierit.

Iudaicos ritus obseruantes, tacite reprehendit.

Tu aũt qd iudicas fratrẽ tuũ, comedentẽ vt gulosum, & tu aũt comedens, quare spernis fratrẽ tuũ tanq̃ modicæ fidei? Frater est, non oportet aspernari propriũ membrũ. Num tu pro ipso redditurus es rationem? Ipse cõstituetur ante tribunal, & ipse pœnas subibit.⌋ Vides quẽmadmodũ per hæc quæ ad perfectiores edisserit, perterrefacit iudaizantẽ, vtpote q apud tribunal illud horribile, subiturus sit cruciatum.

Esaiæ.45

Scriptũ est eñ: Viuo ego dicit dñs, quoniam mihi flectetur oñe genu, & oñis lingua cõfitebitur deo. Itaq; vnusquisq; nr̃m pro se rationem reddet deo.⌋ Quod (inquit) fore vt tanquam serui apud dñm iudicemur. Et Propheta testatur, cum dicit: Oñes mihi genu flexuri sunt, & omnis lingua, vel eorum qui ante conditam legem fuere mortalium, vel legis tempore confitebitur mihi. i. factorum reddtura ẽ rationem. At cur? Nimꝝ nõ legi, sed Chr̃o. Quid ergo amplius à lege dependes?

Non amplius ergo inuicẽ iudicemus, sed hoc iudicate potius, ne ponatis offendiculũ fratri, vel scandalũ.⌋ Vtriq; (inquit) quę inter vos oborta est, soluite contentionem. Et ita, vt neq; ipse qui comedis imbecilliorem incessas, nec tu q à vetitis escis abstines, fratrẽ quoq; pacto offendas, quia ipse legem obserues. Scandali autem & offensionis appellatio vtrisq; videt̃ pro mutua quadã sese offendendi vicissitudine tam vescenti. s. q̃ abstinenti competere.

Scio & confido in dño Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat, quid inqu natum & cõmune esse, illi commune est.⌋ Postquã commonefecit minus esse offendendum

A dum qui infirmioris sit fidei, de cibis etiam statuie, imbecillum erudiẽs, ne illos summere veceatur, nec tanq̃ immundos abhorreat, inquitq́; Noui & confido non in cogitationibus hisce humanis, sed in domino, hoc est edoctus ab eo, & certior factus, quod nihil per se sit inquinatum, i. quo ad eius naturam immũdum, sed id ad deorum hominum fieri opinionem immundum à quibus & solis sordidum habeatur, non cæteris. Nihil ciborũ immundum.

Si em̃ ꝓpter cibũ frater tuus cõtristat, iã nõ secundũ charitatẽ ambulas.⌋ Ad perfectioees hoc loqtur, & si nequaq̃ natura sint inqnata cibaria, oportuit tñ te à carne suilla abstinere, si charitatem eras obseruaturus, ne tristitia frater offensus afficeretur, moxq́; ita subiungit. 1. Corin. 8.

Noli cibo tuo illum perdere, peo quo Cheistus mortuus est.⌋ Nec sane edulij gratia fratrem eneces velim, aut peeuertas, quia Cheisto tauto sit studio, & cueæ habitus, vt hu9 gratia mortem subierit. Nam si poecinam ille edẽtem carnem perspexerit, ex mutuo iurgio & astu ob stinatior fiet, & in discrimine erit, ne Christo relicto, legi prorsus inhæreat.

Non ergo blasphemetur bonum nostrum.⌋ Hoc est, tu cum perfectionem sis nactus in fide (hanc enim & bonum appellat) noli hac tua perfectione abuti. Nec causam præbeas, vt quis hanc detestetur. Nam cum perfectior sis, si imperfectum perdideris, idipsum quod tibi inerat boni, obtrectatoribus carpendum expones. Potes etiam id bonum pro dogmate capere, quasi sic sentiat Paulus: Futurum omnino ob vestea dissidia & escarum contentiones huiusmodi, vt execrentue infideles: vestrum id bonum .i. dogma hoc vestrum.

Non enim est regnum dei esca & potus.⌋ Neq; enim ob escam potumve peobatum nos iri existimemus, nec id quidem cœleste illud in regnum inuexerit. Carpit autem eos qui ob cibatum huiusmodi plurimum sibi laudis vendicarent.

Sed iustitia & pax & gaudium in speitu sancto.⌋ Ad eegnum dei aditum iustitia patefacit .i. vniuersæ virtutes, inculpabilis vita & pax, quæ peoximo sine iurgio exhibetur, & lætitia quam parit concordia, omissa tristitia, q̃ proximi ex afflictione oboritue. Et qm̃ vel par uis in rebus pax quædam & gaudiũ videtur inesse, in spũ sancto adiecit. Perinde ac si inqat. de pace equidem & hilaritate, quam in spũ sancto costat inesse edissero, nõ aliqua quauis pace vel mundana lætitia. Potest & sensu alio quodam profundiori id dictum interpretari, dicitq́: Qui à carne suilla haudquaq̃ abstinuit, saluti inferre iniuriam, quam ei moriens Christus iam comparasset. Sic contra, qui fratris ob gratiam ab eiusmodi esca se continuerit, iustitiam operatur quæ cœleste elargitue imperium. Iustitiæ nomine omnes virtutes complectitur.

B Qui em̃ in his seruierit Chr̃o, placet deo, & probatus est hoĩbus.⌋ Ostendit hoc loco inanis gloriæ & iactantiæ grã obiurgasse se impfectos, q haberent perfectiores. Qui enim vult inquiens, hoĩbus esse admieationi, non tm̃ ex ipsa vitæ perfectione, q̃tum ex pacis & eeliq̃ȝ virtutum grã laudem consequetur, quas inter vel eam esse maximam constat, Christo. s. inseruire ac deo placeee, Non tñ carnis suillæ abstinentiam virtuti & laudi ducere.

Itaq; quæ pacis sunt, sectemur & quæ ædificationis sunr, inuicem custodiamus.⌋ Quæ pacis sunt imbecillioeis, cuiuspiam causa intulit, Is nanq; erat qui cæteros diuexaree. Quæ vero ad ædificationem spectant, propter perfectiorem aliquem dixit, vtpote qui fratrem carpat & turbet. Quin, vel vtrisq; id crimẽ impertit, cum ad inuicem inquit. Cumque & pacis peius commeminisset, ædificationis deinceps, arguit haud facile posse peoximi ædificationem sine pace constare.

Noli propter cibum destruere dei opus.⌋ Dei opus, fratris esse salutẽ affirmat. Nõ ergo hanc ipse dissolueris, quam Christus proximo comparauit, & cibi præsertim gratia, velis videlicet ab istiusmodi esu absistere, vt featrem sic lucrifacias.

Om̃ia quidem munda sunt, sed malum est hoĩ qui pee offendiculum manducat.⌋ Cũ perfectiorẽ acrius inceepasset, veritus ne infirmioe in sua praua conscientia perseueret, rursum hunc in modũ decernit. Sunt quidẽ om̃ia munda, officiunt tamen hæc hoĩ, qui improba cõscientia obturbetur. Imperfectus enim suillam immundam existimans, si hãc degustare cogatur, magis incessitue. Necesse est itaq; vt à re prius edíscat munda esse in esum omnia.

Bonum est non manducaee carnem, & non bibere vinum, neq; in q̃ frater tuus offenditur aut scandalizatur, aut infirmatur.⌋ Tu (inquit) frateem tuum manducaee compellis, quibus ille vti in cibum minus confidit. Ipse veeo ea dixerim per te esse vitanda, quæ fratrem offendunt. Nec ideo quod mala hæc videantur, quippe cum munda sint omnia, sed quod scandalum ex his inferatur infirmo. Scandalizatur enim vt leuis, offenditur autem quia moebo laborat, vtpote qui fidei sit peeexiguæ. Ex his itaq; omnibus pellicit fiemiorem, vt fratri opituletur qui peorsus & fragilis sit, & imbecillus.

Tu fidẽ habes penes teipsm̃, habe corã deo.⌋ Hic plane explicat q pfectior videret, iactãtiæ grã suã hanc ostẽtasse pfectionẽ, infert igit. Vis ne te mihi nũc aperire quemadmodũ de istiusmodi escis & sentias recte, & credas ꝓpuras esse? Nil; mihi dixeris vel alteri cuiq̃ significandum, sed satis sit tibi vel tacita conscientia tua, & deus ipse, cui tu pares.

Beatus

Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.] Si hominum nemo prospexerit ipsemet tibi, ad id consequendum facturus es satis, si teipsum minus condemnes, nec ea in re tua te conscientia criminis arguat, quam vel probaueris, vel elegeris consectandam. Intelligas autem hæc de propositis escis duntaxat dici.

Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide.] Qui hæret (inqt) nec fidentius edit, damnatur. Nec eo quod immundus sit cibus, sed quia diffidit hunc mundum esse & illum perinde ac si inquinatus esset, libauit.

Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.] Quotiescunq; quispiam vel nihil confidit, vel autumat obsonium aliquod immundũ esse, & ita vt deprauata conscientia illud degustet, prorsus est peccato obnoxius.

CAPVT XV.

Debemus aũt nos firmiores, imbecillitates infirmorũ sustinere.] Lenit hoc loco & hortaẽ perfectiores, vt alios instituẽdi secum vna onus insumãt, q̃d sane prętẽdit, cũ inquit: Nos q fortiores sumus. Nec simplr̃ infirmos dixit, sed infirmorũ imbecillitates. Duplici vsus vocabulo, vt ad maiorem hos commiserationem alliciat.

Et nõ nobis placere.] Cum diceret, oporteret nos sustinere, docet quemadmodum fieri id queat, si ea videlicet quæ nostra sunt nil requiramus.

Intempestiua obiurgatio nihil ædificat. Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.] Ne forte perfectus ille id inquiat, ecce ipse ad me quod bonum est attraho, ad ædificationem adiunxit, perinde ac si illud inferat, nunc quidem etsi quod agis sit rectius, verum quia minus fit opportune, ad perditionem potius faciat. Siquidem intempestiua obiurgatio nihil ædificat.

Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia improperãtium tibi ceciderunt super me.] Chr̃m producit in medium, vt arguat nobis eius exemplo viuendũ. Illi nanq; licebat sese à quouis opprobrio & contumelia vindicare, neq; ea q̃ passus est perpeti, si sibipsi placere maluisset, hoc est, si quod sua intererat conq̃sisset. Sed suo iure repudiato, cum cruciatus & tormenta potius excepisset, haud sane bonam de se multitudini opinionem ingesserat. Quippe quia impotẽs esse & nullius momẽti videretur habereturq́; ꝓ malefico & seductore. Alios (inquit) saluos fecit, seipsum autẽ saluare non potest. (Math. 27.) Exprobrantium itaq; improperia tibi patri in veteri testamento obiecta, in me filium reciderũt. Ita fit, vt nil noui mihi obtegisse sit visum. D

Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiã & consolationem scripturarum, spem habeamus.] Hæc autem (inquit) ideo sunt scripta, vt ea sectemur. Hoc loco etiam ad tentationum tolerantiam illos hortatur cum ait: Vel scripturæ ipsius hortatu validiores effecti toleremus, tolerandoq́; ostendamus nobis spem esse vegetam quandam & stabilem. Siquidem qui sustinet, sperare futura bona videtur, quemadmodum contra qui impatientior est, à spe ipsa excidisse conuicitur.

Deus patientiæ & cõsolationis, cur dicaẽ. Deus aũt patientiæ & cõsolationis det vobis idipsũ sapere alterutrũ secũdum Christũ Iesum.] Arguit ex sacris literis deum vna & tolerantiã & consolationẽ largiri, eoq́; ipsum patiẽtiæ deũ & cõsolationis appellat, vtpote q harũ sit & largitor & causa. Optat itaq; & his cõprecatur, idipsũ ab eo adinuicẽ sapere exhiberi. Illud enĩ est certioris charitatis indicium, vt q̃d de se quispiam sapiat, itidẽ & de ꝓximo sentiat. Et qm̃ est alius quidam huius seculi amor, intulit secundum Chr̃m Iesum, hoc est, vt illa sapiatis, quę Chr̃o Iesu sunt placita.

Vt vnanimes, vno ore glorificetis deum, & patrem dñi nostri Iesu Chr̃i.] Quidnam lucri consequimur, cum vnum omnes sentimus & sapimus? Nempe quia deum laudibus ipsi efferimus. Nec ore duntaxat vno id agimus, sed & animis vnis. Hoc enĩ cum vnanimes ait, prætendit. Mox illud seorsum orditur, & patrem dñi nostri Iesu Chr̃i. Quod si ita perlegas, videlicet ipsius Christi deum & patrem esse, neq; potest id absurdum videri. Est enim secundum humanitatem Christi deus, & pater secundum diuinitatem.

Propter q̃d suscipite inuicẽ, sicut & Chr̃s suscepit vos in honorẽ dei.] Superioribus monitis iterato insistit, & in exemplũ Chr̃m inducit. Id sane ingens, cũ vobis inuicem opem tuleritis, deo in gloriam cedet. Istiusmodi nanq; vestra animorũ coniunctio, deo laudẽ affert. In hoc enĩ (inqt) cogituri sunt oẽs, ꝙ ipse me miserit, si in vnum conuenietis, (Iohan. 13.) quemadmodum contra vestra diffidia deo blasphemiã pariunt. Nam & gentiles cum Chr̃ianos hoĩes viderint factionibus inter se concertare, fidem ipsam criminantur & culpant.

Dico enĩ Chr̃m Iesum ministrũ fuisse circũcisionis ꝓpter veritatẽ dei ad cõfirmãdas promissiones pr̃m.] A superioribus q̃ subsequunẽ dependẽt. Oñdit aũt hoc loco Paulus, Chr̃m haudquaq̃ sibipsi gessisse morẽ, sed nr̃i potius gr̃a oĩa tolerasse. Et gentibus suadet, ne in Iudæos qui credidissent superbe & insolenter se gererent. Cõstat enim Iudæos ex diuinis pollicitationibus suis maioribus factis, fuisse salutem assecutos. Gentiles vero misericordia solã & dei benignitate saluos factos. (Gẽtiles ex dei misericordia salui facti.) Quod aũt dicit tale promissum Abrahæ fuerat iãpridem fore sci-

A

Gene. 22.
Chr̃s cur circuncisionem admisit.

re.s.vt eius semẽ mũdũ hæreditaret. Verũ cũ oẽs q ex Abrahã ortũ duxissent sontes essent & pctis obnoxij, vtpote q fuissent legẽ puaricati, eoq; & pmissione illa viderent indigni, venit Chr̃s & legẽ impleuit, & circuncisionẽ insup in se admisit. Lege itaq; adimpleta, circũcisionis & Abrahæ semen effectus, dei irã dissoluit, effecitq; nos ad excipiendas promissiones idoneos. Ob id igitur circuncisionem suscepit, vt vera redderet dei promissa, non vt legem statueret. Quid igitur, heus tu, qui Iudaicos ritus sectaris à lege pẽdes? Cuius gratia vt à pmissionibus excidas, haud sane in paruo versaris discrimine.

Gentes aũt super mia honorare deũ. ⌋Qui ex Iudæis essent oriũdi, etsi videbant indigni, habuisse tñ cõstat pmissiones. Ipse vero gẽtilis ex sola dei clemẽtia saluus est redditus. Propterea & merito debes laudẽ deo enixius deferre & gloriam. Haudquaq̃ igitur me incusandũ existimabitis, si vos appello & alloqr. Exposcit eñi sacerdotale hoc meũ officiũ, vt euangelium prædicẽ. Qua in re verbis vtor p cultro. Estis eñi vos hostiæ loco. Quis ergo sacerdotem insimulabit illatæ iniuriæ, q novaculã admouerit ad immolationẽ iam destinatis.

Psalm. 17
2.Reg. 22.
Psalm 116
Esaiæ.11.

Sicut scriptũ est: Propter hoc cõfitebor tibi in gẽtibus dñe, & noĩ tuo cantabo. Et iterũ dicit: Lætamini gẽtes cũ plebe eius. Et iterũ: Laudate oẽs gẽtes dñm, & magnificate eum oẽs ppli. Et rursus Esa. ait: Erit radix Iesse, & q exurget regere gẽtes, & in eo gẽtes sperabũt. ⌋ Testimonijs oĩbus his inductis, nitit Paulus demõstrare, futurũ oĩno vt ex gẽtibus hoĩes cũ credituris Iudæis iungant, & vnũ sentiãt oẽs. Iudæos pterea frenat & cõprimit, ne in gentiles supbiant, cũ pateat plane pphetas gentiles vocasse. Quinetiã & his q ex gẽtibus sunt, psuadet humilitatẽ p se sectandã, arguitq; eos tanto plura deo debere, q̃ & multa affatim acceperint. Siquidem cum esset non populus, vniti sunt populo. Confitebor autem in gentibus, sub Chr̃i persona prolatum est, hoc est, prædicabo te o pater in gẽtibus. Erit autẽ radix Iesse.i.ex radice Iesse prodibit, qui surget dominari gentibus, hoc est, Christus.

Odium inter Gentiles & Iudæos.

Deus aũt spei, repleat vos om̃i gaudio & pace in credẽdo, vt abũdetis in spe & virtute spiritus sancti ⌋. Precat his, vt om̃i lætitia impleant, q ex Iudæis vcs erãt fideles effecti, pace vero gẽtiles. Hi nãq; sunt visi infensos hos habuisse, q adhuc à lege pẽderẽt. Vel potius vtræq; hæ nationes odia inter se exercebant. Verũ q̃ pacto hi possunt gaudio repleri & pace? In credendo qdẽ: Fides vero q̃ in re vobis est psutura? Nimirũ vt in spe abundetis, sperantes futura & aduersa, & grauiora tolerantes. Ad qd pterea, & spes nobis conduxerit, si qras? Ad cõsequẽdam haud dubie spũs sancti virtutẽ, quæ spẽ nobis ipsam reddit validiorem. Largitur

B

eñi & spes ipsa nobis spũs sancti potentiam, & rursum spes hæc à sancto spiritu stabilitur.

Certus sum aũt frẽs mei, & ego ipse de vobis, qm̃ ipsi pleni estis dilectione, repleti om̃i scientia, ita vt possitis alterutrũ monere. ⌋Cũ duriorẽ habuisset multis in locis orationẽ, consolat hos tandẽ. Nec solũ audiui, inqt, sed certior sum vel ipse ego effect⁹, q vos obiurgo & criminor, q̃d estis bonitate referti, hoc est, mẽte bona, & erga frẽs bñuola. Vel integrã virtutẽ ipsã bonitatẽ appellat. Nec bonitatẽ dixit habetis, sed pleni bonitate estis. Nã nihil pdesset si essem⁹ bonitatẽ adepti, nec scirem⁹ quẽadmodũ illa vtẽdũ sit. Propterea oĩ sciã subdidit, vt possitis alterutrũ monere, hoc ẽ, nõ solũ vos discere, sed alios cõmonefacere & castigare.

Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanq̃ in memoriam vos reducens. ⌋Erant Romani id temporis in summo dignitatis fastigio, ideo & elati animi videbantur & tumidi. Et eos nunc propterea lenit, cum inquit, audacius scripsi. Admodũ nanq; istiusmodi verbis hos frangit. Neq; his contentus, sed ex parte adiecit.i.placide & breuiter. Nec in docentis morem id egi, sed in memoriam redigentis, hoc est, paululum admonentis.

Propter gratiam quæ data est mihi à deo, vt sim minister Chr̃i Iesu in gentibus, sanctificans Euangeliũ dei. Humili admodũ sermone vtitur ingens: Non enim mihi ipsi honorem vltro arripui, sed deus hunc mihi decreuit, q me ad id operis segregauit. Nec meis promeritis, sed sua ex gratia. Ad qd aũt mihi data est grã? Certe vt euangelij ministerio fungar & sacerdotio. Nil itaq; mihi succenseatis si vos alloquor. Id enim mihi est sacerdotij munus, vt euangelium prædicem, & pro cultro sum sermonem sortitus, & vos hostiæ loco. Quis ergo sacerdotem insimulabit qui cultrum adigat, in sacrificium destinatis.

S.ctitas nõ ex fide tantũ, sed ex bonis operibus.

Vt fiat oblatio gẽtiũ accepta, & sanctificata in spũ sancto. ⌋Neq; eo ad vos scripsi, vt laudẽ mihi aliquã vẽdicẽ, sed cũ reliqs gẽtib⁹ vt salutẽ & vos cõseq̃mini. Hoc pacto gẽtiliũ ipsorum oblatio om̃i fit ex parte accepta. Qñqdẽ vniuersi deo fructificãt, sanctificata in spũ sancto, hoc est, in puriori q̃dã & spiritali vita. Neq; eñi sola ex fide, qn & ex optimis vitæ actionibus sanctitatẽ qs adipiscit. Credẽtes eñi & baptizati accipimus spm̃. Verũ si rectis operibus caruerimus, extinguit om̃is suscepta illa spũs gratia. Reprimit insup Romanorũ elationẽ ne eum dedignentur in præceptorem habere, q vniuersas gentium deo obtulerit nationes.

Habeo igit gloriã in Chr̃o Iesu ad deũ. ⌋Postq̃ se humilẽ admodũ reddidit & abiectum, rursum tñ suũ sermonẽ paulo effert, ne oĩno contẽptui habeat. Inquitq;, mea gloria non in meipso, aut in meo studio & industria posita est, sed in Christi gratia. Verũ si quib⁹ in rebus

gloriam

gloriam & ipse quæsierim, in his equidem quæ dei sunt dixerim, hoc est, non in vanis his, & momentaneis, sed in spiritalibus ipsis mea omnis est gloria. C

Non enĩ audeo aliqd loqui eorꝝ q̃ ꝑ me nõ efficit Chr̃s, in obedientiã gentiũ, verbo & factis, in virtute signorꝝ & ꝓdigiorꝝ, in virtute spũs dei.⌋Qm̃ euangelij se ministrũ vel in oẽs gẽtes asseruit: nũc subdit, nihil eqdẽ glorior, neq; vt iactabũdus & insolẽs ꝑdico, q̊d ipse nõ gesserim, quin potius nil ipse confeci, sed deus me pro instrumẽto q̊dã vsus & organo operatus est oĩa. Quodcũq; enĩ vel loq̊r vel sum de cœlestibus philosophat⁹, vel si qd aliud ago vel si vitã duco cœlestẽ, & miracula factito, deo sunt accẽsenda, nõ mihi. Differt aũt à prodigio signũ, q̊d signũ dici in rebus naturalibus solet, cũ nouũ aliqd & insolitum æditur, vt illud q̊d Petri socrus febricitãs statim cõualuit. Cum enĩ febris curat naturæ officiũ est. Quod autem mox post tactum febris abcesserit, nouitatem præfert. Prodigium vero in ijs haud dubie constat, quæ præter naturam videntur. Videlicet eum biceps aliquis oritur, vel cũ is visum recuperat, qui cæcus sit natus. Et qm̃ signa huiusmodi & ꝓdigia dæmonũ opera quadã plærunq; æduntur in spiritus dei virtute, adiunxit. Vnde quanta sit eius prætenditur dignitas, cuius tantum valeat spiritus, vt istiusmodi admiratione dignissima factitet.

Prodigiũ & signum differunt.
Lucæ.4.
Iohan.9.

Ita vt ab Hierusalẽ per circuitũ vsq; ad Illyricũ repleuerim Euangeliũ Chr̃i.⌋Perinde ac si inqat, visne dictorꝝ meorꝝ spectare indiciũ? Respice discipulorꝝ meorꝝ multitudinem. Ab Hierosolymis qppe ad mare vsq; ad Illyricũ, q̊d eius est regionis confiniũ, q̃ nunc Bulgaria dr̃, non ꝑdicaui (inqt) sed cõpleui euangeliũ. Vt arguat se non inanẽ habuisse sermonẽ, sed vtilẽ plurimis & perfectũ. Et ne forte existimes cũ ab Hierusalẽ dicit ad Illyricũ vsq; recta illum fuisse profectum. Et in circuitu addidit, hoc est, eas oras, quæ in septẽtrionali sunt plaga & ad meridiem vergunt, verbo transegi & peragraui.

Illyricũ cõfinium Bulgariæ.

Sic aũt hoc prædicaui euangeliũ, non vbi noĩatus est Chr̃s, ne sup alienũ fundamentum ædificarem.⌋Non solum tot innumeris gentibus euangeliũ prædicando, q̊d visum est persuasi, sed me etiam ad homines contuli, apud quos fuerat Christi nomen inauditum. Adeo ipse ab eo absum, vt me alienis disciplinis ingerã, vel gloriæ gratia id agam. Itaq; neq; ideo ad vos literas dedi, quasi à vobis cupiam laudem vendicare, sed vt ministerium meum absoluant. Alienum aũt fundamẽtum, apostolorum instructionem dicit. Neq; eo ꝙ illi essent ab inuicem alieni, vel contraria ꝑdicarent, id dixit, sed mercedis ipsius rõne. Siquidem aliorum apostolorum merita pro susceptis in Christi fide vulgãda laboribus, aliena à Paulo videbantur, quia nihil sibi afferrent mercedis, cum alijs ex Euangelio venirent. D

Esaiæ.52.

Sed sicut scriptũ est: Quibus nõ est annuntiatũ de eo, videbũt: & q non audierũt de eo, intelligẽt.⌋Prophetiã hoc loco ostdit adimpletã. Plurimũ aũt insudat & laborẽ insumit ingẽtem, qui indociles admodum & rudes elegit instruendos, cui rei Paulus erat intentus.

Propter q̊d & impediebar plurimum, venire ad vos.⌋Vel idipm̃ epistolę initio dixit, impeditus sum vsq; adhuc.⌋Nunc vero impedimenti exponit causam, vie; quia euangelium prædicando circumcursaret. Vnde ob id (inquit) equidem plurimũ impediebar, hoc est, persæpe cupidus vos adeundi, iter aggrediens interpellatus sum & detentus.

Nũc vero vlterius locũ non habẽs, in his regionibus: cupiditatẽ aũt habẽs veniẽdi ad vos, ex multis iã ꝑcedentibus annis, cũ in Hispaniã ꝓficisci cœpero, spero q̊d ꝑteriẽs videbo vos & à vobis deducar illuc, si vobis prius ex parte fruitus fuero.⌋Impediebatur (inquit) meus ad vos aduẽtus, qa inerat anĩus his in regionibus ꝑdicandi. Nũc vero cũ nullũ mihi, his ipsis in locis negotiũ superest, ideo ad vos scribo, & facio de mea profectione futura ꝓdediẽ certiores. Deĩn ne forte illi obijcerẽt, cũ nil habeas vltra ibi negotij, ad nos q̊s parui existimas, q̃si ex otio abundanti, nõ necessitate cõferre te cupis, sic infert: Habeo eqdem ad vos iã pridẽ veniẽdi cupidinẽ, eamq; iam tandẽ explere cõtendo. Vtq; rursum gl̃iæ ducãt, à Paulo se tantope cõcupisci, tanq̃ cæteris ꝑstantiores, & illud intulit: Cũ aũt in Hispaniã ipse concessero ad vos ꝓficiscar, & ne illud etiã Romani obiectẽt, perinde ac si supuacaneũ hoc tuum ad nos iter nũc Paule paras, cũ alio sis cõcessurus, adiecit: & à vobis eo traduci, hoc est, vosmet inspecta q̃ me vrget necessitate, vt vel Hispanos cõueniã, priores estis ad illos me dimissuri. Nõ itaq; qa vr̃i parua q̊dã apud me ratio cõstet, sum vos ipse ꝑteriturus, sed qa sic cogor vt faciã. Cũq; vel id afferre Romanis molestiã videret, maiorẽ illos in modũ solat, cum inqt: Si prius & vobis ex parte fruar, vñ ad summã suã erga Romanos apit bñuolẽtiã. Ex parte aũt dixit, q̃si id inqat: Nullũ posset vnq̃ tps vel aĩm meum explere, vel vestræ mihi conuersationis afferre satietatem. Pergratum itaq; fuerit si vobis quiuero, vel in partem aliquam frui.

Pauli beneuolentia in Romanos.

Nunc igit ꝓficiscar Hier̃lm ministrare sanctis. Probauerũt enĩ Macedonia & Achaia collationẽ aliquã facere in pauperes sanctorꝝ, q sunt in Hier̃lm.⌋Pollicitus fuerat superi⁹ se ad Romanos ꝑtereũdo iturꝝ, sed cũ esset suã profectionẽ aliquãto remoraturus, ne illos videat eludere, & morę causam explicat. Sum equidẽ (inquiẽs) Hierosolymã cõcessurus, vt sanctis illis ministrũ me ꝑbeã. Quod eo intulit, vt intelligam⁹ q̃ta sit, & q̃ ꝑclara hui⁹ ministerij virtus. Et

A mis. Et Romanos hortat ad eleemosynã erogandã, qñquidẽ ꝓbatum est ait, hoc est, rectũ est id Macedonibus & Achaijs visum. Nec minus & hos incitat, illos vt imitent. Vbiq; aũt Paulus eleemosynã cõmunicationem appellat, vtpote q̃ in cõmunem cedat vtilitatẽ, tam ꝑbentis videlicet, q̃ accipientis. Cum vero aliquã dicit, eleemosynæ tenuitatẽ expressit, ne videat Romanis auaritiam exprobrare, & parcitatem. Pauperes aũt sanctoꝝ. i. fidelium, qui duplici sunt ratiõe misericordia cõplectendi, & quia pauperes, & quia virtute sunt præditi. Eleemosyna cur a Paulo dicatur cõmunicatio.

Placuit em̃ eis, & debitores sunt eoꝝ. Nã si spũalium eoꝝ participes facti sunt gẽtiles, debent & in carnalibus ministrare eis. ⌋ Nihil (inquit) mirum est, si visum sanctis necessaria ministrare, quippe qui his plurimum debeãt. Quo pacto id iniquis? Quid ni, cum ex Iudæis, q̃bus assero hos esse obnoxios, oriundus sit Christus, & bonoꝝ gr̃a in mundũ cõcesserit. Ab hisq; & ap̃los & ꝓphetas, & bona reliq̃ fluxisse constat, quoꝝ oĩm particeps factus est terrarum orbis. Vnde & merito debent gentiles istiusmodi viris, bona saltem carnalia suppeditare. Nec cõicare his dixit, sed ministrare, q̃ppe q̃s vt ministros cõstituit. Nec ĩ carnalibus suis dixit, cũ spiritalia Iudæis adiudicasset, qñquidem nõ vltra essent carnalia illa, hoc est, bona externa in gentiũ potestate, q̃ fidem iam excepissent, sed fidelibus cunctis cõmunia.

Hoc igit cum cõsummauero, & assignauero eis fructũ hunc. ⌋ Hoc est, in regium ærariũ condã, tanq̃ in asylũ aliq̃d & locũ tutissimum. Quæ enim sic recondunt, dici possunt & obsignata. Fructũ aũt eo dixit, vt arguat eũ maxime lucrifacere, q aliquid egentibus impertit.

Proficiscar p̃ vos in Hispaniã. ⌋ Rursus Hispaniæ meminit, ostẽdens necessarium sibi illuc fore iter suscipiendũ. Nec tñ interea vrbem prætereundam, quasi eos parui æstimaret.

Scio aũt qm̃ veniens ad vos, in abundantia bñdictiõis euãgelij Chr̃i veniã. ⌋ Hoc est, conspecturus sum vos in oĩbus bonis, q̃ secundũ euãgeliũ sunt, ꝑfecisse. Abundãtiã aũt bñdictionis euãgelij bona vniuersa appellat, q̃ bñdictione sunt digna. i. laude, quã per euangelium ꝓmeremur. Poteris etiã ꝑ bñdictione eleemosynã intelligere, perinde ac si dicat: Inuentur⁹ sum vos, cũ in eleemosynis erogãdis, tũ in ꝑstita in oẽs humanitate ad perfectionis apicem euasisse. Hæc aũt dicit, vt eos anticipet blandiendo, vt laudum cupidine capti, tales præstare se studeant, vt digni possint haberi, quos & efferant omnes, & laudibus prosequantur.

Obsecro igit vos fratres p̃ dñm nr̃m Iesum Chr̃m, & p̃ charitatẽ spũs sc̃i. ⌋ Haudquaq̃ si de se dignũ existimat, sed mediatores ĩ ꝑsenti facit, Chr̃m inducit & spm̃ sc̃m̃. Patris vero ideo mẽtionẽ nõ facit, vt intelligas, nec filiũ, nec spm̃ sc̃m̃ excludi, cũ patris tm̃ meminerit.

B Spũs aũt intulit charitatẽ, quemadmodũ ei, inquit, pater & filius dilexit mundũ, sic & spũs.

Vt adiuuetis me in orationibus vestris ad deum. ⌋ Ingẽtis sane humilitatis indiciũ, cum se vel horum precibus asserit indigere.

Vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa. ⌋ Nõ enim dixit, vt hos impugnem & superem: sed, vt liberer: legem executus diuinam, iubentem, orandum esse, ne in tentationem ꝑcitius inducamur. Simul etiam patefacit, administrandum his esse, qui in medio tot infideliũ diuersent, à quibus & se liberari precatur, vereturq; ne fame illi in posterum deperirent. Matt. 26 Marc. 14 Lucæ. 22

Et obsequij mei oblatio accepta fiat ĩ Hierosolymã sc̃tis. ⌋ Hoc ẽ, vt aio libẽti oblata excipiãt. Vñ & illud cõꝑhẽdi ꝑt, haud satis eẽ eleemosynã ĩpẽtiri, nisi & vltro hãc cõferri sitq; illa ex reb⁹ bñ partis oblata, nõ ad iactantiã & gl̃iam cõtributa. Sic ei oĩs ex ea depit fructus.

Vt veniã ad vos in gaudio per voluntatem dei. ⌋ Ideo (inquit) ab his eximi precor, vt q̃primum & cum animi voluptate vos visam, si modo id fieri dei voluntate liceat.

Et refrigerer vobiscũ. ⌋ Nõ vt vos instruã dixit, aut cõmonefaciã: sed, vt refrigerer, hoc est, & vos in me estis ob doctrinã habituri quietẽ, & ipse in vobis ob auctã fidẽ. Arguit ꝑterea sese & illos iãdudum certãtes & laboribus multis affectos, quiete iam & otio indigere.

Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. ⌋ Consueuit vbiq; Paulus auditoribus bene precari, vbi illos instruxit.

CAPVT XVI.

COmmendo aũt vobis Phœben sororem nostrã, q̃ est in ministerio ecclesiæ, q̃ est Cẽchris. ⌋ Hãc ei illis, cũ eẽt epistolã delatura, cõmẽdat, Magnificat etiã, cũ sororẽ appellat, q̃d plurimũ ad autoritatẽ facit: nec min⁹, & cũ ecclesiæ ministrã dicit.

Vt eam suscipiatis in domino dignis sanctis. ⌋ Hoc est, ob domini gratiã hanc honorate. Qui enim ob dominum aliquem excipit, vel minimum quemq; magnopere honore prosequitur, præsertim si sanctior sit qui suscipitur, longe magis est honorandus. Propterea digne sanctis adiecit, videlicet quemadmodum excipiendi sunt sancti.

Et assistatis ei, in quocunq; negotio vestri indiguerit. ⌋ Hoc est, pro viribus illi opitulemini, & manus porrigite.

Et ei ipsa q̃q; assistit multis, & mihi. ⌋ Hui⁹ primo laudes explicauit, mox vt suscipiatur orat. Postremo & laudes repetit, vndeq̃q; hos cogẽs vt ĩ honore hãc habeãt, cui⁹ sit ecclesia ministerio vsa, & plerisq; tulerit opem, & mihi ipsi orbis terrarum ꝑconi & tãta perpesso.

Salutate Priscã & Aquilã adiutores meos in Chr̃o Iesu. ⌋ Fuere hi quidẽ mihi adiumẽto

in sermone & doctrina, laborum insuper & periculorum participes. Nonnulli vero eo adiu- C
tores hos dicunt, quia tentoria texerent, quorum ex opificio, & ipsi cum Paulo victitarent.

Paulus ex opificio victitabat nā texebat tētoria.

Qui pro anima mea ceruices suas supposuerunt.⌋ Perfecti quidem & hy martyres exti tere, quippe quibus Neronis tempore magnum omnibus impenderet discrimen.

Quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium. Hoc loco istorum in se hospitalitatē ꝓtendit. Et ne ad gratiam hæc falso videatur dixisse, & alios testes producit

Et domesticā eoꝶ ecclesiā.⌋ Tāta erāt hi ꝓbitate imbuti, vt suā domū & familiā oēm fideles reddiderit. Hoꝶ itaq; domū ecclesiā dixit, nec solū qa Chri fidē exceperāt: sed, qa hospitio credētes admitterent. Eoꝶ ꝑterea domus duci ꝓ ecclesia debet, in q̄ dei timor insit & virtus. Audiāt hæc qui nuptijs copulant: & intelligant, eas non esse ad virtutē impedimēto.

Salutate Epænetū dilectū meū, qui est primitiuus Achaiæ in Chro Iesu.⌋ Permagnū est sane à Paulo quempiā coli & obseruari, qui nō ad grām nouit, sed vero iudicio suā imperti ri bñuolentiā. Primitiuū vero ideo dixit, vl quia maiorē q̄ reliq oēs ꝑ se tulerit pietatē, eoq; & in Chro adiecit, hoc ē, nō se ꝓ huius seculi bonis, sed ꝓ his q̄ sunt Chri, priorem obtulit.

Salutate Mariā, q̄ multū laborauit in nobis.⌋ Ex susceptis ꝓ veritate laborib⁹, mulierem exornat. Nō solū (inquiens) sumptibus grā vigilijs & humi cubationib⁹ insudauit, sed ī nobis apl'oꝶ officio functa laborē insumpsit. Quæret aliqs: Cur Paul⁹ fœminā hoc loco ꝓduxerit viros erudientē ad fidē, cū nullā huiuscemodi, ꝑmittat mulieribus facultatē? Haudquaq̄ doctrinæ aplus interdicit sermonem, sed ne in cōsessu ꝑsideat mulier, vel suggestū cōscēdat alios instructura, ꝓhibuit. Sed priuatā vbiq; instructionem maxime ꝓbat: sic enim & vxor virum instituit, & Prisca Apollo edocuit. Nec illā ait multū alios instruxisse, sed laborasse plurimū, vt arguat illā vel in erogādis priuatis pecunijs, & modis alijs fuisse hoc ministerio vsam

Fœmina apostolico fungēs officio.

Salutate Andronicū & Iuniā, cognatos & cōcaptiuos meos, q sunt nobiles in aplis, q & añ me fuerūt in Chro.⌋ Nō tm̄ laudis affert cū Paulo iūcta necessitudo & ꝓpinqtas sanguinis, q̄ntū subita cū Paulo seruitus. Lōge ei grauiora tolerabāt fideles, q̄ solet captiui, q cōpedibus vinciunt. Magni est sane faciendū, apli nomen fuisse sortitā & Iuniā, ꝑsertim q̄ mulier esset, q̄d ꝑterea maioris æstimandum, & nobiles inter aplos dici & insignes. Sūt em̄ hi ex rebus gestis & optimis actionibus adepti nobilitatem. Nec Paulū pudet hos ꝓfiteri in Chri fide suscipienda se ꝑuenisse: qn potius & laudib⁹ effert, q̄d ad id boni anticipādum ꝓfilijssent.

Salutate Ampliā dilectissimā mihi ī dño.⌋ Si ab imperatore obseruari & coli, maximi fit, q̄nto magis ab aplo, qui virtutis gratia & dei respectu homines charitate complectitur? D

Salutate Vrbanū adiutorē nrm in Chro Iesu.⌋ Id quidē superiorē illā excedit laudē quin imo ab hoc illa originē sumit. Est ei hauddubie ille dilect⁹, q fit in tali ope adiutor & soci⁹.

Et Stachyn dilectum meum.⌋ Hunc pari dignatur laude.

Salutate Apellen probum in Christo.⌋ Hoc est, qui nec crininis potest coargui, nec vlla affectus est nota. Nonnulli dicunt probum hunc appellasse apostolum, quia alter quidā tūc erat Apelles idem nomen sortitus, moribus deprauatus & improbus.

Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo.⌋ Hos nominatim nō explicat, quia forte erāt eorum, quos supra meminit similes.

Salutate Herodionē cognatū meū. Salutate & eos q sunt ex Narcissi domo, q sunt ī dño.⌋

Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborant in dño.⌋ De Maria (Id est fideles. quidem dixit, q laboris plurimum insumpsisset. De his vero, qui adhuc labori incumbant quod vtiq; his summam in laudem cedit, continenter aliquid factitare & insudare negotio.

Salutate Persidē, mihi charissimā, q̄ multū laborauit in dño.⌋ Hæc quidē eo habet ꝑstantior q̄ à Paulo sit charitate cōplexa, & operæ simul ꝓ dño impēderit plurimū. Hoc mō singulos ꝓ dignitate appellat, & reddit ad op⁹ diuinū ꝓmptiores, & alios vt imitent instigat.

Salutate Rufum electū ī dño, & matrē ei⁹ ac meā.⌋ Duplex id bonū, q fili⁹ & mr irreprehēsibiles sint. Nec temere suā & matrē hāc itulisset, nisi ꝑmagnā inesse mulieri illi virtutē ꝑcal (luisset.

Salutate Asyncritū, Phlegontē, Herman, Patrobā, & Hermen, & q cū eis sunt frēs.⌋ Haudquaq̄ attēdas, q nullā his adiecerit laudē: sed illud aduerte, q cū cæteris eēnt iferiores, dignat⁹ ē tñ hos sua salutet: qn potius vel hāc in eos cōtulit laudē, q fratres appellet.

Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, & sororem eius, & Olympiam, & reliquos, q cū eis sunt, sanctos.⌋ Ingens sane vel horum est laus, q sanctos nuncupat.

Salutate iuicē ī osiulo scto.⌋ Ne altercatio oriat, q varia q̄dā, ꝑ se appellatiōe sint nūcupati, & ipari ꝓrsus laudū gñe affecti, hos demū ex osculo scto ꝑmiscet, & pares facit, ne maior iferiorē cotēnat, vl inferior maiori inuideat, osculo hoc scto mitigāte oīa & coæquante

Osculum sanctum.

Salutāt vos oēs ecclesiæ Chri.⌋ Nec solū hos pares & vnanimes reddit, quin etiā & ab ecclesiaꝶ vnitate salutē trasmittit. Nā ecclesiaꝶ hoc noie fideles oēs cōplectit, nil hūc illūve exprimēs. Tā multis igit ꝑsonis, q̄d in alijs nusq̄ seruauit, hac ī epistola salutē his impertit, quia nōdū vrbē aut Romanos cōspexerat, & pleriq;, q̄s antea cognouisset Romam confuge rant,

A rant:roq́ꝫ haud iniuria sigillatim illos commemorans, Romanis commendat.

Rogo aũt vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, ꝑter doctrinam quã vos didicistis, faciũt. ⌋Rursum eos cõmonefacit, nõ cõsulẽdo, sed obsecrãdo, & cum honore nõ mediocri frẽs appellat, Et tẽtãtiũ se, vt patefaciat dolos: obseruate inqͣt, hoc ẽ, diligẽter illos cauete. Præcedũt aũt dissensiões, q̃s mox & scãdala subsequunt, Quãdiu eñ vnitum est ecclesiæ corpus, nullũ habẽt aditũ scãdala, hoc est, hæreses. Pręter doctrinã quã vos didicistis inquit, nõ quã ipsi docuimus: anticipãs eos & arguens excepisse iam se eius doctrinam & credidisse, & ꝑmanendum in his esse quæ accepissent. Dissensiones vero & scandala hoc est, hæreses, ab his induci, qui præter apl'orum doctrinam & dogma aliquid afferant. In ecclesiã cõcordẽ nõ subire scandala.

Et declinate ab illis: Huiusmodi eñ Christo dño nostro nõ seruiũt, sed suo ventri. ⌋ Defugite hos, inquit, qui si vel nesciẽ vel errore ducti delinquerẽt, reduci aliqñ possent in viam, & corrigi. Sed qñ scienter in id facinus prolabunt, vitandi sunt maxime. Iudæos vero hos esse indicat, quos acerrime solet gulositatis insimulare. Istiusmodi enim Iudæorum vniuersum est genus. Ex hac igitur ventris ingluuie & vitiorum seruitute omnes eruperunt hæreses. Aduerte autem eum, qui sit ventri & gulæ addictus, Christo seruire non posse.

Et ꝑ dulces sermones & bñdictiones seducũt corda innocẽtiũ. ⌋ Insidiant (inqͣt) & blãdiunt, Id eñ verba suauia ꝓferũt & bñdicta: Siquidẽ verba bñuolentiã exprimũt, mẽs vero dolis est plena. Nec sane vos (inquit) seducunt & fallunt, sed innocẽtiũ .i. simplicium corda.

Vestra aũt obediẽtia in oẽm locũ diuulgata est. ⌋ Incautos ꝑfecto alios & imprudẽtes nõ vos inescãt & alliciũt: qñquidẽ vr̃a obedientia, q̃ à summa mãsuetudine orit, ad oẽs ꝑuasit. Quo fit, vt nõ solũ ipse testificari hãc possim vobis inesse, sed orbis terrarum vniuersus.

Gaudeo igit in vobis. ⌋ Hoc est, vestri gratia, quia decepti nõ estis, afficior iucunditate.

Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. ⌋ Arguit ex his circumuentos fuisse nonnullos, persimile id sane dictum, quod dominus ait: Estote prudentes sicut serpẽtes & simplices sicut columbæ. Vult autem hos & sapientes in bono & prudentes fieri, hoc est, in propriam, tam salutem, q̃ commodum. Simplices vero in malo .i. ad mala alijs irroganda nil docti. Simplex enim & integer vita, nocet nemini. Matth.10

Deus aũt pacis cõteret Satã sub pedib' vr̃is velociter. ⌋ Cũ essent inter illoꝝ nõnullos iã ortę dissensiões, pacis inuocat largitorẽ, vt sedet hęreses tollatq́ꝫ. Neq; subdat intulit, sed q̃d acrius est, cõterat dixit: Nec eos mõ qui dissidia moliunt, sed hoꝝ etiã ꝑfectũ & ducẽ cõmoliat. Hos aũt à tp̃e cõsolat, cum velociter & breui futuꝝ id intulit. Cõterat vero, & optãtis B est & prædicentis futura. Futurũ siquidem est, vt Satanas ille tradat in tenebras & deliget. Satanas in tenebras traditus.

Gratia dñi nostri Iesu Chr̃i vobiscũ. ⌋ Gratiã eis cõmemorat, vt vel ex his q̃ iam ꝑ gratiã acceperũt, ꝓmptiores reddãt, Vel ex futuris bonis ad fidẽ. Si eñ vos deus, & si olim hostes, & sibi infensos saluauit, lõge nunc magis ꝑditurus est Satanam, qui mala ista interserit.

Salutat vos Timotheus adiutor meus. Hic enim apl'um in euangelio subleuabat: Magnę sane id laudis, vt eadem faceret Timotheus, quæ & Paulus factitaret.

Et Luci' & Iason & Sosipater cognati mei. ⌋ Iason iste in actibus aplõꝝ plurimũ vendicat laudis, vtpote q viril'r pericula pro Chr̃o subiret. Cognati aũt & propinqui dicunt, non mõ qui carnis necessitudine, sed qui fide & religione nobis sunt iuncti. Ni eñ tales se ꝓstitissent, vt arctissimo vinculo fratribus iungerent, nullam horum fecisset Paulus mentionem.

Saluto ego vos Tertius, qui epistolã scripsi, in domino. ⌋ Id autem non suæ laudis gratia scribit: sed, vt vehementiorem vendicet à Romanis in se beneuolentiam, vtpote qui in his literis conscribendis operam his præstitisset.

Salutat vos Gaius hospes meus, & vniuersæ ecclesiæ. ⌋ Hoc est, qui me hospitio exeipit & q̃d maioris est gl'iæ, & vniuersam ecclesiam domi recipiebat, q̃scunq; s. se adeuntes fideles. Neq; enim temere apud hunc Paulus diuertisset, nisi dignum se hospitem comprisset.

Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus frater. ⌋ Hoc est, ciuitatis pręfectus, & moderator. Vnde datur intelligi, neq; opes, nec dignitates & magistratus, cuiquam esse vł ad fidem, vel ad recte viuendum, impedimento.

Gratia dñi nostri Iesu Chr̃i sit cum oĩbus vobis. Amen. ⌋ Epistolã vel inde exorsus est, inquiens: Gratia vobis & pax, &c. cuius & in calce & gratiam subdit, eandemq́ꝫ illis adesse precatur & optat. Tunc enim nostra arguitur vera & certior disciplina, cum non solũ verbis, verum & precibus sumus discipulis profuturi. Propterea & illud dicebant, Nos aũt orationi & dispensationi sermonis insistamus, hæc nos tutabunt, qui nihil ex operibus nr̃is speramus posse salutis locum aliquem inuenire, sed quicquid est spei, diuinæ gratiæ & clementiæ accensemus, quibus & demonum laqueis superiores euasimus, qui sunt sub pedibus nostris contriti in Christo Iesu, hoc est, Christi potentia, cui gloria in secula. Amen. Actoꝝ.6

¶ Missa est præcedens epistola per Phœben ministram Cenchreensis ecclesiæ.

¶Argumentum in priorem Epistolam ad Corinthios.

Corinthij q.

¶Corinthij sunt Achaici. Et similiter ab Apostolo audierãt verbum veritatis: & hi subuersi sunt multipharie à falsis apostolis, Quidam à philosophiæ verbosa eloquentia, alij secta legis Iudaicæ inducti sunt, Hos reuocat apostolus ad veram fidem, & euangelicam sapientiã, scribens eis ab Epheso per Timotheum discipulum suum. C

¶IN PRIMAM AD CORINTHIOS EPIstolam Theophylacti Enarratio.

Corinthus cum plurimum & opibus polleret & sapientia, in Christũ credidit A quo post fidem susceptam, ne descisceret, magno in discrimine versabatur Siquidem cum ditiores plerique seorsum conuenticula & consociationes inirent, coirentque & sapientes in vnum multi, præceptoribus sibi ad eam rẽ constitutis, Paulo paupertatem & inscitiam obiectabãt. Accedit præterea, quod inter hos quispiam nouercæ admiscebatur, & idolothytis gulæ vitio vescerentur nonnulli, & de pecunijs repetundis cum oriretur contentio, iudices gentiles adirent, comas insuper nutrirent viri. Et cum in ecclesiis sæpe comessarent, nil cibi egentibus impertiebant. Pecunijs item & bonis exteenis plurimum confidentes, cum insolescerent maxime & efferrentur, resureectionis iam ratio apud eos claudicabat. Quibus omnibus ob exteriorem sapientiã fallebantur, quæ profecto in se confidentibus mala omnia parit, & prauorum facinorum mater est & origo. Scribit itaque ad Corinth. Paulus, eorum vt vitia corrigat. Et quoniam in ecclesia obortum dissidium eo maius oim videbatur, quo ex superbia erat & animi elatione profectum, huic primum medetur apostolus, & seditionem huiusmodi, cum altiora quædam Corinthij sese instructuros profiterentur, euertit: Et hunc in modum orditur.

CAPVT I.

Paulus vocatus apostolus. ⌋Perinde ac si inquiat: neque hanc ipse mihi dignitatẽ quæsiui, nec propera vlla sapientia accepi, quippe qui olim cum essem ecclesiæ dei euersor, ad apostolat⁹ sum demum hoc munus obeundum accitus. Quo ergo pacto & ipsi alios ad fidem instituendi officium id inuasistis?

Acto.10 1.Corin.15

Iesu Christi. ⌋Christus fuit apostolorum instructor: Cur vobisipsis adscribitis mortales quosdam in præceptores?

Per voluntatem dei. ⌋Haud sane nos ille vt dignos vocauit, & saluos fecit: sed quia sic ei placitum est, egit vt libuit. Nunc vero placuit illi, vt ipse vos edocerem: Cur alium præter me vultis magistrum? Num deo vt obsistendum ducatis, id agitis? D

Et Sosthenes frater. ⌋Præ modestia Sosthenem sibi adiungit in comitem, Quod quidẽ Corinthiorum vt tollat insolentiam, facit, qui cæteros aspernaeentur.

Ecclesiæ dei q̃ est Corinthi. ⌋Non huius illiusve dixit ecclesiam, sed dei. Quid ergo homines ipsi habetis qui vos tuentur? Quod si estis ecclesiæ nomen sortiti, necessarium est vt iuncti & vnanimes sitis: quandoquidem ecclesia, vnitas quædam & conuentio interpretatur.

Sanctificatis in Chr̃o Iesu. ⌋Neque enim in quis hoĩm, sed in Chr̃o Iesu hãc estis sanctimoniam cõsecuti. Et baptismi gr̃a, nõ humanæ sapientiæ aut diuitiarũ, quibus elati insolescitis.

Vocatis sanctis. ⌋Quin & hoc ipsum credere haudquaq̃ nostri ẽ iuris, sed dei potẽtiæ & voluntatis, à quo estis hoc pacto vocati, vt obsequendo exceperitis simul & fidem. Fit itaque vt à deo fides hæc sumat initium. Nam si vos ille non conuocasset, nequaquam paruissetis.

Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. ⌋Nec vobis solis pax sit huiusmodi, sed vniuersis Christi inuocantibus nomen.

Fideles oẽs vnã faciunt ecclesiam.

In omni loco nr̃o & ipsorum. ⌋Oĩm videlicet q̃tq̃t vbique fidelium sunt, meminit, vt arguat fideles oẽs vnã esse ecclesiã, Vnde sic eos videt obiurgare: Cur ipsi vnius ciuitatis incolæ inter vos dissidetis. Nõnulli vero nr̃o & ipsorum loco ita intelligunt. i. in q̃ & nos sumus & illi.

Gratia vobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. ⌋A deo ea vobis sit gr̃a, quã olim ipsi cum inimici essemus, iam cõsecuti, pace nunc vtimur, eandem & vobis vt præsto sit, comprecamur. Nec vltra à pace eiusmodi excidatis optamus, qui factionibus nũc & quibusdam intee vos simultatibus dissidetis. Nunc vero, cur vos hominibus adduxistis, illorumque & gratiam inire studetis, & placere illis vt præceptoribus omni studio connitimini?

Gratias ago. ⌋Hoc loco nos ad gratitudinem quandam erudit. Cumque idipsum per oẽm epistolam agit, nunc tñ opportunius lõge q̃ alibi gratitudinem recordatur. Geatitudo enim gratiam sequitur: gratia vero nec debitum præfert, nec beneficij arguit vicissitudinem.

Deo meo. ⌋Ex summo quodã animi affectu, communem omnium deum suum hic facit.

Semp pro vobis, in gr̃a dei. ⌋Ex his vtique & Corinth. instruit, vt & ipsi assiduas deo gr̃as agãt, & nihil proprijs vel actiõib⁹ cõfidãt, vel vllis virtutibus: sed in dei gr̃a sit illorum spes oĩs.

Quæ data est mihi in vobis in Christo Iesu. ⌋Hoc est, per Chr̃m duntaxat, nec per alium quempiã mihi cõcessa. Quid ergo homines ipsi attenditis, cum sit in deo & solo sperandũ?

Quia

A Quia in omnibus diuites facti estis in illo.⌋In illo.i.per ipsum,cum constet vel opes ipsas & si pro diuitijs habendæ non sint,per vnigenitum tamen donari. Cur ipsi omnium ingratissimi homines vobis sine vllo delectu in præceptores adsciscitis.

In omni verbo & in omni scientia.⌋Est nāq; & sine scientia,verbum vtpote cum quis nullo sensu superuacanea narrat. Est ꝑterea & sine verbo sciētia, videlicet cum altiora quispiā cogitatiōe & mente cōplectit,caret tn̄ quo illa explicare queat,sermone. Vos vero(inquit) & sermonem habetis,& dei scientiam,ita vt intelligendi & loquendi vobis insit facultas.

Sicut testimoniū Chr̄i cōfirmatū est ī vobis.⌋Sicut p verbū videlicet & scientiā,quibus vtrisq; cœlestes diuitias cōparastis,cōfirmatū ē ī vobis testimoniū,hoc ē, dei arcanū. Neq; em̄ p exteriorē sapiētiā arcanoꝝ dei facti estis pticipes,sed qb⁹ dignati estis signis ac donis, Infra.3

Ita vt nihil vobis desit ī vlla grā.⌋Quæret aliqs:Si ppetua erāt illa dona adepti,cur eosdē ī oronis ꝑgressu carnales appellat? Rn̄deri ad id ꝑt,neq; oēs spiritales fuisse,nec scd̄m carnē dixisse vniuersos. Vn̄ ī psentiaꝝ verba hmōi ad spiritales habuisse apl̄m,ad carnales vero q̄ paulo post subsequēt. Vel forte,qa fieri poterat, vt ī ipsis fidei susceptæ primordijs,cūcta eēnt hi dona adepti:& demū vt feruor ille refrixit,desides facti,scd̄m carnē vitā trāsigerēt.

Expectantibus reuelationē dn̄i nr̄i Iesu Chr̄i.⌋Hoc loco territat eos,cū meminit secūdi & futuri Chr̄i aduētus,q̄si id inquiat. Si futurum est,vt Chr̄s ipse reuelet,& iudicaturus adueniat:quo pacto alios ipsi estis iam nacti qui vobis præsint & ducent? Ostendit præterea Aduentus & cum his donis,alias deposcendas esse virtutes. Siquidem illa nihil huiusmodi dona iuuabūt,nisi & vita accedat bene transacta. Cum aūt reuelationē dicit, ostēdit vel hoc tempore Christum nobis adesse, delitescere tamē interea, quia sese in futro iudicio sit palā facturus. secundus Chr̄i cur reuelatio dicitur.

Qui & confirmabit vos vsq; in finem sine crimine in die aduētus dn̄i nostri Iesu Chr̄i.⌋ Cum cōfirmabit inquit,ostendit eos & nutabundos esse & ab alijs circumuentos. Cum vero sine discrimine dicit,illos criminibus subesse demonstrat:Christi autem Iesu,eo frequentius hoc loco repetit,q̄ in cæteris epistolis solet,vt Corinthios cōmonefaciat,per hunc se & salutem fuisse adeptos,& huius ex nomine,non alterius hominis,Christianos se dici.

Fidelis deus,p quē vocati estis in societatem filij eius Iesu Chr̄i dn̄i nr̄i.⌋Hoc est,veridicus est de⁹. Itaq; si nihil ille mētit,& vos ad filij sui vocauit societatē,i.vt suo ī regno cū filio vna & vos gl̄ia donet:perspicuū est deū oīno,q̄ ꝓmisit facturū. Estis em̄ ipsi vocati,nō iniussi adistis:cur ergo insolescitis? nec secus superbia efferimini,ac si vestra opera id effeceritis?

Obsecro aūt vos frēs p nomē dn̄i nr̄i Iesu Chr̄i.⌋Cū acerbiora sit in hos verba facturus,

B ꝑueniens per Chr̄m illos precat,sic inquiens:Cū haud satis ipse flectere vos valeā precibus, ad id peragendū,Chr̄i nomē obtestor & inuoco, à quo & ipsi Christianū estis nomē sortiti Quo Christi nomine affecto per vos ignomina,ab hominibus ducere mauultis cognomē.

Vt idipsum dicatis oēs, & nō sint in vobis schismata.⌋Quid illud est,inquit,q̄d precor? Vt oēs vnū sentiatis,nil dissidētes. Cū em̄ vnū aliquid in plures scindit partes,videt quidem in frustra multa & minutiora cōcisum,alioqui q̄ potest in multis & detruncatis inesse vtilitas,qn & vnū illud perdiderint q̄d integrū fuerat. Apertissime igit illoꝝ facta, schismata nūcupat,quo verbo,quemadmodum calamitose cum Corinthijs ageretur,demonstrat.

Sitis aūt pfecti in eodē sensu & in eadē sentētia.⌋Qm̄ supra,vt vnū loquerent oēs,iniūxerat,ne existimarēt verbo tenus hāc aiorum cōiunctionem seruandā:& in eodē sensu adiecit,hoc est,idem vt sentiatis. Cumq; & multi in aliq̄ re vnà sunt cōuenturi, in alia minime? & pfecti sitis adiūxit,hoc est,oībus in rebus, idē cūctis sit aius. Multi ꝑterea,& si idē vident sentire,animis tn̄ & mēte dissentiūt. Quod sane tūc fit,cum fidē vnā oēs habemus,charitate tn̄ longe disiungimur, quod plane expressit, cum in eodem sensu diceret & eadem scientia.

Significatū est em̄ mihi de vobis fratres mei,& ab his qui sunt Chloes.⌋Ne illi q̄ obijciunt negarēt,testes ꝓducit,eosdemq; ne cōmentitus videat,vt q̄s ipse fuisset cōmentus,noīe explicat,& q Chloes sunt inquit. Erat aūt Chloe Corinthi domus & familia q̄dam sic appellata. Nec desinit fratres hos appellare,quoꝝ & si ꝑspicua eēnt illoꝝ cōmissa,haud tn̄ eos fraterno noīe dedignat,nec illoꝝ exprimit nomina,qui sibi Corinthioꝝ facta renūtiassent sed domum integrā & familiam posuit,ne testes productos infensos Corinthijs redderet.

Quia contentiones sunt inter vos.⌋Mitiore vsus verbo,contentiones appellat,quæ sibi sunt de Corinthijs renuntiata. Cum vero illos vltro obiurgat,dissidia obijcit,quæ lōge cōtentionibus videntur deteriora.

Hoc aūt dico,q̄d vnusq̄sq; vr̄m dicit,Ego quidē sum Pauli:ego āt Apollo.⌋Id q̄dē non vr̄m aliq dictitāt,sed oēs. Nec hęc ītulit Paul⁹,qa eiusmōi verba iactarēt Corinthij,sed ipse in hūc modū sermonē figurat,vt arguat sic:Si id dicere, Pauli sum, & Apollo sum,noxiū ē & criminosum,longe magis officiet & crimini dabit, sese hoīes alios delegisse,q̄s sectarent.

Ego vero Cephæ.⌋Haud sane vt se ꝑferat, postremo meminit Petri,sed vt hūc sibi potius anteponat, Quēadmodū Christi deinçes nomen honoris gratia subdit. In rebus vero

 indignus

iudignis & abiectioribus, seipsum primo commemorat. C

Ego autem Christi.] Neq; eñ ob id eos incusat, q Christi se afferãt sectatores, sed quia non omnes itidem fateantur. Vel potius, ego sum Christi, intulit, volens id criminis augere & grauius reddere, argueretq; Christum ipsum oblatum esse in partem vnam, vt pariter omnes saluos faceret, ipsi vero in diuersum se scinderent, pronerentq;.

Chr̃s non diuisus. Diuisus est Chr̃s? Nũ intercisus est Chr̃s? Num eius diuisum est corpus?] Irascẽtis sunt verba & indignabundi. Nõnulli aũt (diuisus est Christus) in hũc sensum accipiũt, videlicet, Num ille mortalibus diuisit ecclesiã? Num partẽ vnã ipse accipit, alteram vobis contulit?

Num Paulus crucifixus est ꝓ vobis?] Cõfutat, euertitq; q̃d erat ꝑ hos absurdius gestum & propriũ nomẽ ꝓducit in mediũ, ne videat liuore ductus, alioꝝ noĩa recordari. Nec sane id dixit, Nũ Paulus vobis creationis dedit originẽ: sed, q̃d lõge ꝓstat, & ei⁹ ineffabilẽ ꝓfert humanitatẽ, crucẽ cõmemorat. Nec illud itulit, nũ Paul' ꝓ vobis mortẽ excepit, sed nũ crucifix' ẽ dixit, vt q̃d turpe & ignominiosũ visum ẽ mortis gen⁹, ostẽderet Chr̃m, nõ se subijsse

Aut in noĩe Pauli baptizati estis?] Baptizauit haud dubie plures ap̃lus, sed in Chr̃i noĩe nõ suo. Id aũt eo infert, qa vel illud dissidij causam ꝓbuit, cũ vellẽt singuli ab his sibi nomen desumere, à qbus & baptismũ sumpsissent. Haut eñ id q̃rit: qs sit baptismo ablutus: sed, cuius sub noĩe fuerit quispiã baptizatus. Christus eñ, nõ autem qui baptizat, dimittit peccata.

Gratias ago deo meo, qa neminẽ vr̃m baptizaui, nisi Crispũ & Gaiũ.] Quid (inquit) baptismi gr̃a insolescitis, qñquidẽ ipse ego magis gr̃as agã, qa id baptizãdi munus haud sæpe obiuerim. Q̃d tñ nõ ideo infert, vt improbet baptismi virtutẽ: se i. illoꝝ vt diluat insolẽtiã, q baptizãtiũ noĩa iactarẽt, & gl̃iæ ducerẽt, quã baptism' ipse, nõ baptismi minister afferret.

Ne quis dicat, q in meo noĩe baptizaui.] Neq; eñ hæc ideo dixerim, quia ita se habeat res, sed veritus, ne eo vsq; ꝓueheat hæc pestis, vt vel iactare id audeãt multi. Nã si vel infimis viris baptizantibus, orta hæc cõtentio est, q̃ tandẽ id ꝓgressurum est malum, si ipse qui sum euãgelij ꝓco baptismũ administrarẽ? Propterea coercẽdi erũt nõnulli, ne mihi baptizãdi id (ꝓputet munus.

Baptizaui & Stephani domũ.] Erat vir hic sane egregius & insignis.

Cæterum, nescio si quem alium vestrum baptizauerim.] Adeo (inquit) baptismi administratio haud magnæ mihi est curæ, vt non satis meminerim, vtrum alium quempiam, præter hos, baptismo abluerim. Quo ergo pacto in hoc vos efferimini.

Euãgelij ꝓdicatio omnus grauius ẽ, quam baptismi prouincia. Nõ eñ misit me Chr̃s baptizare, sed euãgelizare.] Erat quidẽ euãgelij prædicatio vel sola grauis admodũ & operosa, & ferreos aĩos deposcebat, nedũ quiret ap̃ls & baptismo intendere. D Nã hoĩs cuiuspiã immutare sentẽtiã, & ad veritatẽ traducere, vel à patrijs institutis & legibus, qbus diutius inoleuit, diuertere, & ꝓsertim nõ sine summo dissuadẽtis vitæ discrimine, magni quidẽ & excelsi animi erat. Paratũ vero quempiã & volentẽ ad baptismũ excipere, cuiq̃ licet, qui sacerdotio fungit. Quæret aliqs: Nũ neminẽ baptismi lauacro tingebat ap̃lus, qui minus eẽt ad id destinat⁹? Haud sane fuerat ad id ꝓcipue missus, nõ tñ obire id munus ꝓhibebat. Nã qui maioribus esset negotijs deputatus, vel minora exercere iam poterat

Nõ in sapiẽtia verbi, vt nõ euacuet crux Chr̃i.] Sublata illoꝝ qui se baptismi ministros iactarent, superbia, ad eos ꝑtransit, qui sese ob exteriorẽ hãc & humanã sapiãm magnificarẽt Inquitq;: Et misit me dñs euãgelizare, nõ in sapĩa sermonis, hoc est, in orationis ornatu, ne crux imminuta patiat iacturã. Id eñ, vt nõ euacuet, cũ inquit, prætendit, i. ne vacua & inutilis arguat. Nã si in eiusmodi sermonis sapĩa prædicassent ap̃li, iure forte obijcerẽt hoĩes, ꝑsuasionẽ potius illos & verboꝝ lenocinio quodã, alios ad veritatis notionem pellicere, non eius, quem ipsi prædicant & ꝓsiterent, virtute, q̃d vtiq; in crucifixi euacuationem & damnũ cessisset. Nunc vero cum doctrinæ mundanæ huius ignari, prædicent Christũ, ꝓculdubio arguunt cuncta per eius qui cruci affixus est, potentiã geri. Potest & aliter illud euacuet intelligi. Exempli gratia, Rogabit gentilis aliquis de diuinitate ipsa me quippiã, q̃d ab homine cõprehendi non possit. Si enitar illi q̃d postulat syllogismis nonnullis, & exterioris sapiæ huius rationibus patefacere, haud dubie succumbã deficiens. Nulla eñ potest diuinitas ipsa ratione probari, Ita fiet vt imbecillitatem hanc meam Christi ipsius quem prædico accenseant impotentiæ: vnde & crux ipsa euacuabitur, hoc est inanis & vacua cõuincetur.

Verbũ eñ crucis ꝑeuntibus quidẽ stultitia est.] Cũ essent Corinthi nonnulli, qui crucẽ illuderẽt, decẽs erat & necessariũ, vt huiusmodi illusorib⁹, ꝓ sua sapĩa fideles obsisterẽt, & crucẽ hãc tutarẽt, indigneq; & grauiter ferrẽt illoꝝ i crucẽ ludibria. Subdit itaq;. Nulla vos ob id subeat admiratio, ꝑditis eñ & minus credẽtib⁹, q̃ à deo sunt ad salutẽ cõcessa, stulta videñt Sermonẽ vero crucis, prædicationẽ designat, q̃ Christi affixi patibulo nomẽ diuulgabatur.

Nobis aũt qui salui facti sumus, virtus dei est.] Crux ipsa nõ mõ dei virtutẽ, quin & sapientiã indicat. Virtutẽ, qa mortẽ morte dissoluit. Est nãq; imẽsæ potẽtiæ & exuberãtis virtutis, vt is qui ceciderat, referat palmã. Sapiam vero, quia hac via perditos saluos effecit.

Esaiæ. 29 Abdiæ. 1 Scriptũ est eñ, Perdã sapiam sapientum, & prudentiũ prudẽtiã reprobabo.] Cũ infideles sapien

A les sapientes perditos diceret, confirmat id statim scripturæ testimonio. Illam enim, inquit, tollam deperdamq́ȝ à sapientibus sapientiam, quam ipsi per exteriora hæc iactitant. Hoc ē, insipientem illam conuincam, & prudentiam prudentium demam, qui sapere sibi vidētur.

Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapiām huius mundi? ⌋Cum explicasset q̄ sacris literis continentur, perspicua insuper ex rebus ipsis hæc facit, & gentiles quidem reprehendit, quia vsurpare hoc solent, Vbi est sapiens, i. philosophus. Philosophiæ em̄ studebant plurimū & sapientis apud eos summa autoritas erat. Iudæos vero coarguit, cum dictitat, Vbi nam scriba. Inquisitores aūt eos appellat, qui opinationibus quibusdam & inuestigationibus permittunt oīa. Horum nemo salutem attulit nobis præter piscatores, qui erroribus nos exemerunt. Fatuam aūt reddit, hoc est, inertem & nullius momenti esse coarguit mūdi sapiām deus, vtpote q̄ inuenire veritatem nequiuerit. Esa. 33

Nam quia in dei sapia, nō cognouit mūdus p̱ sapiām deū, placuit deo p̱ stultitiā p̄dicationis saluos facere credētes. ⌋Causam aperit q̄ sit exterior hæc sapia stultior reddita. Nā cum ex diuina sapia, q̄ ex hac p̄t machina creatoꝶ cōprehendi, cœlum ipsum & terra, & oīs hæc mundi structura suū prædicāt, & laudibus efferunt conditorē. Deū tn̄ haud quaq̄ cognouit mundus: Hoc est, qui mūdana hæc sapiunt, quippe qui prauis cupidinibus capiunt, & q̄dam dicēdi lepore (qui huic inesse sapiæ videt q̄ oculis cernit) detinent, q̄ minus queāt deū & veritatem ipsam p̱noscere. Placuit aūt deo p̱ eoꝶ p̄dicationē q & imperitiores essent, & stulti apud alios haberent credētibus salutē largiri, Gētules itaqȝ, & si dei sapiām instructricē habeant, eam videlicet q̄ in hac tāta reꝶ molitiōe cōprehendit, dei tn̄ nullam sunt adepti cognitionem. Quia illi potius intenderēt sapientiæ, quæ verbis constaret inanibus, nec dei essent.

Qm̄ & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiā q̄runt, nos aūt prædicamus Iesum crucifixum. Nitit Paulus patefacere quēadmodū ex cōtrarijs deus cōtraria sit operatus, inq̄tq́ȝ: Cū Iudæū ad fidē exhortor, mox ille, vt p̄dicatio certior deprehēdat, signa deposcit. Nos vero Chr̄m affixū patibulo p̄dicam᷒, q̄d vtiqȝ mō nec q̄ ad exteriorē hācve faciē signoꝶ, nec potētatus, qa ignominiosum habet, vllū p̄ se fert argumentū, sed imbecillitatē potius patefacit & impotētiā, alioq idipsum patibulū, q̄d imbecillū & cōtrariū noscit, Iudæos ipsos quo ad ipsoꝶ petitionē, ad fidē traducit, & maximā p̄fert dei virtutē. Rursum & Græci à nobis sapientiā q̄ritāt, Sed his etiā euāgeliū p̄dicamus, q̄d ad vulgi tn̄ opinionē, vesanū videt Chr̄m p̄dicare, q fuerit cruci affixus. Nihilominus vel ex p̄dicatiōe hmōi p̱suadent gentiles & credunt. Nōne hoc ergo summæ est potentiæ argumentū, Græcos hoīes ex rebus plane cōtrarijs & lōge diuersis, atqȝ ipsi p̱quirant, morigeros reddi, & Christo obtemperātes. B

Iudæis q̄dē scādalū, Gētibus aūt stultitiā. ⌋Iudęis q̄dē scādalo est crucifix᷒. Offendūt nāqȝ cū dicūt. Quonā pacto, q cū publicanis & meretricibus ac p̄donibus versatus sit, ac demū fuerit cruci affixus, esse poterit deus? Græci vero mysteriū hoc p̱ stultitia ducūt, & plane irrident. Qm̄ fide duntaxat, nō rationibus vel syllogismis, quibus ipsi nitunt, cōprehendit, fuisse deum cruci adiudicatum. Nec præterea id vllo est orationis cultu significatum.

Ipsis aūt vocatis Iudæis atqȝ Græcis, Chr̄m dei virtutē, & dei sapiam. ⌋Incredulis quidē Iudæis scandalo Christus est, & infidis Græcis p̱ stultitia ducitur. Qm̄ quæ maximū in modum cōquirunt vtriqȝ, hoc est, sapientiam, in Christo minus inueniunt. Nec ab vtrisqȝ, Iudæis. s. ac Græcis accitis, hoc est, dignis habitis qui vocarentur a deo comprehenditur. Verum quid quæris Iudæe signa? Ecce Christus dei est virtus, quę signorum est operatrix. Tu vero Guæce quid inquis. Sapientiam deposcis? Habes Christum qui patris est sapientia.

Qgia q̄d stultū ē dei, sapius ē hoīb᷒, et q̄d īfirmū ē dei, forti᷒ ē hoīb᷒. ⌋Crucē appellat insipientē, vtpote q̄ insipiens visa, hæc tn̄ est hoībus sapientior, Siquidē philosophos cōstat frigidis et inutilibus rebus vacasse, crucē vero mūdo peperisse salutē, et q̄d dei est, eo videt infirmius, qa ex impotētia q̄dam visus sit cruci esse affixus. Sed id lōge est hoībus fortius. Nec ob id solū, qa q̄ magis annitentibus multis huius nomē extinguere, eo plurimū pollet et floret, sed quia per hūc qui sit visus infirmior, fortis dæmon ille vinctus est et coercitus. Crucē cur insipiētem Paulus vocauerit.

Videte em̄ vocationē vr̄am frēs, qa nō multi sapiētes scd̄m carnē, nō multi potētes, non multi nobiles. ⌋Cōtēplamini, inq̄t, et diligēter inq̄rite q sint ad fidē vocati. Cōperietis sane eoꝶ nō multos eē scd̄m carnē, hoc ē, ī hac vita sapiētes. Nō eī null᷒ sapiēs ītulit, sed non multi. Erāt eī inter eos q iā credidissent et sapiētes, vt Areopagita ille fuit, et Antiphar᷒ q̄dā et alij q haudquaq̄ ī p̄sēti ex noīe innotescūt. Quinetiā et potētes et ingenui crediderūt nonnulli, p̱terea et īter oēs nō multi, subiūgit. Aduerte ergo q̄ia sit vis p̄dicādi, vt vel idiotas et lr̄aꝶ ignaros tā sapissima edocuerit īstituta, vt vel exterior hæc scīa p̱rsus arguat inutilis.

Sed quæ stulta sunt mundi, elegit deus, vt confundat sapientes. Et infirma mūdi elegit, vt confundat fortia. ⌋Hoc maxime Græcos confundit. Stectabunt enim in foro opificem aliquem longe melius quàm seipsos philosophari, imbecillumq́ȝ et abiectū, vel eos qui in potentatu sunt et opibus affluunt, humiles reddere et mansuctos.

 Et igno-

Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret. ⌋Qui nullius videntur esse momenti, ea quæ nō sunt dicit: quæ sunt vero ꝓ illis hic ponit, qui alicuius esse autoritatis apparent, q̊s vt inertes argueret, & plane nulli vsui esse, eos elegit, qui nihil sunt. Hauquaq̄ tñ quia (inquit) elegit: eo abiectissimos q̊sq; credideritis ꝑdicandi negotiū id accepisse, ꝑclaros vero & glia insignes fuisse ab eiusmodi munere exequendo reiectos, quin potius existimes velim, vel hosce qui honoribus & diuitijs pollent, ad suā sapiæ & opum præsumptā opinionem efferri plurimum & insolescere, eoq; nec dei ꝑconium suscepisse, cum abiectiores & humiles longe magis deo sint visi ad id munus accōmodi C

Vt non glorietur oīs caro in cōspectu dei. ⌋Propterea inquit: Infirmos quosq; elegit deus, vt eorum frenet superbiam, qui mundana hæc sapiūt. Suadeatq; præterea oīa fore ꝑ nos illi ad eius arbitrium cōmittenda, neq; se corā aliquid cuiq̄ iactitandum. Cur ergo & vos o Corinthij super his præceptoribus adeo insolescitis, qui exteriorum imbuti sunt sapientia.

Ex ipso aūt vos estis in Christo Iesu. ⌋Ex ipso (inquit) vos estis, Neq; ideo quod nos ad esse aliquod ille traduxerit, sed ad bene esse, ꝑinde ac si iquiat: Filij dei effecti estis, & ex ipso constatis facti in Christo filij, hoc est, per Christum. Et qm̄ dixerat illum ignobilia elegisse ostendit cunctos nobilitate hos anteire, qui deum in patrem sint abunde iam assecuti.

Qui factus est sapīa nobis à deo & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. ⌋Id est, sapientes nos, & iustos, & sctōs, ac liberos fecit. Hæc em̄ ꝑfert redēptio, quippe q̄ à seruitute pcti nos reuocauit. Et quēadmodū ignobiles eligēs nobiles reddidit, cū hos ī dei filios asciuisset sic & stultos sapiētes effecit, ipse nobis sapīa factus. Verū cur nō poti⁹ dixit sapiētes nos fecit, sed fact⁹ ē nobis sapīa, nēpe vt mūeris patefaceret largitatē. Perīde ac si inqat: Seipm̄ nobis largit⁹ ē. At cū magna q̄dā de filio ꝑdicaret, videlicet ꝙ sapīa & iustitia & sanctificatio & redētio fact⁹ ē nobis: à deo, adiecit: ne ingenitū hūc suspiceris, sed vt ad causam ipsam, hoc ē, ad patrē, refugias, à q̄ filius genit⁹ sit. Aduerte q̄nē in his ordinē seruet Apls. Nā hos primū ab errore exemptos, & sapientes effecit, & ad dei cognitionē īstruxit. Deinceps pctōꝝ largitus est veniā, & per spm̄ sctm̄ santitate donauit. Vnde ita effectum est, vt perfectā à malis oībus vacationem concesserit, & ita vt spūs ipsi in potestate simus, eidemq; inhæserimus

Hiere. 9 Quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in dn̄o glorietur. ⌋Hæc (inquit) oīa eo sic
2. Cor. 10 instituta & facta sunt, vt nemo se alicuius momenti existimet, vel de se aliquid iactet, siue in alio quouis hoīm: nisi in deo duntaxat, glorietur qui tanta in nos contulit beneficia. Cur ergo vos intumescitis? Quid efferimini vel vestri gratia, vel vos instruentium magistroꝝ. D

CAPVT II.

ET ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermônis aut sapientiæ annuntians vobis testimoniū Chri. ⌋Nō mō (inquit) euāgelij discipuli sunt insipiētes & ignobiles electi, quin vel ipse ego euāgelij ꝑco, nullo ad vos concessi verboꝝ apparatu, vel sapīa vlla humana, dei vobis testimoniū ꝓnuntiaturus. i. Chri mortē. Vide vt ꝑco ipse insipiēs & ignarus deꝑhendit, & ꝙ ꝑ hūc ꝑdicat, mors & crux sit & vicisse tñ hæc ꝑdicādo arguituꝝ. Perspicuū itaq; est, ineffabilē esse potētiā, q̄ rē hāc ita se hr̄e permiserit. Quæret aliqs: Quid igit? nō poterat Paulus, si libuisset, per sapiam ad Chri ꝑconiū peruenire? Nequaq̄ ꝓfecto per se potuisset, quippe qui indoctū se fateretur, & minus in dicendo ornatū. Chrs tñ id facere quiuerat, qui maiorib⁹ illū donis ornarat, alioq haudquaq̄ id sub sui noīs præconio ꝓsuisset. Plus em̄ gliæ consequitur Christus, cum per Pauli inscitiam victor euadit, quàm si per eiusdem vel sapientiam, vel eloquentiam, victoriā reportaret

Non em̄ iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Chr̄m & hūc crucifixum. ⌋Placuit (inquit) Chr̄o, vt expers sapīæ essem hūanæ huius, & nescius, & ipse quidē factu id optimū iudicaui, vt nullā haberē exteræ huius sapīæ notionem, nisi Christi Iesu cruci affixi.

Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos. ⌋Non solū (inqt) ad vos tenuis admodū & abiectior, q̄d ad sermonē spectat, cōcessi, qn & īfirmior, formidolosus & tremēs sum apud vos cōmoratus, hoc ē, ꝑsecutiōib⁹ afflictat⁹, & molestijs horridiorib⁹ plurimis sum affectus. Verebar em̄ ipse ī hoīs morē discrimina. Quin poti⁹ trepidus illa expauescebā, ꝙ sane illi maiorē in laudē cedit, vtpote, q cū eiusdē esset nobis naturæ particeps, tñ asperrima quæq; spōte & mira animi ꝓmptitudine superabat. Hæc aūt eo cōmemorat, vt Chri potētiā patefaciat, vt eū ei tot obijcerēt aduersa, nihilominus hæc oīa vīceret. Nec minus vt Corinthioꝝ superciliū arguat & tumorē, sapīæ duntaxat & opibus confidentium.

Et sermo meus, & ꝑdicatio mea, nō in ꝑsuasibilibus humanæ sapīæ verbis, sed in ostensione spūs & virtutis. ⌋Haudquaq̄ (inquit) meus sermo argutiolis & persuasionibus nitebat. Nec erat dicēdi arte & cultu instruct⁹, sed in spūs cōstabat ostēsione, hoc ē, spm̄ sctm̄ ꝑ se ferebat. Vel q̄a ineffabili quodā mō spūs idē acceptissimis verbis auditoribus ꝑsuadebat. Vel etiā, q̄a & signa ædebat & ꝓdigia. Nā & virtutis infert, hoc est, signoꝝ. Ingens est em̄ fidei argumentū mortuos suscitare. Et qm̄ per dæmones q̄busdā præstigijs, & virtutes, & signa

A æduntur, cum primũ spũs mẽtionẽ fecisset, mox & virtutis adiecit, indicãs ad spm̃ sacta hęc ꝑtinere. Poteris & virtutis illud in aliũ sensum accipere, videlicet ꝙd se nõ in sapientia, sed in infirmitate fateatur venisse. Et sapientiæ quidẽ in spũs ostensione obiecit infirmitati virtutis, ꝓinde ac si dicat. Et si ꝑsecutionẽ sum ipse ꝑpessus & verbera, fortior tamen sum visus

Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei.] Hominum sapientiam persuasibilem nuncupat eloquẽtiam. Dei vero virtutem (vt superius diximus) infirmorum & persecutionem tolerantium fortitudinem. Et signorum æditionẽ, quæ hauddubie (o Corinthij) vestram fidem virtute diuina, nõ verborum lenocinio cõfirmauit. Hoĩm sapiã vocatur a Paulo eloquẽtia et vis ꝑsuadẽdi.

Sapientiã aũt loquimur inter ꝑfectos: sapiãm vero nõ hui⁹ seculi, neq; principũ hui⁹ seculi, q destruunt.] Stultitiã qdẽ supius Chr̃i ꝓconiũ appellauit ꝙd à græcis sic dici sit vsurpatũ, sed postq̃ ex reb⁹ ipsis aperuit, verã esse ꝓconiũ id sapiẽtiã: fidẽ tãdẽ audet sapiãm Chr̃i ꝑdicationẽ fateri, asserereq; & salutẽ ꝑ crucẽ pararũ qppe sapiæ est, & nõ mediocris, mortẽ morte delere. Perfectos ãt fideles ipsos appellat, siqdẽ hi ꝑfectiores habent, q cæteris rebus cõtẽptis ad cœlos subuolãt. Hui⁹ vero seculi sapiãm nũcupat, q̃ exterior ẽ, vt momentaneã nec diu mãsurã, & cũ hoc simul seculo euaniturã exprimit. Prĩcipes ãt seculi hui⁹, nõ dæmones dicit (vt sentiũt multi) sed ꝑitos & eloquẽtes, & oratores, q cõcionabũdi duces effecti sũt populi. Nec secus eos ac tẽporarios adstruit hui⁹ seculi dños, & * breues futuros paulo post peritur̃os

Sed loquimur dei sapiãm ĩ mysterio, q̃ abscõdita ẽ.] Mysteriũ nominat ꝙd fit de Chr̃o ꝓconium. Quod & si hoc sit nomen sortitũ, mysterium tñ est, cũ quia vel angelos ipsos anteq̃ fieret id latuit, tum quia aliud ipsi spectamus, aliud intelligimus. Nã crucẽ video, & passionem, & virtutẽ agnosco. Seruum audio, & dñm ipsum adoro. Cuiusmodi sapĩa infideles quidem prorsus clam habet, fideles vero non penitus. Videmus enim adhuc in speculo. 1.Corin.13

Quã ꝑdestinauit deus ante secula in gl̃iam nostrã.] Prædestinauit dixit, vt ostendat summam dei in nos, & curã, & charitatẽ. Nam vt illi maxima nos ꝓsequi bñuolentia existimentur, qui iampridẽ prompti sunt & parati cõferre in nos beneficia, sic de⁹ vel ante secula ipsa nostræ gl̃iæ gratia, futurã ꝑ crucẽ salutẽ ꝑdestinauit. Quæ ꝓculdubio summa est, quã nobis cõicauit sapĩa. Qñquidem illud in serui gl̃iam cedit, latẽtis mysterij participasse in domino.

Quam nemo principũ huius seculi cognouit.] Seculi hui⁹ principes, Herodẽ intelliges & Pilatum, quibus eiusmodi mysterium fuit incognitum. Quinetiam vel ipsos Iudæorum pontifices, qui pari ignorantia tenebãtur.

B Si enĩ cognouissent, nunq̃ dñm gl̃iæ crucifixissent.] Si cognouissent, inquit, futuꝝ crucis splendorẽ, futurãq; ex ea terraꝝ orbis salutẽ, vel si põtifices ipsi suã vrbẽ ꝓuidissent cõcessurã aliqñ Romanis in ꝑdã, seq; itẽ in seruitutẽ ituros, haud sane gl̃iæ dñm cruci adiudicassent. Gl̃iæ aũt dñm hoc loco Chr̃m appellat. Qđ ãt crux ipsa ex ignominiosa gl̃iosa sit reddita, ex eo ꝑspicuũ est, ꝙd nihil sit Chr̃s ex ea iacturæ ꝑpessus, qn laudẽ potius cõsecutus, qppe q ob hãc crucẽ suã erga gen⁹ hũanũ ꝓ se clemẽtiã tulerit. Dicet aliqs: Ergo si minus illi dei ministeriũ cognouerũt, errati veniã ꝓmerent? Ita sane, si in posterũ pœnitẽtia ducti, Chr̃m adijssent, essent hoc pacto haud sec⁹ ac Paulus & reliq ex Hebræis remissionẽ delictoꝝ adepti

Sed sicut scriptũ est: Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascendit, q̃ præparauit deus diligentibus se.] Quid ille se colentibus præparauit? Christi. s. notionem, & salutem quæ nobis est per eius incarnationem quæsita. Hæc quidem neq; oculus human⁹ inspexit, nec auris auditu percepit, nec cor aliquod meditando complexum est. Nam & ꝓphetæ, neq; mortalibus oculis ista spectabant, nec auribus hauriebant humanis, nec mente hac mortali intelligebãt, q̃ ipsemet de Chr̃o ꝑdicerent, sed diuinitus cuncta per eos enunciabantur. Dñs em̃ inquit: adiunxit mihi autem, spiritalem videlicet, & alia huiusmodi pleraq; Esaiæ.64

Nobis aũt reuelauit deus per spm̃ suum.] Quonã pacto, dicet aliquis: q̃ cor hoĩs nõ inscẽdunt vos didicistis? Quia deus, inquit, per spm̃ suum, non per humanã sapĩam mysterium illud nobis aperuit. Hãc enim nequaquam dignatus est deus, vt eius archana perspiciat.

Spũs em̃ oĩa scrutat, etiã ꝓfunda dei. Quis em̃ scit hoĩm, q̃ sint hoĩs, nisi spũs hoĩs, qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spũs dei.] Tanti, inquit, erat dei mysteriũ & adeo recõditũ, vt ab alio posset nemine ꝑcipi, nisi à spũ ipso nos instituẽte, q & dei ꝓfunda nouit. Scrutat aũt, cum inquit, nõ ignorantiã arguit, sed vehementẽ q̃ndam & acerrimã eius mysterij cognitionẽ. Quemadmodũ etiã de patre dicit, qui & corda scrutet, hoc est, q rimet, & noscat hoĩm interiora. Qui spũs incredibili afficit gaudio, & in delitijs est, cũ dei mysteria contẽplat. Sic em̃ & dei dicit scrutari ꝓfunda. Ondit etiã ex sequentibus, q̃ acrem habeat spũs dei cognitionem. Nam quemadmodum spũs hoĩs nouit quæ in homine sunt, sic diuinus spũs quæ dei sunt callet. Vnde edoceri nos possumus, non alienã à patre spm̃ habere substantiam, sicuti nec humano spiritui inesse aliam dicimus, quanquam habeat homo Psalm.7

Nos aũt nõ spm̃ huius mũdi accepimus, sed spm̃ q ex deo est.] Mundi spm̃, humanã sapientiã interpretatur apostolus. Quam haudquaq̃, inquit, accepim⁹, vt superuacaneam eius

prædica-

prædicationem arguat & inanem. Sed dei(inquit) spm̃ ipsi accepimus, hoc est, deo consub C
stantialem, qui ex dei ipsius substantia constet quem ipsi instructorẽ habemus.

Vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. ⌋ Perinde ac si dicat: Lux quidẽ est spũs, hanc
ipsi lucem à spũ ipso illuminati accepimus, vt opera noscamus. At quæ nobis sunt à deo do
na cõcessa? Nimirum quæ de Chr̃o sunt ꝑ hũc destinata, videlicet quemadmodũ & obierit
mortẽ, & dei nos filios fecerit. Vtq́ꝫ & in seipso vel locũ nobis ad patris dexterã considendi
parauerit. Ita fit, vt q spũ carent, huiuscemodi rerum nullam habere possint cognitionem.

Quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spũsancti. ⌋
Adeo(inquit) nos sapientia græcorum philosophos superamus, vt ab hominibus illi instru
cti sint. Nos vero quæ loquimur à spũsancto edocti pronunciemus.

Spũalibus spiritalia cõparantes. ⌋ Videlicet si q̃stiones nõnullæ oboriãt, cõparamus has
ꝓtinus, i. dissoluimus, spiritalibus, aliis quibusdã vel sensis vel historiis. Exẽpli grã: Vtrum
Matth. 12 resurrexit Chr̃s iam q̃rit. Hãc ipsi q̃stiunculam spiritalẽ, & alia q̃dam spiritali, hoc est, ex Io
Ionæ. 2. næ ꝓphetæ historia, & cõparamus & soluim⁹. Itemq́ꝫ vtrũ & virgo peperit, vt ex aliaꝝ ste
Ge. 2. 12. 25 rilitate id soluit. Saræ videlicet, Rebeccæ, & Elisabeth, quæ nulla naturæ sequela, nec vuluæ
Lucæ. 1 virtute cõceperãt. Q̃n etiã ex Euæ & Adæ exẽplo, q sine vllo creati sunt semine, sed ex hu
mo ꝓducti. Põt ꝑterea illud spiritalibus spiritalia cõparãtes in hũc sensum accipi, hoc ẽ, spi
ritalib⁹ hoĩb⁹ spiritalia cõparãtes, q eiusmodi & enodare queunt & capere, vnde sic infert.

Animalis hõ quis. Animalis aũt homo non percipit ea quæ sunt spũs dei: stultitia est enim illi & nõ potest
intelligere, quæ spiritaliter examinantur. ⌋ Animalis est homo, qui cũcta ascribit animi sui
cogitatibus & suo sensu desertur. Nec putat sibi cœlesti pręsidio opus esse, nec quippiã vult
per fidem & credulitatem admittere. Sed arbitratur oĩa stulta, quæ ꝓbari rõne non possint
Ducitq́ꝫ naturali q̃dam decursu oĩa fieri, nec cõstare quicq̃ præter naturam posse. Animalẽ
igitur dicit naturalem: nam & animus circa naturæ dispositionem versatur & ordinem.

Et non potest intelligere quod spiritaliter examinatur. ⌋ Hoc est, haud intelligit quæ di-
cta sunt fidei indigere, nec posse cogitatione comprehendi. Et hoc designat spiritaliter exa
minatur, hoc est, per fidem & spiritum demonstratur.

Spiritalis aũt homo iudicat oĩa & ipse à nemine iudicatur. ⌋ Spiritalis(inquit) oĩa nouit.
Et præsentia quod momentanea sint, & futura, quod stabilia, & sua, quod salutem sint ade-
ptura, & infideles, quod sint cruciandi, eoq́ꝫ & illos coarguit. Ipse vero à nemine examinaẽ,
hoc est, arguitur, vtpote qui pro se oĩa spectet, & propria videat, & eorum pręsertim qui ca D
pti mentis luminibus fuerint, facta prospiciat, cum illi nec sua oculis, nec aliena collustrẽt.

Sicut scriptum est: quis enim nouit sensum dñi, nisi spũs dñi qui instruit eũ. ⌋ Spiritalẽ
Esaiæ. 40 sensum dñi mentem appellat. Sed cum dixisset supra, à nemine iudicatur: proinde id(inqui
Sapient. 9. ens) infert, nõ enĩ id temere dixi. Nam quis nouit sensum dñi, nisi spũs dñi, qui instruit eum
Si enim nemo potest dñi sensum pernoscere, hoc est, quem spiritalis ille adeptus est, longe
magis neq́ꝫ edocere, præter hunc ipsum vos quispiam, vel corrigere quiuerit.

Nos aũt sensum Christi habemus. ⌋ Nil(inquit) obstupescatis, ꝙ dei sensum spiritalẽ di-
xerim mentem. Nam & ipsi nos oẽs Christi sensum habemus, hoc est, quæcunq́ꝫ ipsi & te-
nemus & nouimus, Christus nobis aperuit & retexuit. Nec secus & quæ de diuinis reb⁹ sen
timus, à Christo habemus, hoc est, ab eo sumus, quantulamcunq́ꝫ habemus de rebus ad fidẽ
spectantibus cognitionem, edocti. Iure ergo & à nemine examinari nos possumus, qui spi-
ritales sumus. Nonnulli sensum Christi patrem dixerunt, pleriq́ꝫ & spiritum sanctũ.

CAPVT III.

ET ego fratres nõ potui vobis loqui q̃si spiritalibus, sed q̃si carnalibus. ⌋ Detrectat q
deni & improbat illoꝝ ob exteriorẽ hãc sapĩam elationẽ, ne istiusmodi forte obη-
cerẽt. Haudquaq̃ ipsi humanæ sapiæ, sed spiritalis grã insolescimus. Arguit hos nõ-
dũ spiritalis huius vllã adeptos esse ꝑfectionẽ, sed hãc vt adipiscanẽ futuræ. Infertq́ꝫ
nõdũ ꝑfecti quippiã percepistis. Et recte, nõ potui, illud adiecit, ne videaẽ liuore ductus ꝑfecti
ora illis nõdũ ꝑdicasse. Cũ enĩ carnales essetis, inquit, nõ potui vt ꝑfectis loq. Quæret aliqs:
Quo ergo pacto cũ imꝑfecti essent, signa hi factitabãt? Erãt sane Corinthii (vt principio di
ximus) istiusmodi, vt signa æderẽt. Cuiusmodi fuerãt, & qui dæmones in Chr̃i noĩe eiicie-
bãt. Miracula tñ ad alioꝝ vtilitatẽ fiunt ꝑsæpe, eoq́ꝫ & ꝑ indignos geruntur nõnunquam.

Et q̃si paruulis in Chr̃o, lac vobis potũ dedi, nõ escã: Nondũ eñ poteratis, sed nec nunc
quidem potestis, adhuc eñ carnales estis. ⌋ Quantũ ad ea, q̃ Chr̃i sunt, spectat, infantes estis
& ideo lac vobis in potũ, hoc est, simpliciorem q̃ndam, doctrinã, non cibum vobis. i. perfe
ctionem obtuli. Quamobrem? Q̃m nondum poteratis. Quod eo intulit Paulus, vt Corin-
thiorum reprimat supercilium, & insolentiam tollat, qui suæ plurimum confiderent sapien
tiæ. Neq́ꝫ nunc quidem potestis, nam & adhuc quæ carnis sunt sapitis. Vides vt illos idcir-
co nondum arguat posse maiora percipere, quia mallent carnales esse q̃ spiritales.

Cum

A Cum eñi sit inter vos zelus & cōtentio: nōne carnales estis, & secūdū hoīem ambulatis?⌋ Superiorē sermonē oēm ad Corinth. primates habuit, qui sapientia plurimū intumescerēt & nobilitate. Nūc vero ad inferiores & subditos orationē diuertit, inquitq;: Merito equidē vos carnales appello, qñquidē inter vos liuore, altercatiōe, & simultatibus decertat. Poterat ꝑterea eos adulterij & aliorꝫ facinorꝫ īcusare, sed qa horꝫ factiōes dissensionesq; tūc magis vrgebāt, harꝫ nūc dūtaxat meminit. Vbiq; Paul⁹ inuidiā cōtentiōi subiūgit. Vos itaq;, inqt, cū talib⁹ sitis vitijs inqnari, scd̄m hoīem ambulatis, hoc est, q̄ carnis sunt & terrena sapitis.

Cū eñi qs dicat: Ego quidē sum Pauli, alius aūt: Ego sum Apollo, nōne carnales estis?⌋ Sub Pauli & Apollo hoc noīe eos demōstat, qui Corinthi gl'iam opes & doctrinā iactarēt.

Quis igit ē Paul⁹? quis Apollo? nisi ministri p q̄s credidistis?⌋ Sub hoc sui & Apollo nomine, q̄d vult maxime pagit. Cōfirmat nāq; nihil se eē, ꝑide ac si dicat: Si nihil nos sum⁹ qd erit de vr̄is his instructorib⁹ dicēdū. Nos qdē fidei ministerio fungimur, haud tñ radix ipsi & fons sum⁹ bonorꝫ, sed Chr̄s horꝫ ē causa. Nū ergo vobis idcirco superbiēdū ē, qa q̄ à deo sunt, vobis subministrauim⁹? In illo eñi cūcta cōsistūt, q bona eiusmodi elargit. Nec euāgelij dixit sumus ipsi ꝑcones, sed ministri, q̄rꝫ alterꝫ verbis dūtaxat cōstat, alterꝫ opꝛ & factis.

Vnicuiq; sicut dominus dedit.⌋ Nec sane vel tenue administrandi hoc munus nostra sumus industria consecuti, quin vel idipsum à deo, & si haud pari mensura, accepimus.

Ego plantaui: Apollo rigauit. Sed deus incremētū dedit.⌋ Ipse, inquit, & prior de Chr̄o præconium proseminaui. Apollo vero haudquaq̄ permisit iactum id semē, improbi hostis tentationum vredine æstuq; exarescere: vos tamen deus, quos ipsi plātauimus, auxit.

Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incremētum dat deus.⌋ Aduerte vt minus moleste primarios illos Corinthiorum, sapientes, inquam, & diuites aspernet, cū & seipsum & Apollo, vt nihil ducit quorum sub nomine paruifacit Corinthios: admonetq; deum & solum obseruari debere, eiq; accenseri quicquid boni contigerit.

Qui plātat autem & qui rigat, vnum sunt.⌋ Cum nihil nobis sine deo facere liceat, æqua omnes sumus conditione: Cur ergo inuicem insolescitis, cum vnum sitis.

Vnusquisq; aūt propriā mercedem accipiet secundū suū laborem.⌋ Qm̄ posset nō absurdum videri, vt qui plurimū in fide vulgāda insumpsissent laboris, tardiores in posterꝫ redderent: qñquidē vel pares se reliquis noscerent, qui minus ea in re insudassent. Confestim hāc tollit suspitionem, aitq;, eo oēs pari sorte haberi, quia sine deo incrementum ferente nil valeāt singuli. Nam q̄d ad bene merentium attinet pręmia, pro suo labore habiturus est quisq; Psalm. 61
B mercedem. Nec tamen secundum proprium opus dixit, sed suum laborem. Cur enim debet pro merita palma intercipi, si opere imperfecto enixe sunt labores impensi?

Dei enim sumus adiutores.⌋ Qui alios, inquit, instruimus, deo cooperamur quippe qui operanti deo & ipsi operam nostram præstamus, qui omnium salutem percupit. Nec tñ in nostra est potestate, vel operari, vel largiri salutem. Vnde nec cōtemnendi nos sumus, quia deum sic iuuimus. Nec nobis superbiendum, quia deo id omne adscribitur.

Dei agricultura estis, dei ædificatio estis.⌋ Cum dixisset superius, ego plantaui, hmōi insistit metaphoræ, hos mō dei agriculturam appellans. Si itaq; dei estis cultura & ædificatio inquit, ab ipso domino, non ab agricolis seu fabris murarijs, ducere nomen debetis. Necesse itaq; erit, vt tanquam cultio & ager concordiæ septis & vallo obducamini, & in vnum vt nihil discrepantes haud secus ac ædificium aliquod muris obductum, conueniatis.

Secundum gratiam dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus posui fundamentum.⌋ Cum sapientem se nuncupat architectum, non id iactandi se gratia facit, sed vt arguat prudentis id esse architecti officium, istiusmodi fundamētum iecisse: hoc est, Christum. Quod aūt id se non efferendi causa dixerit, patet ex eo cum inquit, secundum gratiam dei. Neque enim ait, mea virtute, sed dei gratia, hanc ipse adeptus sum sapientiam.

Alius autem superædificat. Vnusquisq; autem videat quō superædificet.⌋ Cum de animorum coniunctione & concordia disseruisset, disputat demum & quemadmodum viuendum his sit, ædificationem appellans opera singulorum.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est Christus Iesus.⌋ Haudquaq̄, inquit, aliud quispiam iacere poterit fundametum, q̄diu perstat sapiens ille architectus. Qui si aliquando sit desiturus, quod dici est nephas, tunc aliud poni licebit. A quo sunt o Corinthij, inter vos obortæ contentiones. Verum cum constet Christum & verum esse & vnicum fundamentum, super hunc vobis ædificatio statuenda, non liuore & altercationibus, sed virtutibus, & operibus bonis cōstructa.

Si quis aūt superædificat sup fundamentū hoc, aurū, argentū, lapides pretiosos, ligna, fœnū, stipulā, vniuscuiusq; opus manifestū erit.⌋ Postq̄ erimus p fidem gl'iam cōsecuti, singuli super huiusmodi fundamentum ædificabimus. Alij quidem opera rectiora & benefacta, q̄ tñ inter se vel magnitudine, vel exiguitate differūt plurimū. Vt castimoniā, q̄ aurum ꝑfert. Christus fundamētum.

Vel nu-

Vel nuptias honore dignissimas, q̃ argentũ præcedũt. Vel paupertatẽ, q̃ preciosis lapidib⁹ cõ C
parat. Vel abundãtiorẽ eleemosynã, q̃ cũ minoris ꝓtij reb⁹ cõferri ꝑt. Alij vero vł praua fa-
cinora supædificabũt, q̃ & si gradib⁹ discernãt, pñt tñ fœni & stipulæ, q̃ facile flagrãt & suc-
cendunt, noibus dici. Cuiusmodi immũditia, idololatria, & auaritia sunt. Ligna ãt erũt q̃ his
inferiora sũt vitia q̃lis temulẽtia ẽ, & risus effusior & eiusmõi alia. Tãetsi cõtra nõnulli senti-
ant, q ꝓ lignis maiora q̃ diximꝰ flagitia capiũt ꝓ fœno vero & stipula iferiora hæc & minora

Dies domini quis. Dies enim dñi declarabit, qa in igne reuelabit vniuscuiusq; opus q̃le'q; sit, ignis ꝓbabit.⌋
Diem dñi, iudicij diem interpretat, futurũq; adstruit, vt per ignẽ opera retegant & palã fiant
q̃lia ꝓ eorũ natura sint singula, siue aurum fuerit, siue lapis, siue dictorum quodcunq; aliud.

Si cuius opus manserit, q̃ superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, de-
trimentum patietur.⌋ Si aurum (inquit) vel argentum habueris, perstabit oino q̃d operabe
ris, & præmium accepturus es. Sin vero fœnum vel istiusmodi, haudquaq̃ ignis desuẽtem
vredinem, opera tua tolerabunt. Hoc enim ꝑfert cum arserit, inquit, quin potius opera hæc
tua praua eẽ coarguẽt. Fit itaq; vt sine rectis opib⁹, nil valeat fides. Ecce hoc loco Chr̃s ipse
in fundamentũ est positus, alioqui opa q̃ à Chr̃o sunt aliena, vt ardeant digna iam ꝑdicant

Ipse aũt saluus erit, sic tñ q̃si per ignẽ.⌋ Nõ enim ad operũ instar, & ipse perdendus est, q
ea gesserit, tanq̃ in nihilũ euasurus, sed saluus erit. Hoc ẽ sanus & iteger asseruabit vt igne ar
Peccatū nihil. deat. Dici ei apud nos solet: Cũ lignũ foco iniectũ, haud facile absumi, nec in cineres ocyus
collabi videmꝰ, i igne dñi id suffectum arsurũq; lõgius. Patit aũt pctõr iacturã, qa his i rebus
plurimũ isudauit, e qbꝰ frustra i his ipẽsis laborib⁹q;, q̃ minꝰ subsisterẽt, nec diu eẽnt mãsura
ꝑditionẽ adeptꝰ ẽ. Nã oẽ flagitiũ, tãq̃ nihil sit plane, existimãdũ est. Quia eius exitus frustra
mortales habeat, nec secus fallit, q̃ si quis magno ꝑtio depẽso, rẽ emat emortuã & cadauero
sam ꝓ viua. Saluus ãt erit pctõr, hoc ẽ, integer, vt diximꝰ, asseruabit, pœnas ꝑpetuo luiturꝰ.

Nescitis quia templũ dei estis, & spũs dei habitat in vobis.⌋ De adultero mox est ince-
pturus sermonẽ. Aduerte ergo q̃ prudẽter his verbis vtat. Nã cum datæ nobis gratiæ, hoc
est, inhabitantis in nobis spũs meminit, verecundia afficit adulterantem. Et si nequaq̃ con-
spectius cuiusq̃ personam nunc patefaciat, ad omnes tamen verba nunc facit. Si ei dei tem
[illegible] plum, inquit, nos sumus, quia in nobis inhabitat spũs, ergo spũs ipse est deus.

Si quis autem dei templum hoc violauerit, disperdet illum deus.⌋ Cum disperdet, in-
quit, non aliquem detestatur, sed futurum ita pronunciat.

Tẽplũ ei dei sanctũ ẽ, q̃d estis vos.⌋ Ergo nihil poterit adulter aliquis vł fornicator vltra D
sanctior dici, qa desiit dei templũ iã eẽ, & huiꝰ dignitatẽ spũsancto à se ꝓpulsato amisit, q se
sanctitate donauerat. Verũ qs dei futurũ ẽ tẽpliũ? Vos qdẽ si puriores, & sine labe mãseritis.

Nemo se seducat.⌋ Existimans videlicet aliter se rem habere, ac dixerim.

Humana sapia cõtẽptibilis apud deũ. Si quis videt inter vos sapiens eẽ in hoc seculo, stultꝰ fiat, vt sit sapiẽs.⌋ De adultero cum
paucis absoluisset, rursum ad eos q ob exteriorẽ hãc sapiam efferunt, habet sermonẽ, & iqt:
Qui sapiẽs iter vos eẽ apparet, fiat hĩc stultior. Hoc ẽ, detrectet, & cõtẽptui habeat humanã
hãc sapiam, vt diuinã adipiscat. Nã quẽadmodũ scd̃m deũ iopia & rerũ cõtẽptus, ꝓ diuitijs
sunt & ignominia i gl̃iam cedit, sic scd̃m deũ isipiẽtiã eẽ, ꝓ sapia cõstat. Aduerte aũt quẽad-
modũ nõ sapiam deponat hoc loco dixerit, sed fiat isipiẽs, q̃d lõge ẽ maiꝰ, hoc ẽ, nullã existi
mes hr̃e ex te rerũ diuinarũ cognitionẽ, neq; ꝓprijs cõfidas cogitatib⁹, sed in bruti animãtis
morẽ, & minꝰ sagacis deũ sequere, nil hærẽs, nil dubius, qn oĩbus illi in rebus fidem ꝑstabis.

Sapientia enim huius mũdi, stultitia est apud deũ.⌋ Nec solũ hæc, inquit, nil ꝓrsus ad di
uinã illã & cœlestẽ sapiam assequendã cõducit, sed impedimento est potius & iacturæ. Vt-
pote q̃ ꝑ superbia discere dedignat, & à vera distrahit disciplina, eo'q; & in ignorantia ver-
sari faciat, qui se vtat. Quo fit, vt hmõi humanæ sapiæ sectatores, à deo vt vesani repudient.

Iohan. 5. Scriptũ ẽ ei: Cõprehendã sapientes i astutia eorũ.⌋ Vel testes ꝓducit vt asserat mortaliũ
sapiam ꝓ stultitia apud deũ haberi, inq̃tq;: Vt stultos cõprehensurus sapiẽtes ẽ deꝰ, qui vł si
astutia siut & prudentia q̃dã imbuti, vt insani & dementes coarguũt. Exẽpli gr̃a. Existimãt
illi minus se deo idigere, sed ꝑ se posse oĩm rerũ hr̃e cognitionem. Ex ipsis itaq; rebꝰ arguit
deꝰ, nihil his eorũ versutiã ꝓfuisse, sed his opẽ diuinã necessariã fore oĩno q illa sunt visi mi-
nus indiguisse. Eo fit, vt in sua astutia, q̃ se oĩa tenere arbitrarent, deꝑhensi sint ꝓrsus ignari

Psalm. 93 Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniã vanæ sunt.⌋ Si igitur domi-
nus nouit inanes esse prudentium cogitatꝰ, vtpote qui nihil vel necessarium, vel salutare sint
cogitatione complexi, quo pacto vos, o Corinthij, quæ deo aduersantur tenetis, vel vestros
huiuscemodi animorum conceptus, tanquam perutiles consectamini?

Itaq; nemo gloriet in hoĩbus. Oĩa ei vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas.⌋
Hæc videt subiectis edicere. Vrget tñ & primates illos Corinthiorũ, asserẽs nil eẽ cuiq̃ gl̃ian
dũ, neq; in exteriori illa sapia: Quippe q̃ stultia sit. Neq; in spiritalibus donis. Nec enim Dei
sunt munera, quibus & subditorũ respectu donant maiores: Quod aũt dicit tale est. Oĩa eĩm
sunt

A ſunt veſtra. Quid ergo veſtri ſe efferũt p̄ceptores & inſoleſcũt: & vos itē hos ipſos extollitis & illoꝝ augetis veſaniā? Nũ illi ſuũ quippiā habent? Veſtra ſane ſunt oĩa quæ ſunt illi adepti, & veſtræ vtilitatis gratia à deo ꝗdē cõceſſa. Rurſum & ſui & Petri, nũc meminit, & ſub eoꝝ perſona iſtoꝝ explicat p̄ceptores, ne forte hi grauiter ferrēt ſeſe noīe appellari, qui Corinthios inſtituerent, Et illud vt inferat: ſi veſtri ob grãm hæc ipſi dona accepimus, & veſtri gratia ſumus in p̄ceptores propoſiti: eo magis q̄ vos inſtituunt, haudquaq̄ debent tanq̄ pro pṛijs efferri officijs, præſertim cum hæc non ſua, ſed aliorum ſint bona.

Siue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue p̄ſentia, ſiue futura.] Quinetiā vos edocentiũ vita p̄ vos eſſe cõſtat, vt p̄ſecutionē tolerātes proficiatis. Illis inſup & mors veſtri ob grãm obuenit, quippe qui pro vobis periclitent, & veſtræ ſalutis cauſa ſeſe periculis obiectēt. Vel aliter ſumi id dictũ poteſt, videlicet q̄ Adã eo ſit mortalis effectus, vt cõtinentiores ipſi efficiamini. Et eo mortē ſubierit, vt ſalui vos ſitis, & plane orbis terraꝝ vniuerſus aſſequat ſalutem vt eius ductu ad creatorē iter ſuſcipiatis, & mũdi huius corruptione, perinde ac ſi monitore vtamini: ad incorruptibiliũ cupiditatē, quin etiam vel præſentia hæc, id eſt, terræ bona, & futura illa noſtri ob gratiam ſunt parata, quibus iam pridē deus credentes donauit. Adam cur mortalis effectus.

Omnia em̃ veſtra ſunt: nos aũt Chr̃i, Chr̃s aũt dei.] Haud ſane eodē nos iure dei ſumus quo Chr̃s eſt dei. Nos em̃ dei, tanq̄ ab eo & facti & procreati. Chr̃s vero dei, vtpote q̄ ante ſecula ſit, q̄ ſui à deo & cauſam habeat & ortũ. Ita fit, vt ſi ſimplex ſit verbũ, huius tñ diuerſus ſit ſenſus, ſiquidē non pari iure nr̃a ſint oĩa, quo & Chr̃i ſunt vniuerſa. Nos em̃ Chriſto ſumus creatione & ſeruitute obnoxij. Cuncta vero etſi nobis ſubijciantur, non tñ ſunt à nobis creata. Itaq; haud recte vobiſcũ agitur, cũ voſipſos adiudicatis mortalibus, qui Chriſti ſitis (ditione obſtricti.

CAPVT IIII.

SIc nos exiſtimet hõ vt miniſtros Chr̃i & diſpēſatores myſterioꝝ dei.] Et ſi miniſtri (inqt) nos ſumus q̄ alios inſtruimus: cur dño propulſato, miniſtrantiũ vobis noĩa cõſciuitis? Cũ vero myſterioꝝ diſpenſatores appellat, doctores indicat, q̄ haud temere debēt dei ſermonē oĩbus impertiri, ſed tēpus per eos opportunũ, & modus ſeruandus eſt, cũ illũ impertiunt, quin etiā nec myſteria ipſa aperienda ſunt cunctis. Non em̃ prudentis eſt viri vel recte credita diſpenſantis, paſſim illa & ſine delectu omnibus patefacere.

Hoc aũt q̄rit inter diſpēſatores, vt fidelis q̄s inueniat,] hoc ē, Ideo ab eo fides exigit, ne illa B quæ dñi ſunt, faciat ſua: neve vt dñs eadē illa p̄tractet, quin potius vt aliena & à dño poſſeſſa diſpēſet, neq; arbitret propria eē, q̄ ſub dñi ſunt p̄tāte: ſed cõtrà, q̄ ſua ſunt, dñi eē arbitretur.

Mihi aũt pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab hũano die.] Morbus hic ſane inuaſerat Corinthũ, vt q̄ doctoꝝ diuerſas tenere partes viderent, iudicantiũ loco cõſiderēt, aſſererētq; hũc illũ ve potiores eē, & doctrina cæteros anteire: alios vero pronũciarēt lõge inferiores. Sed q̄m dixerat Paulus, quærendũ eſſe vt inter diſpēſatores quis fidus reperiat: & viſus eſt forte aditũ p̄buiſſe ſinguloꝝ vitā dijudicandi, q̄d certe longe magis illorũ augeret diſſidia, ne itaq; id ſubeant mali: hos ab hm̃oi iudicio reprimit, dicēs: Mihi aũt pro minimo eſt, hoc eſt ignominiæ, vel maxime duxerim, vt aliquod de me iudiciũ proferatis. Moxq; ne illos offendat, perinde ac ſi cõtemptui habeat, vel ab hũano die adiecit, hoc ē, vel ab alio q̄uis vt iudicer hoīm, qui vel clarus ſit & excellēs. Conſueuit em̃ ſcriptura hoīs diē, rei altitudinē quādā & excellētiā nũcupare, q̄d profecto nõ ſe purgādi gr̃a explicat Paulus, quippe in quē nemo ſententiam tulerat, ſed ne ſui exēplo alios dijudicãdo inceſſant, perſuadere adnititur. Hoīs dies quid in ſacris lr̄is ſit.

Sed neq; meipſum iudico. Nihil em̃ mihi cõſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum. Qui aũt me iudicat, dñs eſt.] Nequaq̄ me (inqt) exiſtimetis, p̄inde ac vos ſim, vel cæteros hoĩes aſpernatus, indignũ ducere vt alios iudicetis: neq; em̃ vel meip̄m arbitror ſuffecturũ, q̄ poſſim huius iudicij vim p̄ſcrutari, nec ſane mihi vllius ſum facinoris cõſcius, neq; ob id ſum tñ iuſtificatus, hoc eſt, haud tñ ſum p̄cti expers & purior redditus. Conſentaneũ em̃ eſt me aliqua cõmiſiſſe, & eē me cõmiſſoꝝ ignarũ. Eſt tñ dñs, cuius acerrimũ eſt certiſſimũq; iudiciũ, ſententiā de me laturus. Qua ex re velim exiſtimetis, q̄ acris diuini iudicij ſit futura exactio.

Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoaduſq; veniat dñs.] Vides quemadmodum hæc non ſibi gratia protulerit Paulus, ſed vt Corinthios ipſos coerceat, ne alios iudicēt. Sic em̃ hic aſſolet, vt in ſui perſona aliorum calumnias vel geſta excipiat, & excepta exponat, & hoc pacto alios inſtruat, quos duxerit inſtruendos.

Qui & illuminabit abſcõdita tenebrarũ, & manifeſtabit cõſilia cordiũ.] Nunc quidē pateſcũt (inquit) praua facinora. Hæc em̃ pro tenebrarũ occultis accipimus. Nã & virtute p̄ditus apparebit plerũq; q̄ prophanus ſit & vitijs inquinatus. Tũc itaq; deus palam facturus eſt oĩa, ſic certe vel cordis cõſilia reteget. Exēpli gr̃a, Effert aliquis quēpiā laudibus & magnifacit, id ſane bonũ apparet. At huius forſitan eſt corrupta volũtas, poterit nãq; haudquaq̄ certo animi iudicio illas in quēpiā laudes contuliſſe, nec mente æqua. Rurſum alius quēpiā vitiũ corriget arguetq;, nec tñ vt eum ad ſanitatē reducat: quin vt fratris patefaciat ſcelera. Iſti-

F uſmodi

usmodi igitur cordium consilia, deo iudicante, patebunt.

Et tunc laus erit vnicuiq; à deo.] Orationis series deposcebat, vt vel supplicium diceret, vel laudem manere hos homines, qui tales se præstitissent: in eo tamen quod visum est dicto potius terminauit sermonem.

Hæc aũt frẽs trãsfiguraui in me, & Apollo propter vos, vt in vobis discatis, non supra q̃ scriptũ esse sapere.] Quæ dicta superius de Corinthioꝶ, inqt, dissensionibus sunt, & pcipue
Matth.20 q̃ cæteros iudicarẽt, ideo protulimus, vt ex nr̃æ psonæ figura, nil vltra q̃ quod scriptũ est sa
Lucæ.22 pere, pdiscatis. Edisserit eñ in hũc modũ scriptura, & superbiã interdicit. Qui prior esse in-
Lucæ.18. ter vos mauult, sit hic oĩm vltimus. Et q se humilẽ reddit, exaltabitur, & alia istiusmodi mul
Matth.7 ta. Quod aũt iudicandũ non sit quod ignores: Nolite (inquit) iudicare, & non iudicabimini.

Nec vn⁹ aduersus alteꝶ infleť pro alio.] Vel hæc ad pplm verba facit, variat tñ & institu endi modũ, nã ad primates illos & pceptores sermonẽ intẽdit, nõ in discipulos ipsos, sicuti hoc loco facit. Corinthij eñ cũ de magistroꝶ primatu cõtẽderẽt, istoꝶ pstãtia efferebanť. Nã q aliquẽ haberet in pceptorẽ, hui⁹ vt simul & dignitatẽ tueret & excellẽtiã, alteri⁹ cuiusq̃ magistrũ cõuitijs incessebat: ita vt discipulis inter se altercãtibus, singuli sui iactitarẽt docto rẽ, eundẽq; & glorię ducerẽt, & iactitãdo intumescerẽt. Recte aũt hmõi aĩoꝶ ptutbationẽ in flationẽ dixit, à corporis quadã metaphora, q̃d malis humoribus & spũ inquinato inflatur.

Quis eñ te discernit, Quid eñ habes q̃d nõ accepisti? Si aũt accepisti, q̃d gloriaris q̃si non acceperis?] Rursum in Corinthioꝶ doctores inuehit, inquiẽs: Quis te discernit, & dignum laude iudicauit, num homo? At fallit humanum iudiciũ. Cõcedat vt in te aliq̃d sit laudabile id tñ haudquaq̃ dixerim tuũ eẽ, sed dei dono cõcessum, idq; nõ tuo aliquo vel merito, vel officio accepisti. Si itaq; accepisti, q̃d gloriaris & iactabũdus intumescis, quasi nihil acceperis, & credis potius ex te illud & proprijs laboribus peperisse? Non eñ quępiã decet vt in his q̃ acceperit insolescat, quippe quæ aliena sunt & ab alijs collata, non per se parta.

Iam saturati estis, iam diuites facti estis.] Rem ægreferẽtis sunt dicta, perinde ac si dicat, Tam cito nullius opera indigetis, nec deesse quidpiã vobis existimatis. Sed iã estis oppleti, & ad perfectionẽ breui adeo euasistis, & oẽs cũ diuinæ intelligẽtiæ, tũ & donoꝶ nacti iam opes estis. Quam perfectionẽ, etsi in futuro esse seculo cõstat, vos tñ vt videre videor, vel in hac vita cõsecuti iam estis, Quod plane perspicuũ vestra iactantia facit, hanc scilicet vos esse perfectionẽ adeptos. Hæc aũt eo infert, vt etsi ita se gerant, infectos esse coarguat. D

Sine nobis regnatis.] Vel id quidem pro sua cõsuetudine intulit, illorum ingratitudinẽ arguens, perinde ac si id inquiat: Etsi tot estis à deo dignati beneficijs, horum tamen nobis nil placet, qui tantum in vobis laborem insumpsimus impertiri.

Et vtinã regnetis, vt & nos vobiscũ regnemus.] Velle equidẽ, ait, vos esse iã regnũ adeptos, hoc est, assecutos pfectionẽ. Moxq; ne ironice dictũ id videať, sic intulit: Vt & nos vobiscũ regnemus, hoc est, eadẽ bona nos vendicemus, q̃ nacti vos estis, quippe quoꝶ gloria nobis cedit in laudẽ, Nam & præceptoribus cunctis optabilis est discipulorum profectio.

Puto enim q̃ deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanq̃ morti destinatos.] Tristitia vel potius pudore affectos, in hæc verba prorumpit. Videre eñ, inquit, videor ex his q̃ per vos gerunť, hoc tpe nosipsos aplos oĩm postremos fuisse à deo monstratos, & morti insuper destinatos, hoc est, ad mortis dãnationẽ & paratos & prõptos. Licet itaq; vel ex his ipsis, q̃bus vobis ipsi regnũ parastis cõiectura quadã percipere, morti nos eẽ tandẽ addictos, fontiumq; & damnatorũ locũ tenere apostolos. i. qui tantia sumus dei ob gratiam passi.

Quia spectaculũ facti sumus mũdo, & angelis & hoibus.] Hoc est, nõ recõdito loco aliquo, & abditiore pœnas nos luimus, sed vbiq; terraꝶ: spectãtq; nos tormẽtis varijs afflictos
Colluctatio nõ hoĩes solũ, (neq; eñ tã vilia sunt & pusilla q̃ gerimus) q̃n & angeli ipsi. Eo nãq; magnitu
cũ iniquis dinis nr̃a certamina processerũt, vt digna sint vel ab angelis ipsis spectari. Neq; enim nobis
angelis. cum hoibus solũ est colluctatio, quin etiã est cũ iniquorũ angelorũ potentia decertandum.

Nos stulti propter Christũ: vos aũt prudẽtes in Christo.] Rursum hæc prudens loquiť. Cũ eñ propter Christũ vapularẽt apostoli, & cõtẽptui essent: illi vero cõtra, & amplissimis afficerenť honoribus, & pro sapiẽtibus haberent, idq; sibi Chr̃i ob grãm obuenisse iactarẽt, q̃ pacto aplus inquit, duo ad inuicẽ aduersantia cõuenire in his q vnũ sentiãt, poterũt, vt ipsi videlicet, q̃a in Christũ creditis, honores adipiscamini, nos cõtra, q̃a hunc pdicamus, malis innumeris affligemur? Necesse est itaq; uel ut ipsi q̃ Chr̃i sunt sentiamus, uel uobis & solis credentibus Christi hæc sapientia relinquatur. Sed qm̃ indignum uidetur Christi apostolos nequaq̃ quæ Christi sunt sapere, restat hauddubie, ut uos fallat opinio.

Infirmitas Nos infirmi, uos aũt fortes. Vos nobiles, nos aũt ignobiles.] Hoc est, nos circumagimur
quid apud & psecutionibus diuexamur, uos uero otio & quiete fruimini. Vbiq; Paulus sub infirmitatis
Paulum. hoc noĩe pssuras pdicit. Et uos quidẽ gloria & nobilitate pstatis inq̃, nos aũt in ignominia diuersamur. Hæc sane oĩa perinde ac Corinthioꝶ facta grauiter ferẽs intulit Paulus. Sensus

uero

A vero istiusmodi est, Quo em̃ pacto id decens videri potest, vt nos malis iactemur: vos vero quiete freti in bonis versemini? Fit itaq; vt perspicuũ sit, nullis vos bonis affluere, quin potius male vobiscum nunc agi, quandoquidem nec pro apostolorum dignitate vita vobis transigitur, vnde nec vobis erit in his quæ nunc geritis superbiendum.

Vsq; ad hanc horã & esurimus & sitimus, & nudi sumus.⌋ Quid (inquit) vetera recensebo, cũ liceat nobis p̄sentia cõspicari? Ecce vos nũc in delitijs agitis: nos vero aduersis & ma-

Et colaphis cædimur,⌋ hoc est, vapulamus. Hoc vero superbiẽtibus ob- (lis p̄mimur.
ijcit & inflatis, qui nullis verberibus pro Christo affligerentur.

Et instabiles sumus,⌋ hoc est, distrahimur, agitamur, & fuga salutem quærimus. Id quidem in diuites illos & opulentos intendit, qui otio fruerentur.

Et laboramus operantes manibus nostris.⌋ Hæc autem in eos infert, qui lucri ob gratiam audent prædicandi munus inuadere. [Paulus reprehẽdit lucri causa p̄dicantes.]

Maledicimur, & bñdicimus: p̄secutionẽ patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus.⌋ Et q̃d oĩm est præstãtissimũ, nil horũ iniquo aĩo toleramus. At vnde id liquet? Ex malis nimirũ, q̃ nobis ab oĩbus ingerunt, cũ illa officiosa quadã cõpẽsamus vicissitudine: ita, vt q in nos maledicta cõgesserint, bñdicto mox prosequamur. Et q acrioribus nos conuitijs vrgẽt (blasphemia em̃ acerbiorẽ cõtumeliã p̄fert) obsecramus, hoc est, mitioribus & leniẽtibus verbis illorũ in nos cõuitia cõpẽsamus: eoq; Chr̃iani stultitiæ arguunt, q pro malis bona

Tanq̃ purgamẽta huius mũdi facti sumus, oĩm peripsima vsq; adhuc.⌋ (pendunt.
Purgamentũ sordes dicitur quædã, quæ ex re aliqua immũda & lurida tegitur & repurgat. περίψημα em̃ græce, purgamẽtũ significat, ἀπὸ τῦ περιψᾶν, q̃d abstergere & purgare dici latine p̄t. Inquit igitur, Merito quidẽ ejciẽdi sumus, & abominatiõi habẽdi, nec vobis solũ, sed mũdo, & hoĩm generi vniuerso. Neq; ad p̄stitutũ aliq̃d tẽpus, sed vsq; adhuc, hoc est semp. Aduerte qualẽ sese præstare debeat Christianus, vtq; & illi adusq; finẽ sit decertandum. [Peripsema quid.]

Non vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo.⌋ Non enim inquit, vel vituperandi vos gratia, vel confundendi, neq; iniquo & maleuolenti hæc animo dixerim, Sed tanq̃ filios, neq; id modo, quin & charissimos, nil increpo, sed leniter commonefacio. Quis enim patrem non tulerit admonentem?

B Nam si decem millia pædagogorũ habeatis in Chr̃o, sed nõ multos patres.⌋ Et si aliqui vos bñuolentia prosequũtur, nequaq̃ tñ meũ erga vos quispiã æquabit amorẽ. Siquidẽ cæteros in pædagogos habetis, me vero in patrẽ. Vt itaq; vnus est parẽs, pædagogos esse multos cõstat. Et vnius amore, patris videlicet, longo abest interuallo multorũ affectio: sic longius abest à mea & paterna in vos charitate, aliorũ qui vos instruũt simulata bñuolentia. Attende aũt queãdmodũ cũ pædagogus dixisset, in Chr̃o subiecerit, ne illos prorsus offendat: quin potius q̃d laboriosius videbatur his, cõtulit. Perinde ac si dicat, Tales esse pædagogos oportet, vt enixe alios in Christo instituant: amoris vero magnitudinem sibi seruauit.

Nam in Chr̃o Iesu p̃ euangeliũ ego vos genui.⌋ Cõfirmãs se ijs eẽ in patrẽ p̄positũ, quippe q̃s inquiat Chr̃o bene iuuante p̃ euangeliũ genuisse. Neq; em̃, vt solẽt pleriq;, id mihi ait, officium vẽdico, sed Chr̃o ipsi adscribo. Nec instruxi vos dicit: sed, genui, sub naturæ ipsius noĩe, quã habeat erga hos charitatem, expressit, & familiarissimos sibi hos esse discipulos & coniunctissimos demonstrauit, quemadmodũ & in reliqua epistola idipsum subinsert.

Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.⌋ In cunctis (inquit) me imitamini, & nolite vel sapientia vel opibus intumescere vel efferri. Neq; cũ fratribus vlla sit vobis dissensio, sed pro sapiẽtia hac ipsa externa & bonis fortunæ, charitatẽ in proximos complectimini. Vide hoĩs intentionẽ, & vehementẽ animi affectũ. Precatur em̃ & orat, nõ iniungit. Multũ p̄terea vel ad aliorũ cohortatiõẽ id valet, cum se imitandum proponit.

Ideo misi ad vos Timotheũ, qui est filius meus charissimus, & fidelis in dño.⌋ Quoniam vos mihi nõ secus ac filij curæ estis, misi ad vos Timotheũ, Nã & si ipse instituendi vos grã cõcedere Corinthũ cupiebã: id tñ vt facerẽ, cũ minime licuisset, illũ transmisi q mihi est charissimus filius. Hoc aũt intulit, vt & suũ erga illos amorẽ aperiat, quippe qui vt eis prodesset filij tulit absentiã, simuletiã vt Timotheus in honore apud Corinthios haberet. Is itaq; inquit, qui est fidelis in domino, hoc est, cuius fides in his quæ dei sunt, non huius seculi bonis fuit perspecta: vel in vestris administrandis se fidum præstabit. [Timotheus a Paulo missus.]

Qui vos cõmonefaciat vias meas, q̃ sunt in Chr̃o Iesu, sicut vbiq; in om̃i ecclesia doceo.⌋ Nõ em̃ vos instructurus est, inquit, ne id illi ferrẽt molestius, cũ nondũ eẽt Timotheus ætate prouectior, sed cõmonefaciet. Vobis em̃ denuo recẽsebit, q̃ iã diu tenetis: nec noui quidpiã est allaturus. Vias aũt dicit, p̄dicatiõis & dispẽsationes & regulã, cõsuetudines vel leges diuinas. Et queãdmodũ ipse ambulo, quia nõ timidus & elatus vt vos intumescitis, neq; vestro more cõtentiões inuexi & schismata. In Chr̃o aũt dixit, quia eius vitæ nullũ haberẽt humanarũ rerũ vestigiũ, sed in Christo oẽs constarent. Vel quia essent illæ Christi ope directæ.

Ostensurus est enim hic vobis quem ipse seruem in cunctis ecclesiis prædicandi modum. Nil enim quod nouum sit visum apud vos prædicaui, sed omnes erant dictorum meorum non ignari. Pudere itaque vos præter cæteras ecclesias oportebit, quia à vijs meis tam temere alterastis.

Tanquam venturus non sim ad vos, sicut inflati sunt quidam. Postquam Timotheum professus est eo ad se transmisisse, ne segniores & torpidi redderentur, sic infert: Et si in præsentiarum non venio, & mea absentia insolentiores efficit nonnullos, venturus sum tamen. Arguit autem puerilem in-

Rem habēs tū nouerca esse his animum. Siquidem puerorum sit præceptore absente metas impositas transilire. Hos vero inflatos dicit, qui circa adulterantem illum, qui cum patris vxore rem habuisset, adhuc versarentur. Sicuti & sapientes & diuites appellat, qui sapientia & opibus efferuntur. Vel forte, quia deerat qui eos criminis argueret Paulus, magnum in modum intumescebant.

Veniam autem cito ad vos, si dominus voluerit. Coercentis verba sunt hæc, & ad pudicitiam instituentis. Pectè autem, si dominus voluerit, intulit: huius enim ad nutum geruntur omnia.

Et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum dei, sed in virtute. Cum enim linguæ volubilitati Corinthij & eloquentiæ considerent plurimum, Paulum vero tanquam idiotam, & Græcæ sapiæ ignarum aspernarentur: spectabo, inquit, non vestram dicacitatem. Neque enim hæc est vlla in re necessaria, cum opus virtute sit potius, quam signis constet: quippe cum non oratione exculta & tumida, sed miraculis spiritus sancti virtute editis, prædicatum sit cœlorum imperium.

Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Virgam supplicia appellat & pœnas. Ait igitur, In vestra est potestate situm, vtrum hoc pacto, an aliter sim ad vos concessurus. Si vosipsos negligentiores præstabitis, veniens, tormentis afficiam. Sin vero exciti fueri-ris & spiritu vigiles, benignitatis erga vos spiritu & mansuetudine vtar. Est nanque & cruciatus & tormentis afficiens spiritus. Hunc tamen à potioribus nominat, cum mansuetudinis infert, quemadmodum deum & clementem dicimus & misericordem, non alios torquentem, tametsi torquendi illi insit facultas.

CAPVT V.

Horrendū scelus eius, qui cū nouerca misce-batur.

Omnino audit inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur, ita vt vxorem patris aliquis habeat. Omnibus hoc, etsi vnius sit, imputat scelus, ne illud negligant. Perinde ac si ab eo flagitio alieni, & minus participes, sed omni studio corrigere ad nitantur, quod in commune ignominiam cedat & dedecus. Nec audit inquit, sed, audit omnino, perinde ac si dicat, Si auditu hoc interdictum est intolerabile facinus, quanto minus est cuique audendum, & vos inter præcipue, qui spiritalibus mysterijs dignatus est deus. Augendi autem criminis gratia, illud subiunxit, qualis nec inter gentes. Nec gerit dixit: sed, nominatur, vt vxorem patris habeat quispiam. Nec nouercam expressit, sed patris dixit vxorem, vt acrius illos ad repetendam genitoris memoriam vrgeat. Honestius insuper, & habeat intulit, cum eum fornicationis huiusce vel nominis magis puderet.

Et vos inflati estis, hoc est, super fornicantis huius doctrina. Erat enim qui id scelus patrarat apud illos sapiens habitus. Aduerte quam prudenter id faciunt, ac ipsam rem explicet: Cum enim vt cum fornicante illo vt ignobili & facinoroso sermonem habeat ducat indignum, neque æquum existimet, vt in medium prodeat, & innotescat, ad alios verba facit, tanquam de communi crimine dissertaturus.

Et non magis luctu habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Eo, inquit, vobis plorandum fuit, quia ad communem ecclesiæ calumniam euasit hoc scelus. Nec minus optandum & lachrymis deposcendum, vti facere in pestilenti morbo solemus, vt à vobis sublatus is tanquam communis pernicies aliqua dirimatur abigaturque. Neque hoc quidem loco Apostolus fornicatoris illius explicat nomen, sed qui hoc opus fecit duntaxat, intulit.

Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens. Neque enim suam Paulus profectionem opperitur, vt cum ad eos concesserit, tunc & facinus propalaret, & fornicator ille formidine caperet. Sed tanquam pestem exitialem aliquam studet prius comprimere, quam in vniuersum ecclesiæ corpus transmitteret. Præsens autem spiritu dixit, vt Corinthios vrgeat in flagitiosum & pestiferum hominem sententiam ferre, terreatque, afferens se illorum iudicia & gesta omnia spiritu cogniturum. Cum uero infert, Tanquam præsens iam iudicaui, nihil hos sinit, nisi in adulteri illius condemnationem intendere. Nam & ego, inquit, hunc iam iudicaui, & sententiam tuli, quam sequi & ipsi debetis.

Eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & in meo spiritu. Ne uideretur id per se audere uel hos admittit ad ferendum iudicium comites. Vobis, inquit, in unum conuenientibus in Christi Iesu nomine. hoc est, ne humano instinctu, sed diuino potius pareat hic uester conuentus, uidelicet vt Christus ipse eius rei gratia, de qua acturi estis, coire in unum uos faciat. Adiecit præterea, & in meo spiritu, ne illum uenia dignum existiment, sed tanquam adstante se & omnia prospectante, hunc iudicent potius & damnent.

Cum uirtute domini nostri Iesu Christi committere hominem huiusmodi satanæ. Vel quia potens est Christus hanc uobis gratiam elargiri, ut adulterum hunc satanæ demandare possitis. Vel quia Christus ipse uobiscum una in hunc tulit sententiam. Nec satanæ prorsus dedendum hunc dicit, sed committendum. Perinde ac si illi aperiat ad pœnitentiam fores. Neque hoc quidem loco ullam facit de huius nomine mentionem, sed huiusmodi inquit.

In interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. Vt satanas scilicet morbo hunc maceret

Nam

A Nam cū ex corpe luxuriæ cōcupiscentia defluat: debet hoc sane supplicijs affici, vt saluus sit spūs, hoc ē, vt aīa ipsa saluet, vel forte spūs. i. dei grā integra illi seruet, neq; ab eo tanq̄ ab impio abscedat penitus, quod curationē & medelā eēt suscipiētis potius, quàm subeūtis tormēta. Bene aūt, in die, apposuit, vt Corinthij saltē terrore ducti, ægrescēti illi mox medeant. Et qui morbo affectus est fornicator, medelā accipiat: qn etiā pscribit diabolo terminos, qua- [Iob. 2.]
les illi & deus in Iob præfiniuit, vt corpus duntaxat anima in offensa contingeret.

Nō bona est gloriatio vr̄a.⌋ Ostēdit hoc loco Corinthios nihil pmisisse adulterū hūc pœnitere, q̄a hui⁹ sapiam gloriæ ducerēt. Erat em̄ is apud eos habitus e sapientibus vnus.

Nescitis q̄a modicū fermentū totam massam corrūpit?⌋ Vobis (inq̄t) nō illi prospicio. Pōt nāq; quod neglectū est malū, vel reliquū ecclesiæ corpus corrumpere? Nam vt solet fermenti vel tenue quidpiam & pexiguum massam totam cōfundere, eandemq; vel in sui immutare naturā: sic & huius delictū multos est ad se imitandum facile traducturum.

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi.⌋ Hoc est, adulterū [Vetus fer-]
hunc e medio tollite, & alios facinorosos propellite. Vetus aūt fermētum, omne nequitiæ [mētum qd]
genus appellat. Nec purgate dixit, sed expurgate, vt sitis noua cōspersio, nulla improbitate [apd̄ Paulū]
admixta. Et sicut estis, hoc est, quemadmodum vos esse decet: sine fermento & azymi, hoc est, absq; vetusta iniquitate, acida illa & mordenti ob pœnitentiam.

Etenim pascha nostrum immolatus est Chr̄us.⌋ Cum de azymis mentionē fecisset, qui- [Azyma qd̄]
bus in paschali celebritate vescerent Iudæi, allegorice differēs, quid sint illa azyma. Siquidē [vocet Pau-]
animi sit dispositio quædam, prorsus nequitiæ expers, nunc etiam & pascha per allegori- [lus.]
am interpretatur, Christum inquiens nobis esse in pascha, qui pro nobis sit immolatus. Debemus itaq; azyma hæc, id est, puritatem ab omni vitio alienam complecti.

Itaq; epulemur, nō in fermēto veteri, neq; in fermēto malitiæ & neq̄tiæ.⌋ Arguit ex ijs oē sp̄s festū eē & celebre Chr̄ianis propter bonoꝝ magnitudinē, q̄ illis sunt gratis cōcessa. Propterea (inq̄t) immolatus ē dei filius, vt te lætos & celebres dies agere faciat. Nō in antiq̄ Adæ fermēto, neq; in vita (q̄d longe deterius est) neq̄tia plena. Nā malus is vtiq; dr̄, q mala exeq̄tur. Nequā vero, q mēte iniqua & malitiæ quadam profunditate, q̄ mala sunt, peragit.

Sed in azymis synceritatis & veritatis.⌋ hoc ē, in vita puriori & integra, ad neq̄tię differē-
B tiā, & veritatis. i. vera, nō simulata, & sine dolo, q̄d vt secernat, & malitiā dixit. Vel poteris cū veritatis inq̄t, ad veteres typos à veritate hac segregādos referre q nihil p se ferebāt, vel pro synceritate puritatē ipsam intelliges, q̄ ope cōstat & actiōibus, & cōtēplationē pro veritate.

Scripsi vobis in ep̄la: Ne cōmisceamini fornicarijs.⌋ Quā dicit ep̄lam? Hāc equidē ipsam Nam cum dixisset superius, expurgate vetus fermētum, suspicati sunt forte Corinthij, vel à cæteris sibi qui in Græcia essent, adulteris præcauendum, quod tamen ita edisserit.

Et non vtiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioqui debueratis de hoc mundo exisse.⌋ Hunc in modum construit & intelligit orōnis huius cōtextus. Et vtiq; non fornicarijs huius mundi commisceri prohibui, hoc est gentilibus, alioqui alius mundus vobis esset quærendus. Qui enim fieri potest vna in ciuitate vel ex maiori parte diuersantibus, qui ex gentibus essent, non his admisceri?

Nūc āt scripsi vobis, ne cōmisceamini: si q̄s frater noīatur, aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruiēs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū hmōi nec cibū sumere.⌋ Vides quēadmodū nō vnus aliq̄s eēt fornicatiōis scelere inq̄natus, sed alij erāt eiusmodi, & varijs affecti iā vitijs. Veꝝ q̄ pacto frater cū sit, & īseruire idolis poterit? Quēadmodū em̄ cōtigit olim & Samaritis, vt pars dimidia pie colerēt deū, sic & inter hos q̄dā idolis adhuc inhærebāt. Anticipat pterea de ijs q idolothytis vescebant sermonē. Recte āt dixit, q frater vocat, q̄ppe cui fratris dūtaxat nomē sit reliquū, nec in veritate ē frater, q ijsce sit malis obnoxius.

Quid em̄ mihi de his q foris sunt, iudicare?⌋ Qui foris sunt, gētiles dixit, & idolis deditos, [Gentiles, q]
qui vero interius, Chr̄ianos: pinde ac si dicat: Neminē equidē nunc eoꝝ q exteriores sunt, [foris sunt.]
alloquor, id em̄ leges meas excederet. Superuacaneū igit Chr̄i pcepta illis iniungere, q extra Christi aulam diuagant: Quæcunq; enim lex differit, his qui sub lege sunt, differit.

Nōne de his q intus sunt vos iudicatis? Nā eos q foris sunt deus iudicabit.⌋ Nōne q intus sunt vos iudicatis? hoc ē, nōne de chr̄ianis iudicaturi vos estis? Nā q foris sunt, de⁹ iudicādos suscipiet. Fit itaq; vt si apud vos q intrinsec⁹ sunt, iudicent, euasuri sint horribilē dei sn̄iam.

Auferte malū ex vobisipsis.⌋ Meminit dicti cuiusdā veteris test. vt arguat à principio le- [Deutero. 13]
gislatori visum id eē, improbos. s. tollēdos e medio eē. Ex vobisipsis, cū inq̄t, indicat vtilita- [17. 19]
tis plurimū ijs allatuꝝ, si praua demantur.

CAPVT VI.

An audet aliq̄s vr̄m hn̄s negotiū aduersus alteꝝ, iudicari apud iniq̄s, & non apud sanctos.⌋ Cū de pecunijs creditis & repetūdis causas haberēt nōnulli, ad gētiles iudices haud secus ac legis Chr̄ianæ latores, has deferebāt, illoꝝ iudicio terminandas. Id Paulus in mediū prodiēs, castigat & corrigit. Cumq; & auaros cōmemorasset

 hos

hos statim vt curet, ardore incendit, q talibus in rebus delinqueret. Aduerte āt quēadmodū initio statim irā ptendat, qppe q audaciā rem ipsam appellet & iniustitiā. Neq; em̄ apud infideles, sed apud iniqs intulit, qñquidem q litigat, qd æquū sit, assequi cōcupiscit, qd tñ minus hos posse arguit adipisci. Iniqui enim & iniusti sunt (inqt) gentiliū iudices: q ergo pacto, qd æquius sit, pro te sunt laturi iudiciū? Sāctos vero fideles appellat, ex ipsis noibus, quātum hi inter se differāt, patefacit, cum iniquiores sint alteri, alteri sanctimonia polleant. C

An nescitis, qm̄ sancti de hoc mundo iudicabūt? ⌋ Qm̄ fideles cum idiotæ essent, & legū ignari, haudquaq; digni forsitā viderent, q decernerēt causas, dignos hos & idoneos reddit, cū sanctos hos nūcupat, tū etiā q de mūdo cogniturі sint asserit. Nō tñ q à cōfidētibus his iudicādi sunt cæteri, dñs qppe ē facturus iudiciū: sed ad supplicia condēnaudi. Hi naq; & si cęteris sint passibilis naturæ pticipes, credidisse tñ inuenti sunt. Illi vero Chri fidē non excepisse, nōne haberi hmōi incredentium fides pro infidelium dānatione debet?

Etsi in vobis iudicabit hic mūdus, idigni estis q de minimis iudicetis? ⌋ Attēde quemadmodū nō à vobis dixerit, sed in vobis, hoc ē, à deo qdē iudicabit, in vobis āt cōdēnabit, co. f. qa exēplo cęteris ipsis sitis credentes. Illud vero, indigni estis q minima iudicetis, hūc habes sensum. Nā vt decens est iudicatos illos p vos, hoc est fideles, q intus estis cōfundi, sic cōtra vobis ad ignominiā cedet, ab his q extra sunt & infidelibus iudicari, qrum profecto nullius sunt momēti iudicia. Siqdem q per vos, q interiores estis, ferunt, haudquaq; sunt hmōi.

Angelos dæmones appellat Paulus. Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia? ⌋ Angelos dæmones ipsos appellat. Sunt enim & hi per nos condemnandi, tunc sane cum ipsi qui sumus hac carne obducti, incorporeos illos vicisse coarguemur.

Secularia igit iudicia si habueritis, cōtēptibiles q sunt in ecclesia, illos cōstituite ad iudicādū. Ad verecūdiā vr̄am dico. Si nō est inter vos sapiēs quisq; q possit iudicare inter frēm suū & frēm. ⌋ Cū id vnum pcipue vellet aplus, vt à forēsi iudicio prorsus illi abessent. Occurret aliqs (inqt) dicetq;, neq; vnū qdē in ecclesia esse q sapiēs sit, & cognoscere causas queat hmōi. Vel si ita se res habuerit (ait) vt nemo sit in ecclesia sapiēs, malim equidem vel abiectiores ecclesiæ iudices, q̄ infideles ipsos cōstituatis. Id vero ad vr̄am verecundiā dixerim, nō q ita se habeat, vt vel falso excusantibus vobis, nihil obsistā. Qñquidē tāta est apud vos sapientiū raritas, vt vel viliores oporteat & literarum ignaros sniās ferre. Inter frēm aūt adiecit, arguens, vt cū inter frēs causa aliqua agitet, nil esse opus vel diuersaꝝ rerum cognitione, vel multa sciencia, qñ plurimū faciat ad cōtrouersias dissoluendas fraterna affectio.

Sed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles. ⌋ Duplex constat esse id malum, & quia cum fratre lis est, & quia apud infideles agitata. D

Iā quidē oino delictū est in vobis, q iudicia habetis inter vosmet. ⌋ Primū q apud infideles iniбāt, iudicia sustulit. Nūc vero eadē illa prorsus euertit dicēs: Oino delictū est in vobis, hoc est, in cōdēnationē & ignominiā cedit, q iudicia inter vos exercetis. Inter vosmet aūt dixit, qa nō minoris, cum Chr̄iani simus, fratres debemus ac nosmetipsos æstimare.

Quare nō magis iniuriā accipitis? q̄re nō magis fraudes patimini? Sed vos iniuriā facitis, & fraudatis & psertim frēs. ⌋ Multiplex istoꝝ est crimē, tū qa illatā nesciūt iniuriā ferre, tū qa ipsi sese in alios iniustos exhibēt, tū demū qa in frēs iniqtatē exercent. Satius (inqt) foret, nec inferre, nec pati iniurias. Concludit demū, melius esse tolerare q̄ inferre iniuriam.

An nescitis, quia iniqui regnum dei non possidebunt? ⌋ Quasi cōminando hos admonet, vt sua dicta faciat firmiora, ac tanquàm de re confessa & certiore hos rogat.

Nolite errare. ⌋ hoc loco oñdit fuisse apd Corithios nōnullos, q dicerēt deū eē clemētiorē & nemīnē ob delicta cruciatuꝝ, iducturūq; potiꝰ in cęlesti nos regnū. Inqt igit: Noliter erra re, serrat ei & lōge fallit, q cū hic futura bona sperat se habituꝝ, cōtraria postmodū nācīscat.

Molles qui. Neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles. ⌋ Molles dicit, qui fœda & nepharia patiuntur, subiungit enim, & qui turpia factitant.

Neq; masculoꝝ cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnū dei possidebūt. ⌋ Qurūt nōnulli, cur ebriosos & dicta nefaria ppetrātes, hic interiecerit, vbi de idololatrijs pdixit Apls: Quia & Chr̄us eum q stultū quēpiā dixerit, gehennæ obnoxiū pronūtiauit. Deinde qa haudquaq; de cruciatu nūc mētio fit, sed de regni cœlestis iactura & casu. Quo ex regno, & si hmōi hoīes æque sunt oēs casuri, in subeundis tñ supplicijs, quam sint differentiā habituri, nullus est in præsentiarum quærendi locus.

Et hęc qdē fuistis, sed abluti estis, sed sctificati estis, sed iustificati estis in noīe dñi nr̄i Iesu Chr̄i, & in spū dei nr̄i. ⌋ Cognoscite (inqt) e quātis vos deus exemerit malis, & q̄tis vos ille bonis donauerit. Nā cū effetis autea his q̄ diximus, vitijs ingnati, ab his tñ vos mūdiores effecit, & labe tā tetra abstersit. Neq; id modo, quin & vos ille sanctificat. Quo pacto? Iustificādo inquit. Cū em̄ prius vos abluisset, & iustitia cōdonasset, mox & sanctimoniā contulit. Nec in huius illiusve nomine, sed Christi dūtaxat, In spū sancto, hoc est, trinitas ipsa hæc omnia

A omnia vobis largita est. Cum enim deum (inquit) in Christi nomine & spiritu sanctificasse, præter trinitatem, nil aliud præfert.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.⌋ Quoniam de fornicante illo fecerat mẽ tionẽ, & de eodẽ iterato sit verba facturus, interferit demũ, & de vitio gulæ sermonẽ. Ex ea nanq; persæpe fornicationis vitia prodeunt, ait igitur: Licet haud dubie mihi & cibum & potum desumere, nil tamen conducit immoderate id facere. Ex gula fornicatio

Oĩa mihi licẽt, sed ego sub nullius redigar ptãtem.⌋ Possum (inqt) & cibo vti & potu. Et tñ si me intẽperãter addixerim, mei iuris cũ sim, luxus & intẽperãtię subisse seruitutẽ dep̃hẽdar. Quẽadmodũ & alibi dicit: Quoꝝ deus vẽter est. Nolim ergo maloꝝ hmõi ĩperiũ pati. Philip.3

Esca vẽtri, & vẽter escis.⌋ Ventrẽ ingluuiẽ ipsam appellat, nõ stomachũ, corpis nr̃i mẽbrũ. Escas vero ciboꝝ effusum & immoderatiorem vsum. Inqt igit, escã, hmõi sine mõ sumptã & gutturis indulgẽtiã, amicitias inter se & familiaritatẽ cõciliasse, nec patere nobis p hęc accessum. Sed alternis & ad se & p manus resistere, quos sibi habeant obsequentes.

Deus ãt & hũc, & has destruet.⌋ Nõ ventrẽ (inqt) sed vẽtris ingluuiẽ. Nec escã ipsam & cibum, sed luxuriã & intẽperãtiã sublaturus est deus. Dicũt nõnulli p̃nũtiari p id futuri seculi cõditionẽ, vbi nec capi poterit cibus, nec potus hauriri. Quinetiã cum ibidẽ vel cibo ne moderatiore quidẽ vti quis quiuerit, longe magis profusior esca, & ingluuies omnis tollet.

Corpus autem nou fornicationi, sed dño, & dñs corpori.⌋ Sic quidem prosequẽda erat oratio, corpus autẽ non escis nec ventri, haud tamẽ hoc dixit, sed fornicationi arguẽs, quẽadmodum delitiarum finis fornicatio fit. Quod autẽ dicit, tale est: Corpus quidem haudquaquàm est eo effectum vt in luxu sit, & delicijs, & iu fornicationem labatur, sed deum, vt caput ipsum, sectetur, cum deus sibi capitis instar præsideat.

Deus aũt & dñm suscitauit, & nos suscitabit, p virtutẽ suã.⌋ Nil obturberis cum deũ audis dñm suscitasse. Nam haud secus ac pueris minutioribus his cõdescẽdit. Cum enim patrẽ illi & deum oĩno profiterent, & cunctoꝝ causam esse penes oẽs certa esset, & cõstãs opinio, resurrectionẽ filij p̃ri demandat, & nos pariter fore ab eo suscitandos decernit. Nã quẽadmodum Christum qui caput est nostrum, à mortuis hic excitauit, sic nos suscitabit, qui corpus reliquum sumus. Per virtutẽ eius propterea intulit, vt dictis suis faciat fidẽ. Quod autem

B patri tanquam omnium causæ vel Christi resurrectionẽ permittat, est quidẽ ex eo perspicuum q̄ de seipso profitet & Christus: Soluite templum hoc (inquiẽs) & illud post triduum excitabo. Et rursum scriptum est: Præbuit autem seipsum viuum. Itaq; cum ipse se suscitauerit, patri, vtpote qui suæ resurrectionis sit causa, rem omnem adscribit. Iohan.2 Acto.1

Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi?⌋ Rursum ad propositam fornicationis castigationem se confert, de eaq; horrendum in modum definit.

Tollẽs itaq; mẽbra Christi, faciam mẽbra meretricis? Absit.⌋ Non enim dixit prostitutæ fœminæ copula, sed quod horribilius est, faciam meretricis mẽbra. Quis enim id audiẽs non contremiscat? Christi mẽbra à Christo diuulsa, in meretricis membra conuerti. Gene.2

An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficit? Erunt eñ (inquit) duo in carne vna.⌋ Quod dixit, confirmat, quẽadmodum. s. meretricis reddant Christi hæc mẽbra. Ex libidinis enim commertio, vnum fiunt fornicator & meretrix. Ita fit, vt viri mẽbra quæ Christi sunt, in vulgatæ fœminæ membra vertantur.

Qui autem adhæret domino, vnus sp̃us est.⌋ Vides vt ex nudis nominibus meretricis & Christi inductam accusationẽ exaggeret. Inquit igit: Qui adhæserit domino, eo vel maxime spiritum, eundem cum Christo sortiri, quia nihil agat pro carnis instinctu, hoc est, spiritalis hic redditur. Ea nanq; cum domino inita coniunctio, spiritus illi exhibet sanctitatẽ. Quinetiam ex his patefacit Christi membra redditos esse fideles.

Fugite fornicationem.⌋ Haud secus quàm insectatricem aliquam, quæ semper nos vrgeat, fugiendam hortatur libidinem, suadetq; vti ab ea enixe abstineamus. Nihil enim nos adeo insectatur, quam carnis concupiscentia.

Oñe eñ pc̃m q̃dcũq; fecerit hõ, extra corpus ẽ. Qui ãt fornicat, in corpus suũ peccat.⌋ Fornicatiõe nãq; libidinãtis, totũ inficit corpus. Vnde q tẽ venereã factitãt adire balnea cõsuescũt, vt corpus sordibus & illuuie affectũ abstergãt. In corpus itaq; ip̃m fornicator delinquit, cũ illud inquinat, & sorde cõspurcat: nã & si videat cũ hoiem trucidamus, corpe admitti id facinus, nõ tñ vniuersum ex eo corpus sordescit. Possumus nãq; vel lapide, vel ligno, vl̃ alio q̃piã tormẽto ictus infligere & nihil corpus hoc inqnare. Verũtñ nullo pacto licebit sine corpe fornicari, q̃ fit, vt illud oĩno cõmaculet. Cupit itaq; Paulus id scelus e medio tollere, cuius ob grã̃m illi propositũ erat Corinthios cõmonefacere & castigare. Põt & aliter illud intelligi, videlicet q fuerit libidinatus, in ꝓpriũ corpus delinqt, q nõ suscipiẽdi liberos cupiditate id agat, nec cũ vxore legitima misceat, sed frustra corpus seminis profusiõe corrũpat & imbecillitet. Vel ętiã in corp' suũ delinqt adulter, qa in fœmina peccet adulterãdo, q̃ suũ Fornicationis immundicia 1 Nota

præferat corpus. Illa nanq; ex venereo illo cōgressu vel vnū cū viro sortita est corpus. In eā aūt delinquere dr̄, q̄a haudquaq̄ illi legitime cōmiscet. Sensus tn̄ superior cæteris potior credit. Quærunt nōnulli q̄d de inuidia dixeris, nōne & hæc macerat corpus? Hanc quæstiunculam sic soluunt plerīq;. Dicunt em̄ inuidiā quandā esse animi perturbationē non actum. Nunc vero de ope & actiōe ipsa fieri ab Ap̄lo mentionē. Siquidē (inquit) omne pc̄m̄ quodcunq; fecerit homo, vbi nil prorsus de hmōi animorum perturbatione & affectu differuit. Inuidia nanq; haudquaquàm nobis enascitur, sed operatur in nobis. C

Roma.3 1.Cor.6 Nescitis quoniā membra vestra templum sunt sp̄us sancti, qui in vobis est, quem habetis à deo?] Hos magis terrìtat, cum ob muneris, hoc est sp̄us sancti magnitudinē, tum largiētis hoc est, dei dignitatē. Templum (inquit) estis & sanctum quippe q̄ ex sancto sp̄u esse constat. Nolite ergo hoc tēplum quod sanctitate donatum est, impurum & sordidatum efficere, neq; dei hoc donum inutile reddite. Adeo nanq; accepistis hunc spiritum.

Et non estis vestri: Empti em̄ estis pretio magno.] Estis em̄ (inquit) sub dn̄o constituti Nec quicq̄ habetis, q̄ vestri sit iuris, nec corpus ipsum. Quippe qui pretio empti, magno sitis, hoc est, Christi sanguine. Quo fit, vt membra vestra nō vobis, sed dn̄o obstricta sint seruitute, & pro illius arbitrio ferantur, necesse est. Id aūt non eo intulit, vt liberum nobis demat arbitrium, sed iure vt arguat deo esse inseruiendum, à quo sumus pretio empti.

Liberū arbitrium a nobis Paulus nō aufert

Glorificate & portate deū in corpe vr̄o.] Cū em̄ empti p̄tio sitis, deū vr̄o in corpe glorificate, operātes q̄ sunt rectiora, & corpus id in puritate seruate & castimonia vt hoībus opa nostra spectātibus optima, & deo gloria referrat, & in eundē ab his vel laudes congerant.

Matth.5 Et in sp̄u vestro.] Ostendit hoc loco non modo corpore esse ab adulterio declinādum, sed animo. s. vt mentem ipsam nulla labe afficiamus. Spiritum nanq; mentem & cogitatum appellat, quod adulterium corde concipere, vel in euangelio prohibeamur.

Quæ dei sunt.] Frequētius recordat Ap̄lus, nequaq̄ in nr̄a esse nos p̄tāte, sed dn̄o seruitute obstringi: Id ē, deo, q̄ & aiam nostrā & corpus redemerit.

CAPVT VII.

De quibus aūt scripsistis mihi.] Dissentionibus iam, fornicatione, & auaritia castigatis, de nuptiis, & cœlibatu iam statuit. Scripserant enim Corinthij rogantes Apostolum, vtrum esset à re vxoria abstinendum, an minime.

Bonū est homini mulierē nō tāgere.] Bonū est (inqt) & egregiū mortali cuiq; nō sacerdoti dūtaxat (vt sentiūt multi) nil prorsus mulierē cōtingere, sed vitā cœlibē ducere & castā seruare. Q̄d tn̄ fieri si nequeat, matrimoniū imbecillitati nr̄æ subueniet. Infert igit. D

Propter fornicationē aūt vnusquisq; vxorē suā habeat, & vnaquæq; virū suū.] In vtraq; disputat partē. Potest em̄ vir dari qui pudicitiā tueat, & mulier aliqua quæ procliuior sit in libidinē, & contra: Enimuero de fornicatione cum faceret mentionē, ad Veneris abstinētiam vniuersos compellit. Et si declinandæ (inquit) fornicationis gratia nuptiæ permittunt, non tamen his quidam abuti per luxum, & intemperantiam debent.

Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro.] Vt enim mutuæ estis charitati obstricti, sic eritis & debitum reddere alternis obnoxij.

Mulier p̄tātē sui corpis nō habet, sed vir. Sil̄r āt & vir sui corpis p̄tātē nō habet] Q̄d aūt mutua charitas debiti loco ab his sit exigēda, nūc patefacit, cū nullā hos asserit suoꝝ hr̄e corporꝝ p̄tātē: sed mulierē seruæ sp̄ēm p̄ se ferre & dn̄æ. Seruæ, q̄a subiecta sit viro, nec vllā vēdicet corpis sui p̄tātem, vt vulgare illud ad libidinē q̄bus libeat, queat. Dn̄æ, q̄a cōtra suū viri sit corpus, in q̄ nullū habeat ille imperiū, vt possit pro eius arbitrio adulteratis illud & meretricibus demādare. Non itaq; absimili rōne & vir vxoris est seruus & dominus.

Nolite fraudare inuicē, nisi ex consensu ad t̄ps.] Hoc est, viro inuito, nil à coitu abstineat vxor, vel, vir vxore nolente. Quodcūq; em̄ contra alterius voluntatē fecerit alter, fraudis loco habēdum est, queādmodū & in pecunijs committi dicimus fraudē, cum, repugnāte dn̄o extorquent. Secus tamen se res habebit, cum id fieri contigerit vtrisq; assentientibus, hoc est, cum ex conuento tempus aliquod vtriq; ad cœlibatum præfiniunt.

Vt vacetis ieiunio & orationi.] Explanat cur ad t̄ps aliquod dixerit, videlicet cum opportunum sit orōni vacare, hoc est, enixe fuerit orandum. Nec simpliciter vt oretis, dixit, sed vacetis orationi. Nam si à simplici orōne arceret concordes, cur alibi indesinēter orandum intulisset? Vt itaq; orari maiori studio possit: abstinete (inquit) ab inuicem perinde ac si coitus orationem potius interpellet, quàm labem pariat aut sordes.

Coitus orōnem intercipiat. 1.Thess.5

Et rursum reuertimini in idipsum, ne tētet vos satanas propter incontinētiā vestram.] Reuertimini inuicē (inquam) non vt legē vobis vllam aut necessitatē imponam, sed ne satanæ præbeatis occasiōne in fornicatione vos prætētandi. Et q̄m̄ satanas nequaq̄ nobis prior ipse ad fornicandum causam præbet, sed nostra in primis lasciuia, inde per incontinētiam addidit. Ille nanq; cum nos incontinentes perspexerit ad luxuriam inuitat.

Hæc aūt dico sc̄d̄m indulgētiā, nō sc̄d̄m imperium.] Ad tēpus (inqt) vos inuicē fraudate

per

A per indulgentiam dixi, hoc est, vestræ indulgens fragilitati, nulla vobis vel lege imposita, vel mandato indicto, quod excedi impune non possit.

Volo aũt omnes hoĩes esse sicut meipsum.] Vbi rem aliquã arduã inducit & perdifficilẽ, sese proferre in medium consueuit Apostolus. Velim itaq(ait) à luxu & venere vniuersos homines abstinere, quemadmodum & ipse abstineo: Hoc est, castitatem sectari, nõ venerẽ.

Sed vnusquisq propriũ donũ habet à deo, alius quidẽ sic, alius vero sic.] Permanere (inquit) in cœlibatu, dei est donũ, tametsi nostro studio ea res egeat. Cur ergo continentiã dei donum appellat? Vt eos q̃s castigando diu iã vrget, q̃si propria asserit intemperantia in id crimen fuisse prolapsos cõsoletur & mitiget. Aduerte aũt, quemadmodum etiã pro dono connubiũ statuat. Et cum singulos dicit propriũ donũ habere, aliũ sic. i. vt sit continentior, & virginitatem tuetur, & aliũ sic, quia matrimonio. s. & nuptijs obstringatur. Cælibatus dei donum

Dico aũt non nuptis & viduis: bonũ est illis, si sic permanserint, sicut & ego. Quod si non se cõtinent, nubãt. Melius est eñ nubere, quã vri.] Vides vt sapienter Apl̃us potiorem arguat pudicitiã, nec eũ ad hãc adhortetur seruandã, q à Venere abstinere nõ possit, ne grauius delinquatur. Nam si vehementiorẽ hmõi violentiã tuleris, & ardorẽ libidinis sustinebis. Ingens est enim concupiscentiæ visceris hauddubie labore immenso liberatus, quia procul dubio timendum fuisset, ne in deterius aliquod facinus prolabereris.

His aũt qui matrimonio iuncti sunt, præcipio: nõ ego, sed dñs.] Cum dñs lege decreuerit, nisi adulterij rõne nuptias minus oportere dissolui, eo nũc inquit: Non ego id vobis iniungo, sed dñs. Cuncta tamen Pauli superiora mandata, nequaquam sunt pro diuinis dictis expressa. Tametsi quecunq Paulus disserit, domini dicta sint, non humana, præsertim cum paulo post sit idem dicturus. Videor enim & ipse spiritum dei habere. Matt. 5. 19 Marc. 10 Lucæ. 16.

Vxorẽ à viro nõ discedere, q̃ si discesserit, manere innuptã, aut viro suo recõciliari. Et vir vxorẽ nõ dimittat.] Q̃m seruandæ pudicitię gr̃a vel intolerãtia quadã, vel alia quauis de cã fiunt diuortia, satius (inq̃t) est, vt nulla ꝓrsus fiat seiunctio. Quæ tñ si fieri cõtigerit, maneat mulier virũ habẽs, tametsi cũ eo nihil cõmisceatur, nec aliũ superinducat, vel viro concilief.

Nã cæteris ego dico, nõ dñs. Sed si qs frater vxorẽ habet infidelẽ, & hęc cõsentit habitare cũ illo, nõ dimittat illã. Sed si qua mulier habet virũ infidelẽ, & hic cõsentit habitare cũ illa, nõ dimittat virũ.] Quid ais? Si infidelis sit quispiã, maneat vir cũ vxore. Si adulter & fornicarius, ꝓhibes, ꝑsertim cũ adulterio deterior sit infidelitas? At nr̃a potius vindicat Chrũs q̃ Matth. 5

B sua. Nã dimitte (inq̃t) ibi mun⁹ tuũ, & fratri tuo recõciliare. Nũ q mille talẽta sit aspernatus in eũ q nec in nũmis cẽtũ fuerit sibi obnoxius, suã iniuriã vlciscef? Nec secus ergo hoc loco infidelitatẽ q̃ cõstat in se delinq̃, contẽnit deus & nihili ducit, ob fornicationẽ vero, q̃ in vxorẽ peccat, pœnas exigit. Dicũt tñ nõnulli, ꝑ ignorantiã infidelitatẽ obnasci, quã Paulus inq̃t forsitã iri sublatũ. Quid eñ nosti mulier, si virũ saluũ factura sis, fornicationẽ vero ex cõfessa quadã fieri & indubitata malitia, hauddubiũ est. Fornicator ꝑterea eo ꝓfectus est sceleris vt ꝓpria mẽbra à seipso disiũxerit. Hęc nãq vt primũ à fœmina sustulit adulterata q̃ sua fuerant, meretriris effecit. Infidelis vero nil ꝓrsus in ea carnis cõiunctione deliq̃t, videlicet q̃ sua membra ꝑ copulã vxoris effecerit. Quin potius ob nexũ forte eiusmodi vel ex fide, fideli vxori iungef, citius q̃ huius (vt ita dixerim) vitã ob suã infidelitatem ꝑuertat, carperetur q hauddubie ob id euãgeliũ, si credẽs ab incredulo seiungeref. Id tñ tũ quidẽ futurũ intelligas si vtriq cũ in infidelitate ꝑsisterẽt iniissent cõiugiũ, mox alter ad fidẽ venisset. Nã si prius fuisset aut vir aut vxor fidelis, haudquaq̃ cũ infideli iũgi matrimonio licuisset. Nec dixit quidẽ si quis vult infidelẽ accipere, sed si qs habet infidelẽ vxorẽ. Nec simpliciter infideli fidelẽ, sed volẽti coniungit, quod sane cũ consenserit (inquit) præfertur, hoc est voluerit. Fidelis cũ infideli matrimonio non copuletur.

Sanctificatus ẽ eñ vir infidelis ꝑ mulierẽ fidelẽ, & sctĩficata est mulier infidelis ꝑ virũ fidelẽ.] Hoc ẽ, partis fidelioris abũdãti puritate vincif infidelis cuiuspiã immũditia. Neq eo q̃ sanctitatẽ adipiscaf in posterũ infidelis, siquidẽ nõ sanctus ẽ, dixit, sed sanctificatus ẽ, hoc est, ab eius quæ fidelis sit, infidelis vincif sanctimonia. Hęc aũt dicit, ne vereaf fidelis aliq̃ mulier labe, & sordibus infici, si cũ infideli rẽ habeat, & illi matrimonio sit ante fidẽ susceptam coniuncta. Quærif aũt, q̃ si qs q meretrici adhæserit, vnũ iã corpus cũ ea sortitus, fiat immundior, & si ꝑspicuũ est, vl' eã quæ cũ idololatra versef, vnũ cũ illo corpus sortiri, cur tñ ea ex re nõ immũda reddif mulier? Q̃m vel idipsum libidinãdi cõmerciũ impurũ ꝑ se & sordidũ est, eoq vl' vtrosq coinq̃nari. Verũ q̃ ad fidelẽ spectat & infidelẽ, lõge se aliter habet: Siq̃dẽ ob suã incredulitatẽ immũdus efficif infidelis, nõ tñ scd'm incredulitatẽ eiusmodi, si cũ viro versef, & mulier. Sed scd'm copulã coniugalẽ sanctificaf, quam nullã habere in se immunditiã liquet. Est eñ hæc illi connubij vinculis nexa. Propterea nullã fidelis ex eo labẽ admiserit. Quæstio singularis.

Alioqui filij vestri immundi essent.] Nã si infidelis (inquit) credentis nitore nõ vinceretur, forent sane quos parerent liberi immundiores, vel ex parte dimidia mundi.

Nunc autem sancti sunt.] Hoc est, non immundi, demit enim omnem suspitionem fidelis

delis fœminæ sanctimonia.

Connubium dissoluendū magis quam pietas ac dei cultus dimittendus.

Quod si infidelis discedit, discedat. ⌋Hoc est, si vir infidelis vxori fideli iniungat, secū vt sentiat, & particeps suæ fiat infidelitatis: dirimat potius matrimoniū mulier, & à viro abscedat. Satius enim est connubium ipsum dissoluere, quā pietatem in dei cultum dimittere.

Non est enī seruituti subiectus frater, aut soror in hmôi. In pace aūt vocauit nos deus. ⌋ Si tecum ille co(inquit) iurgatur, quod suæ infidelitatis participare nil toleres, confestim secedito. Non enim es eiusmodi seruituti subiecta, hoc est, nil cogeris virū in rebus hmôi per pcti. Melius est enī secedere quam altercari. Neqꝫ enim diuinæ illud est voluntatis. Quippe qui nos in pace vocarit. Itaqꝫ si tecū litiget, & iurgijs vrgeat, præbuit ille diuortij causam.

Quid enī nosti mulier, si virum saluū feceris? ⌋Rursum ad id quod superius dixerat, redit. Videlicet, non dimittat mulier virum. Si enī tibi nihil molestus sit (inqt) maneto cum eo, & commonefacito aliqd forte hoc mō peregeris, quasi rem in ambiguo statuit, cum ne videatur mulieri necessitatem vllam omnino imposuisse, vt viro Christi fidem excipiendam suadeat, tum vt hanc reddat ad bene sperandum intentam, & à desperatione auertat.

Auerte.

Aut quid scis vir, si mulierē saluā facies? Nisi vnicuiqꝫ sicut diuisit dñs. ⌋Nonnulli sic construunt Quid nosti vir si mulierē saluā facies, nec ne? Deinceps quasi ex alio quodā capite dicat vnicuiqꝫ vt diuisit dñs. Perinde ac si dicat, vnde compertū habes, si saluā facturus hāc sis an minime? Id quidē est prorsus incertū. Quādiu res in ambiguo fuerit, haudquaqꝫ dirimendū erit connubiū. Quod si saluā nō feceris, nil tibi officiet. Saluā aūt hāc si reddideris, & alijs profuisti ac tibi. Alius vero aliter senserit, quasi abinde exorsus. Nisi vt vnicuiqꝫ diuisit deus qui sensus est lōge potior. pinde ac si dicat Aplŝs. Haudquaqꝫ propter infidelitatē fiat diuortium, nisi vt vnicuiqꝫ hoc, *quisqꝫ sic habeat, quēadmodū & qua forte vt sit, deo est placitū. Vxorem habens infidelē vocatus es, maneto hanc habens, & nihil tibi eius infidelitas oberit.

Alias. visum fuerit.

Circumcisus

Et sicut in omnibus Ecclījs doceo. ⌋Hoc intulit vt Corinthios quandoquidem & alios habeant huius disciplinæ participes, ad obsequendum reddat paratiores.

Circumcisus aliquis vocatus est: Non adducat præputiū. ⌋Fieri poterat, vt multi quos de sectæ pelliculæ puduisset medicamento apposito, & hanc niterentur iterato sarcire & obscœnum illud circumcisum in pristinum statum redigere.

In præputio aliquis vocatus est. Non circuncidatur. Circuncisio nihil est, præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. ⌋Vbiqꝫ post fidem, virtutis exigitur operatio, reliqua vero aut parcius requiruntur, aut nunquàm. D

Vnusquisqꝫ in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es? nō sit tibi curæ: Sed & si potes liber fieri, magis vtere. ⌋In vocatiōe qua vocatus es, hoc est, qcunqꝫ in vitæ genere, vel ordine, vl cōditione, Christi fidē susceperit qspiā, in hoc perseueret. Vocationē aūt dicit inductionē ad fidē. Seru⁹ cū eēs, vocatus es, nihil sis velim ob seruitutē hāc anxius, neqꝫ ob id obturberis. Nō enī quæ adeo est, obfutura est seruitus. Quin potius si potes liber fieri, vtere magis, hoc ē, acrius seruitute exercere in vsumqꝫ aliquē & vtilitatē cōferto.

Libertus.

Qui enī in dño vocatus est seruus, libertus est dñi. Sifr q liber vocatus est, seruus est Christi. ⌋Libertus dicit qui seruitute eximitur. Inqt igitur: Tu qui cum in seruitute maneres credidisti in Christū. libertus effectus es Christi. Liberauit enī hic te à pctō & seruitute exterio re tametsi seruus sis. Qui enī à vitijs liberatur, & animi ingenuitate potiť, nequaqꝫ vltra est seruus, & si seruitute adhuc videatur obstringi. Rursus alius qspiā liber cū essent ad fidē vocatus, Christi seruus efficitur. Itaqꝫ si seruitutis nomē seruū obturbat, intelligat in Christo se libertate hac vti, quod longe est humana seruitute præstantius. Porro, si libertatis hoc nomē liberꝫ hoiem extollit & ampliat, intelligas idem esse se Christi seruituti obnoxium, cōprimatqꝫ se & frenet à vitijs vtpote qui tanti dñi iugū subierit, & debeat illi quæ grata sunt facere. Vides quam prudenter Apostolus quæ vtranqꝫ deceant partem commonefaciat.

Libec.

Libertus.

Pretio empti estis, nolite fieri serui hoim. Vnusqsqꝫ in q vocatus est, maneat apud deū. ⌋ Nec solū ad seruos istiusmôi disserit, sed ad liberos hoīes habet hæc verba, vl vniuersos instituit, vel Chr̄ianū hoiem, vt nihil ad hūanā gratiā faciat, neqꝫ illoꝫ iussa qui praua iniūxerint exequatur. Hoc enī eēt hominibus seruitū iri, & p eos præsertim qui redēpti ptio sint. Neqꝫ id eo intulit, vt à dñis desciscant mācipia, absit. Neqꝫ enī id iubet, qꝫ liqdo patet ex eo quod dixerat, vnusquisqꝫ qua vocatione vocatus est, maneat. hoc est, vel si fuerit in seruitute vocatus, in ea hic pstet. Apud deū aūt adiecit, ne forte improbis dñis obsequēdo, deficiam⁹ à deo. Vtrisqꝫ itaqꝫ in rebus ꝓuidit, videlicet ne sub dei ptextu discedāt à dñis, quoꝝ in ptāte eoꝝ sunt corpora. Et rursum ne à Deo deficiāt, cū dñis obsequi vltra quā deceat, volunt.

De virginibus aūt præceptū dñi nō habeo, consiliū aūt do, tanquā miam cōsecutus à dño, vt sim fidelis. ⌋Cū de continentia abunde disseruisset, castigassetqꝫ satis Corinthios, & virginitatem transgreditur, quæ cæteris est longe præstantior, aitqꝫ nullam dominū tulisse de virginitate legē, neqꝫ de hac sibi quidpiā iniunxisse, sed vnū illud dixisse & solū, q pōt capere ca-

Virginitas.

A re,capiat. Quocirca neq; ipse ausim de illa quicquã statuere,magnũ hoc tñ & periculosum, alioqui consulerem equidem,quemadmodum & ipse non indignus apud deũ sum habitus, vt sim fidelis,hoc est,qui diuini mysterij cognitionem vt babeam,sum dignatus.

De virginitate nihil statuit Paulus.

Existimo ergo hoc bonum esse propter instantẽ necessitatem,qm̃ bonum est homini sic esse. ⌋Vt sentio(inquit) à nuptijs abstinere conducit homini propter rei vxoriæ difficultates atq; molestias,non immunditiæ gratia,aut quia impurior debeat res illa haberi.

Matth. 19

Alligatus es vxori,noli, quærere solutionẽ. Solutus es ab vxore,noli q̃rere vxorẽ. Si aũt acceperis vxorẽ,non peccasti. ⌋Cũ em̃ alligatus es(inqt)arguit malũ afferre connubia, q̃a hoĩem nexu quodã deuinciat. Cum vero solutus es(ait)ostẽdit eum qui nuptiarum sit expers nequaq̃ debere nexus vxorios q̃rere. Vel si solutus,eo forsitã intulit,nõ vt diuortiũ vllũ prætendat,quod fieri ad vxoris & viri arbitrium solet,sed vt absurdã aliquã viri & fœminæ disiunctionẽ designet,si abstinentiã vtriq; & cœlibatũ depaciscuntur,nequaquã dr̃ illa solutio. Adijcit p̃terea illud,si vxorẽ duxeris nõ peccasti. Vide vt tacite nos ad virginitatẽ tutãtã hortet. Siq̃dẽ matrimoniũ cõpedes appellat & vincula, virginitatẽ vero solutionẽ & libertatẽ.

Nexus connubij.

Et si nupserit virgo,nõ peccauit. ⌋Virginẽ hoc loco dicit non eã quæ deo dicata sit,hæc nanq; si nupserit,delinquit hauddubie plurimũ,vtpote quæ Chr̃o sponso superinducat adulterũ. Sed quæ nondum nupserit,adolescentulam. Non enim immundæ sunt nuptiæ.

Tribulationem tñ carnis habebunt hmõi. Ego aũt vobis parco. ⌋Matrimonij angores & curas tribulationem appellat,ipse vero haud secus(inqt)ac pater indulgeo, velimq; vos & libertate vti & carere tristitia,q̃ præstare,de se connubia nequeunt. Quippe quæ pro vinculis sint,& qui illis subduntur nullã sui habeant potestatem,vt supra iam diximus.

Matrimonij cura.

Hoc itaq; dico frẽs,tp̃s breue est,reliquum est. Qm̃ fore dixerat, vt carnis sibi molestiam parerent ne aliq̃s occurrens inquiat,& voluptatẽ tñ hos habituros,inducit que sunt voluptatis,tp̃is.s.breuitatẽ,quia ad breue voluptas fit oĩs:ad luxũ aũt & voluntatẽ oĩa faciunt. Nam & Christi regnũ in proximo est ad eumq; tandem sumus commigraturi. Itaq; vel si qua est in nuptijs voluptas & oblectatio,quia momentanea sit,& breui dilabitur,molestiã affert.

Vt & qui hñt vxores,tanquã non habentes sint,& qui flent,tanq̃ non flentes:& qui gaudent tanquã nõ gaudentes,& qui emunt,tanq̃ non possidentes:& q̃ vtuntur hoc modo, tanquã non vtant. ⌋Quæret aliq̃s:Si hi qui aliq̃d hñt nõ secus debent,ac si nihil haberent seipsos præstare,q̃d demũ necesse est,vt se matrimonio vinciant,onusq; sibi maius imponãt. Quid
B autem sibi vult illud:tanq̃ non habentes,id.s. ne affixi studiũ omne circa nuptias cõterant, & vxores pari mõ ne debeat quispiã curæ multum impẽdere,& solicitudinis? Vel mœstis in rebus q̃d sane qui flent illud prætendit. Vel lætioribus, quod vtiq; cum gaudẽtes dixisset expressit. Vel in facultatibus permutandis, q̃d cum qui emunt,intulit, declarauit. Verum quid hæc(inquit)aut illa differo,vt paucis cuncta absoluã. Vel qui hoc mundo vtuntur, ita se gerant,tanquã hũc ipsum nulli vsui habeant hoc est,om̃i nisu cõtendere debẽt, ne hoc abutãtur. Est em̃ græce καταχρῆσις abusus,minus quidam & vltra q̃ deceat rerum excessus.

Præterit enim figura huius mundi. ⌋Hoc est,labitur. Quid ergo labenti rei & fluxæ hærendum? Mundi vero eo dixit figuram,quia eius bona solo terminentur aspectu, & apparentia sint,& nullo fundamento subsistant.

Volo autem vos sine solicitudine esse. ⌋Quo pacto futuri sine solicitudine simus,qui vxore caremus,sic indicat.

Qui sine vxore est,cogitat quæ dei sunt,q̃uo deo placeat. Qui aũt cũ vxore ẽ,cogitat quę mundi sunt,q̃uo placeat vxori? ⌋Quonã mõ Ap̃le,cum vacare curis nos velis, eoq; & ad cælibatũ horteris,illud repetis,qui sine vxore est,cogitat q̃ dei sunt? Ecce vel aliunde curæ nobis oboriuntur,haud tñ cuiusmodi vxorẽ hñtes solent vrgere. Nã q̃ de dño suggerũtur meditationes salutares sunt,& magnũ in modũ oblectant. De mũdo vero & noxiæ sunt & molestæ. Cur em̃ illud nõ molestũ sit,& turbulentũ,cũ morẽ gerere vxori studemus, mũdo p̃sertim huic deditissimæ,aurũq; efflagitãti & margaritas,& reliquũ luxũ, quibus viri miserrimi,iniustius agere & exercere quæ iniqua sunt, cõpellunt, & reliqua factitare, quæ animæ & detrimentosa sunt & officiunt maxime?

Procacitas vxoria.

Diuisa est mulier nupta,& virgo. ⌋Hoc est,ab inuicem differunt,nec cura simili ducuntur,sed seiunctæ sunt studijs & alienæ, & rebus intendunt disparibus, & discrepant curis. Quo fit vt via sit eligenda quæ potior sit & minus laboriosa.

Innupta & virgo cogitat quæ dñi sunt,quẽadmodũ dño placeat, vt sit sancta corp̃e & sp̃u. Nupta aũt cogitat quæ mundi sunt,q̃uo placeat viro. ⌋Nec satis est(inquit)corpore sanctũ esse,nisi & sp̃u constet hæc sanctitas. Vera est em̃ & certa virginitas,animi puritas. Nam & si pleræq; nulla corporis labe infectæ sunt virgines,animo tamen sunt inquinatæ. Cæterũ, & illud aduerte,virginẽ minus hanc esse,quæ mundi curã susceperit. Cũ itaq; quæ virginitatẽ p̃fiteatur,prospexeris suscepisse mũdi hanc curã,intellige nil prorsus eã à nupta differre. Paulus em̃ terminos vtriusq; præscripsit,q̃bus facile possint hæ internosci. Ne tamen rei ve-

Vera virginitas.

nereæ vsum & continentiã præfiniuit, sed solicitudinẽ & incuriã. Fit itaq; vt ea quæ rebus præsentibus nimiũ curæ impenderit, pro virgine minus habenda sit. Cogitat aũt nupta quẽ admodũ placeat viro, vel forte quia & venustati & pulchritudini studet, vel quia rem familiarem optime curet, vel etiam quia inclementiorem se & parcam exhibeat.

Hoc aũt ad vtilitatẽ vestrã dico, nõ vt laqueũ vobis iniiciã. De virginitate sum, inqt, sermonẽ adortus, cũ eã vobis vidissem (qa molestia & cura vacaret, atq; cõduceret plurimum) profuturã. Nec eo id dixerim, vt aliqs cogã, vel inuit' virginitatẽ seruare. Laqueũ aũt necessitatem ipsam appellat, perinde ac si dicat, nullam vobis eius rei impono necessitatem.

Sed ad id quod honestũ est, & facultatẽ præbeat, sine impedimento dñm obsecrãdi. Vt honeste, inquit, & pure viuatis, hæc dixerim. Nã virginitate quid dici vel honestius potest, vel purius. Quinetiam vt coniugij perturbationibus liberi sine solicitudine supplicare deo possitis, in eumq; curam vestram vt omnem transferatis & cogitatum.

Si quis aũt turpẽ se videri existimat sup virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat, si nubat. i. Si eam locare viro maluerit, locet. Nil quidẽ cum id egerit, peccat. Est tñ satius virginem suam vt seruet, vt in sequentibus infert.

Qui autem statuit firmus in corde suo, nõ hñs necessitatem, potestatẽ aũt hñs suæ voluntatis & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginem suã, bene facit. Itaq; & q matrimonio iũgit virginẽ suã, bñ facit, & q nõ iungit, melius facit. Aduerte vti tn primis, & demiretur, & laudibus efferat q filiæ tueat virginitatẽ, stabilẽ illũ, & bñ fundatũ appellãs, & recto iudicio q̃ agat hũc facere. Iudicauit eñ, inqt, in corde suo. Qui igitur filiã alteri locat, instabilis est, & nihil habet in se firmitatis. Id nãq; clarius exprimit, cũ dicit, Qui necessitatẽ nõ habet, velut q nihil coactus potestatẽ habeat cui libitũ fuerit filiã suã matrimonio copulare. Quo fit, vt filiæ seruata virginitas, patri gloriã afferat. Nec minus & q filiã locat, recte agit. Non eñ nubẽdo delinqtur q̃dcunq; aũt in pc̃m nõ cesserit, recte & laudabiliter geritur. Est tñ satius lõge, nemini filiã cõnubio iungere. Id eñ est officij loco habendũ & miræ virtutis.

Secundæ nuptiæ. Mulier alligata est legi, quãto tpe vir eius viuit, q̃ si dormierit vir ei', liberata est, cui vult nubat, tm̃ in dño. Beatior aũt erit, si sic maneat scd'm cõsiliũ meũ. Puto aũt q̃ & ego & spm̃ dei habeã. De secundis hoc loco nuptijs cõmonefacit, quas & si videtur pmittere, beatiorẽ tñ hanc asserit, quæ nequaq̃ bis nupserit. Nã quemadmodũ primis nuptijs, præfertur virginitas, sic secũdis primæ sunt potiores. Legi itaq; alligata ẽ mulier. i. legi obstringitur, qua de adulterijs ipsis cauetur, ne adultera fiat, si viro supstite alteri copuletur, q̃ mortuo priori vinculo liberatur & lege, in dño tñ & solo si nubat, libertatẽ assеqtur. Hoc est, si Christiano D

Consilium Pauli quale sit accipiendum. iungatur, vel si in pudicitia maneat, & cœlibatu, & familiæ præsit, nullis affecta cõcupiscentię vitijs. Scd'm aũt meũ consiliũ eo intulit, ne videatur iniunxisse necessitatem. Affirmat tñ suũ consiliũ, p dei amplectendum sñia, inquiens: Puto eñi quod & ego spm̃ dei habeã, quod sane summam Pauli refert humilitatem, neq; enim habeo dixit, sed puto.

CAPVT. VIII.

De his aũt quæ idolis sacrificantur, scimus, qa oẽs sciam habemus. Sed scia inflat, charitas aũt ædificat. Erãt apud Corinthios perfectiores nõnulli q plane sentirent, nihil hoĩem posse ex his q̃ stomacho admittuntur, coinqnari. Et idola haud dubie scirent e ligno cõstare vel lapide, nec posse cuiq̃ illa officere: eos alioq indifferenter idolo℞ hmõi tẽpla adeuntes & aras, sese idolothytis ingurgitabãt. Quos cũ fidei in-

Idolothyta firmioris spectarent nõnulli, & vnã comedebãt, & immolatiõbus vescebatur. Nec tñ pari vel mẽte vel opinatione, vt q idola digna existimarent qbus imolaretur. Id sane factum, vt succenseret, Paulũ puocauit. Quid ni? Quod vtrisq; maximũ in modũ obesset & perfectioribus, qa dæmonũ mensæ participarẽt. Et minus pfectis, qa ad idololatriã impellerẽtur. Studet igitur id mali Paulus castigare, eoq; omissis (vt assolet sæpe) imperfectioribus illis, pfectiores alloqtur, reprimitq; in primus illo℞ quã ex hũana scia cœperãt, insolentiã, inquiẽs: Haudquaq̃ vos soli re℞ habetis cognitionẽ, sed cũcti nouimus nihil eẽ in hoc seculo idola. Scia tñ & mundana℞ re℞ cognitio nõ mõ nullã affert vtilitatẽ, sed maxime officit. Siquidẽ & tumidos reddit, & insolentes, q ea potiũtur. Eoq; & hoiem ã pximi mẽbris rescindit, nisi charitatẽ sibi cõsociauerit, q̃ & moliri cõtraria ꝑ, & ab ipsa supbia ẽ aliena. Quæcunq; eñi sine charitate, scia demolitur, eadẽ illa instaurat charitas, quæ proximi gratia oĩa facitat.

Si quis ãt existimat se aliqd scire, nondũ cognouit quẽadmodũ oporteat eũ scire. Amatoribus nitit idipsum patefacere & cõfirmare, nã & si cũ charitate cõiuncta hæc cõstat scia nec erit quidẽ hoc pacto pfectior. Q siquidẽ nemo sit in hac vita, q rei alicuius habeat vt habere oporteт cognitionẽ, vel si Petrus sit ille, siue Paul'. Quid ergo vos intumescitis, q sciam sitis sine charitate adepti? Qñ hanc ipsam vel si cum charitate haberetis coniunctam, nil tamen vobis quod esset perfectum, ex cogitatione capere licuisset.

Si qs aũt diligit deum, hic cognitus est ab eo. Quod sentit hoc loco hmõi est. Si quis videlicet

A videlicet proximũ amore prosequitur, & deum colat necesse est. Qui vero deũ coluerit, non deũ, inquit, cognouit, sed à deo est cognitus, hoc est, notus illi & familiaris efficitur. Qui ergo deo fit notior, à deo & scientiã sumit, Neq; hanc quidem perfecte assequitur. Noli itaq; si scientiam sis consecutus efferri, non enim perfecta est illa, nec tua virtute, sed dei munificẽtia comparata. Vide quot modis istorum frenet superbiam.

De escis aũt q̃ idolis immolant, scimus q̃a nihil est idolũ in mũdo, & q nullus est deus, nisi vnus. Rursum oĩbus cõmunẽ hãc scientiã facit, vt hoꝝ frenet elationẽ. Nã oẽs nouimus inquit, q̃a nihil est idolũ in mũdo, hoc est, q̃a nec viriũ habet nec potẽtiæ quippiam, neq; dĳ sunt idola, sed lapides, & dæmones potius. Et q̃m erãt inter Græcos idiotæ & sapientes, q̃ꝝ alteri ꝑter lapides ipsos nil vltrà cognitiõe assequebant, alteri diuinã idolis inesse potẽtiã existimabãt apud idiotas & humanæ huius sciẽtiæ expertes, nihil eẽ idolum in mũdo disseruit, apud philosophos, præter vnum esse alium neminem deum. Itaq; nec diuinitatis quidpiam in se idola ipsa habere, quandoquidem perspicue constet deum vnum esse, non multos.

Idolũ quid sit apud Paulum.

Nã si sunt q̃ dĳ dicant, siue in cœlo, siue ĩ terra (siquidẽ sunt dĳ multi & dñi multi) nobis tñ vnus deus pr̃, ex q̃ oĩa, & nos in illo. Q̃m dixerat nullũ ꝑter vnũ eẽ aliũ deũ, etiã etsi plurimos Græci asseuerarẽt, ne palã videat illoꝝ ĩpugnare religionẽ & deos, Vel si fuerint (inq̃t) q̃ dĳ dicant. i. ficti & cõmẽtitĳ, & verbo tenus, & noĩe, siue ĩ cœlo, vt sol & luna & astra reliq̃, siue in terra, q̃ꝝ diuinitatẽ cõmẽtiti sunt Græci, nobis tñ vn' est deus pr̃, à q̃ oĩa. Quib' dictis, rerũ cũctaꝝ cõditorẽ hũc arguit. Cũ vero & nos in ipso, inq̃t, fidei exprimit rationẽ, q̃ deo iuncti familiaritate nos sumus: Perinde ac si dicat, & ad ipm cõuersi sumus, & in ipsum pendemus.

Et vnus dñs Iesus Chr̃s, per quẽ oĩa, & nos ꝑ ipsum. Per filiũ (inquit) ad aliquid eẽ perducta sunt vniuersa, & nos insuꝑ ad hãc vitã & vt aurã hãc inspiremus iuducti. Neq; id solũ, quin etiã eo producti, vt bene nobiscũ ageret, & fideles effecti, ad veritatẽ ab erroribus trãsiremus. Cũ aũt deus vnus pr̃, legis, & vnus dñs filius, nõ tñ seiunctos hos dixeris, quasi pater dei sit nomen sortitus, & filius dñi. Varie eñ & filius dicit deus, vt patet ex his. Christus secundũ carnẽ, q̃ est suꝑ oẽs deos, & cõtra, pater dñs nũcupat, cũ inq̃t: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Sed q̃m apud Græcos cócionabat aplus, deoꝝ multitudinẽ profitẽtes, & potestates multiplices, propterea nec filiũ deũ dixit hoc loco, ne duos esse hos deos, patrẽ. s. & filiũ existimarẽt, vt q̃ plurimos deos asserere consueuissent. Neq; patrẽ dñm, ne multi eẽ apud nos dñi viderent, eóq; nec spũs fecit hic mentionẽ, cũ nollet audientiũ imbecillitatẽ penitus inculcare, Quẽadmodũ & prophetæ nihil aperte de filio, Iudæoꝝ gr̃a meminerũt, ne

Psalm 109
Paul' Christũ raro deũ vocet.

B huius passibilẽ existimarẽt natiuitatẽ. Propterea frequẽtius illud cõmemorat, inquiẽs: Non est deus ꝑter hũc quispiã, & vnũ esse deũ oĩbus cõstat, & dñm vnũ. Ad differentiã igitur cõmentitioꝝ deorum, nõ vt filiũ à patre seiungeret, vnũ deum patrẽ dixit. Et vt falsi dñi internoscerentur, * non pater, qui nihil à filio differt, vnum dominum, filium intulit.

Psal. 17. 117

* al's, non patrẽ dñm, q̃ nihil à filio differt, sed vnũ dñm filium & patrem.

Sed non in omnibus est scientia. Haudquaquã (inquit) id sentiunt omnes, deum videlicet vnum esse, non multos. Vel non omnes sciunt idola nullius esse momenti.

Quidã aũt cũ cõscientia vsq; nunc idoli, q̃si idolothytũ mãducãt: & cõscientia ipsoꝝ cũ sit infirma polluit. Quosdã dixit, cũ nollet eos oĩno vituperare. Erãt eñ nõnulli, q̃ ab idolorũ seruitute & cultu, ad Christi fidẽ se transtulissent, q̃ vsq; adhuc, hoc est, post fidẽ susceptã, idolothytis vescerent, ea mente, vt idolis immolarẽt. Idoli eñ (inquit) cõsciẽtia, hoc est mentẽ pristinã erga idola seruãtes, ducunt hæc aliq̃d esse, vereanturq;, quasi aliquid sibi possint obesse. Et ideo nequaq̃ dixit idola alios inquinare, sed hoꝝ pollui cõscientiã, perinde ac si imbecillẽ & fragilẽ, & cui nõ liceat internoscere, nihil esse hm̃oi idola, q̃nquidẽ neminem queant ꝑ se inquinare. Cæteꝝ intellige istiusmodi hoĩes rem haud absimilẽ pati, ac aliquis solet, qui pro Iudaica cõsuetudine in labẽ ducat demortuũ aliquid attrectare, deinceps cũ viderit idipsum conscientia pura alios prætentasse, hos veritus & manibus ipse attrectet, inquinetq; eius vel pristinam conscientiam, vt qui hæsitando id agat & trepidus.

Idolothyta manducantes.

Esca aũt nos nõ cõmẽdat deo. Ne forte occurrat quispiã, inquiens: Quid mea refert, si q̃s ꝑ imbecillitate turbet, cũ ipse pura cõscẽtia sumpserim cibũ? Arguit plane vel hũc, in deorũ q̃ contẽptũ sumit, cibũ nihili eẽ, vel si minus ex eo frater offendit, ꝑinde ac si dicat: Neq; hoc modo quidpiã egeris vel laude dignũ, vel deo acceptum. Nõ eñ esca nos deo cõiungit.

Neq; eñ si mãducauerimus, abũdabimus: neq; si nõ mãducauerimus, deficiemus. Hoc est, neq; si comederimus, abundãtius quidpiã consequemur, vel apud deum plus aliquid proficiemus, neq; si cibo abstinebimus, defectiores futuri sumus, aut imminuemur.

Videte aũt ne forte hęc licẽtia vr̃a offendiculũ fiat infirmis. His verbis hos territat. Nec sciẽtia vr̃a dixit, sed licẽtia, hoc est, petulãtia vr̃a & tumor, infirmiores offendit. Quod sane magis hos vrget & criminat, siquidẽ nec imbecillis, quibus ꝑstandũ auxiliũ esset, hi parcunt.

Si eñ quis viderit eũ, qui habet sciam, in idolo recũbentẽ, nõne cõscia eius cũ sit infirma, ædificabit ad mãducandum idolothyta? Hoc est te, quemadmodum asseris, perfectionem

C

adeptū si infirmior aliquis viderit idolothyta degustantē, nōne maiorem accepturus est causam, vt hmōi idolorū vescatur immolationibus, & magis ac magis in præsumpta iam de idolis opinione quod aliquid sint, confirmabitur? Id enim cum ædificabitur inquit, designat.

Et peribit infirmus frater in tua scia, propter quē Chrs mortuus ē.⌋ Erit nāq; alterius, cuius gr̄a Chrs mortē subiuit, occasio pditiōis tua scia, hoc est, tua pfectio. Siquidē Chrs mori pro fratre nil recusauerit: tu vero nec cibo quidē, & idolothytis abstines, ne fratrē offendas.

Sic aūt peccantes in fratrem, & percutientes cōscientiam infirmā, in Christū peccatis.⌋ Non eñ offendentes dixit, sed percutientes, vt horū arguat impietatem. Quandoquidem aliorū sunt infirmioris cōscientiæ percussores. Cū vero in Christum (inquit) delinquitis, ad ipsum iniquitatis apicem peccatū prouexit. Verū quo pacto id facinus in Christū admittitur? Nimirū quia Christi corpus & membra sunt, qui percelluntur. Et quam Christus ipse, proprij sanguinis profusione salutem ædificasset, istiusmodi percussores demoliuntur.

Quapropter si esca scandalizat fratrē meū, nō māducabo carnē in æternū, ne fratrē meū scandalizem.⌋ More optimi præceptoris, ex se quæ dicit, confirmat. Non eñ si iure dixit, quempiam læserim, sed quouis modo. Nec ab idolothytis intulit, abstinebo: sed, carne simpliciter. Vel si ea mihi sit in esum concessa, neq; vnū vel alterū diem, sed in vniuersum vitæ meæ. Id eñ in æternum significat. Nec demum vt perdam dixit: sed, ne offendam.

CAPVT IX.

NOn sum apostolus? non sum liber? nōne Chr̄m Iesum dñm nostrū vidi?⌋ Qm̄ dixit, si cibus fratrē meū offendit, nequaq̄ carnē māducauerim in æternū, Ne gloriari videat vel insolescere, cogitur tandē aperire, quēadmodū vel à cōcessis cibatibus cauerit, ne qrundā animū læderet, vel Chr̄o ipso iubente, vt is q euāgelium pdicaret, de euāgelio, hoc ē, ab his q ad fidē instruerent, sumeret victū. Ipse tñ, si optio det, malim equidē inedia cōfici, q̄ vt videar à vobis quidpiā accepisse, sed mearū manuū opa, vitæ mihi alimoniā cōparo. Erāt eñ, vt videt, apud Corinthios pceptores nōnulli pdiuites & opulēti, q gloriæ ducerēt alios gratis instruere, molirēturq́;, vt apostolo ad ignominiā cederet, q̄sit⁹ ex doctrina cibus. Qua re ipse animaduersa cauebat ne victū à discipulis sumeret, tāetsi esset id ei pmissum, mecū itaq; sic agit, inqt: Vos tñ nec idolothytis interea abstinetis, huc tñ oīs oratiōis huiusce sensus redigit. Nō sum inqt aplus? ne qs forte occurrēs inqat. Propterea nulla sumis à discipulis alimēta, qa tibi vt agas hoc, nō licet: vnde id infert: Quid illud? nōne & apostoli cæteri victū à discipulis capiūt? Etiā inqt: Quid igit? nonne & ipse aplus sum, vt illi sunt? Scilicet, nōne & liber sum? hoc est, neminē habēs, q me capere hinc victum phibeat. Et ne illud pterea obijceret. At in eo te superāt cæteri? qa viderūt dñm, sic infert: Nōne dñm Iesum cōspexi, & oīm postremo, vt abortiuo visus ē & mihi? Permagnū est sane oculis deū spectasse: vestri eñ (inquit) beati sunt oculi, quia videtis, q̄ nec prophetæ viderunt, nec reges.

D

Paulus a discipulis nihil accipiebat.

1.Corin.15 Math.13 Lucæ.10.

Nonne opus meum vos estis in domino?⌋ Quid tum inquiet aliquis: Si apostolus es, & apostoli officio fungeris, necdū tamē apostoli aliqd præ te tuleris facinus? Erat nanq; & Iudas aplus & dominū viderat. Propterea Paulus vt hæc obijcienti, occurrat, sic ait: Nonne opus meū vos estis? Sum itaq; apostoli ministerio functus. Et quoniam rem sane ingentem iactauerat, adiecit, in domino, hoc est, nec mea quidē virtute, sed domini potentia id egi.

Et si alijs non sum apostolus, sed tamen vobis sum.⌋ Nec equidem me terrarū orbis profiteor præceptorem: vobis tamen, nonne apostolus sum? Cur ergo à vobis nihil accepi, à quibus vt caperem maxime oportebat?

Nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino.⌋ Hoc est, si quis vult certior fieri, vtrum apostolus sim nec ne. Vos equidem in argumentum mei apostolatus ostento. Et vos hauddubie estis qui meum apostolatum & obsignatis & obfirmatis. Nam apostoli opera, qualiacunq; sunt, in vobis instituendis iam patefeci.

Nam defensio apud eos qui me interrogāt, hæc est.⌋ Quærētibus (inquit) certiores fieri vnde id liqueat me apostolum esse, vos ipse in meam defensionē propono, quos vt ostendero à me cuncta fuisse edoctos, omnes propulso, qui me eiusmodi rogitant.

Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi?⌋ A discipulis scilicet victū vt accipiamus, quod etsi factu fas sit, haud tamen hac ipsi licētia vtimur.

Nunquid nō habemus potestatē, sororē mulierē circūducēdi, sicut & cæteri apostoli & fratres dñi, & Cephas?⌋ Fœminæ vtiq; locupletiores sequebātur apostolos. Illisq́; & necessaria subministrabāt, & vacuos curis quibusuis reddebāt, vt prædicationi dūtaxat intēderēt vires. Aduerte aūt, quēadmodū oīm postremū posuerit Petrū, vt eū cæteris arguat pstātiorem. Quid eñ, inquit, alios cōmemorauerim, quādoquidē vel Petrus ipse hoc factitet. Fratres aūt dñi, Iacobū dicit Hierosolymorū episcopū, & Iohānem, & Simonē, & Iudā, hi nāq; carnis necessitudine erāt Christo coniuncti, vt ex virginis sororibus orti.

Iohānes & Iacob⁹ fratres domini cur.

Aut solus ego & Barnabas nō habem⁹ potestatē hoc operādi?⌋ hoc est, nū nobis nō licet

otio

A otio vitam ducere,cibariq; à discipulis vel nil operantes? Barnabas aūt eo adiecit, quia eiusdem secum difficultatis participaret,quippe qui proprio sudore sustentaretur.

Quis militat suis stipēdijs vnq̃? ⌋hoc est,proprijs sumptibus,cū milites oēs stipendijs publicis nutriant. Apte aūt rei militaris induxit similitudinē. Cōpetit nanq; vel apostolis ipsis militia,tū quia & periculis plurimis agitant,tum etiā quia sensibili oppugnantur ab hoste.

Quis plātat vineā,& fructū eius nō edit? ⌋Ex vineæ similitudine,apostoli labores prętendit,& summas calamitates & solicitudinē patefacit. Neq; totū fructum(inquit)comedit,sed de fructu. Nec pterea quo quis ex eo fructu ditescat,sed quis nō edit,dixit. Vbiq; cōmonefaciēs oportere ad necessitatē,nō ad luxū cuncta requiri,nihilq; quod modū excedat deposcit. Pastor de la

Quis pascit gregē,& de lacte gregis nō māducat? ⌋Nec quidē qui vel oues vēdit,eas efficet,dixit,vel lac totū absorbeat,sed de lacte comedat:arguens pceptorē paucis cōtentū esse cte comed & cibari necessarijs oportere. Pastoris vero sub noīe, diligentiā quandā prætēdit & studij at,nō lac magnitudinem,quod per præceptorem fit in discipulos exhibendum. totum absorbeat.

Nunquid secundū hominē hæc dico? An & lex hæc nō dicit? ⌋Hoc est,nō solū argumētis hūanis hæc affirmauerim,nec vllū habeo à sacris literis modo testimoniū,asseuerauerim equidē hauddubie hæc deo placere,& legem non humanā,sed diuinā esse quæ ista iniungit. Deute. 25

In Moysi enim lege scriptum est:Non alligabis os boui trituranti. ⌋Quod vult apostolus,abunde confirmat,ideoq; & boum inducit similitudinem. 1. Timot. 5

Nunqd de bobus cura est deo? ⌋Dicet aliqs,Nū deo vlla de bobus est cura? Ita sane,nec tñ adeo vt de ijs tulerit legē,sed aliud quiddā ille pēdit ex hac in bestias indulgētia,vt Iudæos,s.assuefaceret exercereteq;,vt & ipsi magistroꝝ curā susciperēt. Qua ex re certiores efficimur,qcunq; de animātibus brutis in veteri testamēto narrant,ad hoim cōferri doctrinam.

An propter nos vtiq; hoc dicit? Nam propter vos scripta sunt. ⌋Vtiq; illud tanq̃ in re certiore adiecit,ne vllum auditori contradicendi locum relinqueret.

Qm̃ in spe debet q arat arare, ⌋hoc ē,q alios instruit,sub spe debet laborē mercedis insumere.

Et q triturat sub spe fructus pcipiēdi. ⌋A seminis ad areæ transit similitudinē. Vnde & aploꝝ sudores plurimos patefacit,& quēadmodū ipsi ijdē & orādi officio & triturādi fungant. Et qm̃ qui arat,sola spe nititur:& q triturat,iā fructus aliquid percipit,ideo id intulit,& qui triturat,iā spei participat. Et ne quis occurrēs,id inquiat:Num ipse apostolis pro tot susceptis laboribus cibū dūtaxat in mercedē contuleris, sub spe addidit:hoc est,sub

B futuroꝝ bonorū expectatiōe,ita vt illa speranda sint,dum interea & hi per vos nutriantur.

Si nos vobis spiritualia seminauimus,magnū est si carnalia vestra metamus. ⌋Hoc loco rei æquitatem ostēdit,perinde ac si dicat:Nequaq̃ sunt pro nostris collatis in vos beneficijs paria,quę ipsi rependitis præmia. Nos enī vobis spiritalia seminauimus:num igitur magnū debet videri,si vos contra,redditis quæ carnalia sunt? cibum videlicet.

Si alij potestatis vestræ participes sunt,quare nō potius nos? ⌋Adulterinos quosdā designat hoc loco Paulus instructores,q impudēter & imperiose ab his dona psentia exigebāt, Adulterini & ideo nō illud expressit,quod alij vestra bona accipiūt,sed si potestatis vestræ participant, pceptores. dixit:id est,si vobis dominātur & imperāt,& vt obsequētissimis seruis vtuntur,nōne longe magis & nos qui veri sumus apostoli, sumere à vobis vitæ necessaria deberemus?

Sed non vsi sumus hac potestate. ⌋Et si liceat nobis vt à vobis cibemur,nil tamen hac sumus licentia vsi,ne ipsi offenderemini. Cum vos interea nil protsus ab idolothytis abstineatis,ne alios irritetis,qui infirmioris sunt fidei fratres.

Sed oīa sustinemus,ne quod offendiculū demus euāgelio Chri. ⌋Dixerit quispiā:Idcirco aliquid nō accepisti,quia aliena ope nihil indiguisti. Quinimo inquit,vel in magna rerū angustia cōstituti,oīa toleramus,inediam videlicet,sitim,& nuditatē,ne aliquod offendiculum demus,qd græce ἐγκοπὴν, latine dicere significātius intermissionē possumus vel intercisionē, Hoc est,vt nihil ipsi in euangelij pdicatione,vel moræ,vel dilationis afferamus.

An ignoratis qm̃ q sacra operant,de sacrario edūt? ⌋Nō satis superioribus cōtentus testimonijs,ex lege & alia cógerit,arguēs, quēadmodū sibi fas sit à discipulis vitæ necessaria Deut. 18 sumere. Et qm̃ qd de boue triturāte iā dixit,in rē suā diuerterat,asserit legē mādari apertius vt victitēt ex bonis sacrarij,q sacra ptractāt,leuitæ videlicet,q pro gradu sacerdotibus erāt inferiores. Nec sane dixit,vt ex oblatiōibus ederēt:sed,ex sacrario. Ne vel q aliquid caperēt puderet accepti,perinde ac ab hoībus alerent,vel qui impertirent his sua,insolescerent.

Qui altari insistūt,altaris fiunt participes, ⌋hoc est,sacerdotes vel sacerdotū primores. Cū aūt insistūt inquit,assidua quædam ptenditur seruitus. Non enī qui sacra sapiūt,dixit,vt ostendat vel in his esse modū seruandū. Nec esse cumulādis pecunijs incumbendū. Nec à sacrificantibus dixit,aliquid sumūt,sed altaris fiunt participes. Oblata siquidem haudquaq̃ de cætero erāt offerentiū iuris, sed in sacrarij & altaris potestatem cedebāt. Participes eo aūt Exod. 29 dixit,quia immolatoꝝ animantiū sanguis in altare perfundebat,adolebaturq; adeps & igni Deut. 18

C

consumebatur. Carnis vero portionem sacerdos sumebat, pectusculum scilicet, & armum dextrum. Erant itaq; holocaustomata ipsa & sola altari & sacrario mancipata.

Matth. 10
Lucæ. 10

Sic & Chr̄s p̄cepit euãgeliũ p̄dicãtibus, vt de euãgelio viuerẽt. ⌋ Q đ erat oĩm fortius po strenũ posuit. Quid multa inquit? Dñs ita iniunxit leges sanciẽs veteri testamẽto cõformes Et queãdmodũ supius dixit de sacrario edendũ, sic & hoc loco mãducãdũ asserit, nõ ex discipulo͞r facultatibus, sed de euãgelio, ne forte supbiãt q aplos sustẽtarẽt. Neq; em̃ (inqt) tu ĩis alimoniã subministras, sed ꝓpria q̃dã industria, hoc ẽ, euãgelij enũciatio aplos alit. Et sane viuerẽt dixit, nõ mercaturã exercere, vel thesauros accumulare, ꝓh dolor, vt factitãt multi.

In sacerdotes vel prædicatores, mercaturã exercẽtes. als, etiam

Ego aũt nullo ho͞r sum vsus. ⌋ Videlicet neq; pro allatis p me exemplis, nec pro veteris testamẽti licẽtia, nec *demũ pro Chr̄i ꝑmissu, re vlla vr̄a sum vsus, vt victũ à vobis acciperẽ.

Nõ aũt scripsi hæc, vt ita fiãt in me. ⌋ Ne qs forte occurrẽs sic inqat: qd illud si in p̄sentia hac min⁹ veteris ꝑtãte, vti tñ in futu͞r vis, & idcirco hęc iactitas, castigat mox q̃d antea ꝓtulerat? Haudquaq̃ ꝓpterea ad vos ista p̄scripsi, vt ita fiat in me, hoc est, vt alqd à vobis accipiã.

Bonũ est em̃ mihi potius mori, q̃ vt gloriã meã qs euacuet. ⌋ Malim (inquit) inedia cõfici, q̃ vt euacuet quis, hoc est, q̃ gloriã meã vacuã arguat. Et inanẽ gloriã vero, vt gaudij exprimat magnitudinẽ, dixit, q̃ proculdubio afficiebat ingẽti, q gratis euangeliũ p̄dicaret. Sed dicet aliquis: Hauddubie dolens id Paulus ac mœrens, animo iniquo ferebat, q̃d nihil acciperet. Vt itaq; suspitionem hanc tollat, tantum inquit à mœrore absum, vt gloriæ ducam.

Si em̃ euangeliũ prædico, nõ est mihi gloria. Necessitas em̃ mihi incũbit. Væ aũt mihi si nõ euãgelizauero. ⌋ Dicet aliqs, Quid ais? Nihil prorsus tibi euãgeliũ cedit ad gloriã, sed qa gratis hoc p̄dicas, laudẽ vendicas. Erit ergo p̄stãtior tua hæc in euangelio liberalitas? Absit inquit, Est quippe mihi iniuncta euangelij p̄dicatio, exequiq; & iussa obstringor. Quo fit vt

Volũtaria libertas gloriã promeretur.

haudquaq̃ laudi mihi sit adscribẽdum, si pfecero iniunctũ officiũ. Quin potius væ mihi, si minus id exequar. Vapulãdũ em̃ mihi & multis esset, vt q nihil pro dei p̄cepto iam peregissem. Gratis aũt euãgeliũ prædicare, voluntaria quædã est libertas, eoq; & gloriã promeretur. Illud vero, necessitas mihi incũbit, vt nõ liberum demat arbitriũ dixit, sed vt suã exprimat animi promptitudinẽ, qua dei iniunctum prædicandi euangelij munus exceperit. Nec minus vt formidine teneri se arguat, ne pœnas luat, si iussa dei non exequatur.

D

Si em̃ volẽs hoc egero, mercedẽ habeo: si aũt inuitus, dispẽsatio mihi credita est. ⌋ Si mihi inqt, istiusmodi euãgelij p̄dicatio demãdata nõ esset, obireq; id muneris vltro, hauddubie mercedis plurimũ vẽdicarẽ. Si vero illa mihi ẽ nec postulãti cõmissa, p̄spicuũ sane me haud spõte id agere, sed dñi mãdatũ cõplere, Id em̃ inuit⁹ designat, Quo circa nihil mihi illud ẽ vł liberalitati vel glorię accẽsendũ, creditã siquidẽ dispẽsationẽ administro. Attẽde aũt queãdmodũ nõ illud intulerit, videlicet si inuitus, mercedẽ nõ habeo, vt ostẽdat se p̄dicãdi euãgelij gr̃a habitu͞r mercedẽ, tãetsi dñi exequat̃ mandatũ, alioq absurdũ foret, si apli oẽs pro hmõi suscepto p̄dicatiõis munere nihil essent præmij accepturi: tametsi haudquaq̃ tãtundẽ futurũ sit, vt is mereat̃, qui mercede & præmio, quãto is cõdonat̃, qui gratis euãgelium p̄dicauerit.

Quæ ergo est merces mea? Vt euangeliũ prædicans, sine impensa ponã euangeliũ Chr̄i, vt nõ abutar ꝑtãte mea in euãgelio. ⌋ Hæc (inquit) est vtiq; merces vberior, & laude nõ indigna, vt nõ abutar potestate mea, hoc ẽ, vt penitus vtar. Simplicẽ em̃ & nõ intentiorẽ vsum, abusum dixit, vbiq; Paulus potestatem, pro bonis p̄sentibus nuncupat arguens plane, & qui ad vitæ necessitatem hæc bona accipiunt, nihil delinquere. In euangelio autem dixit, vt ostẽdat eum qui euangelio insudauerit, non qui otio torpeat, accipere aliquid debere.

Nam cum liber essem ex omnibus, me in seruũ addixi, vt omnes lucrifacerem. ⌋ Nõ modo, inquit, cum potestatẽ haberem, nihil accipiebã, quin etiam cũ liber essem & nulli obnoxius, nec ductus necessitate, meipsum seruitute obstrinxi. Non vnicuiq; aut alteri, sed terrarum

Actorũ. 16

orbi vniuerso. Nec tanq̃ adulator aliquis, vt morem alijs gererem, sed vt multis conducerẽ, quandoquidem vt cunctis prodessem minus liceret.

Et factus sum Iudæis tanq̃ Iudæus, vt Iudæos lucrarer. ⌋ Quemadmodum cũ Timotheum circuncidit. Neq; enim Iudæus effectus sum inquit, sed tanq̃ Iudæus, vt arguat dispensatione quadam fuisse per se id rei gestum, vt tunc circuncideret.

His q sub lege sunt, q̃si sub lege essem, vt eos q legi eẽnt subiecti, lucrifacerẽ. ⌋ Proselytos

Proselyti

fuisse hos cõstat, q̃s cõparasset, vel Iudęos nõnullos, q etsi fidẽ susceperãt, adhuc tñ à lege pẽdebãt. Talẽ aũt se cuiq; exhibebat aplus dispẽsatione quadã & arte, vt alios in viã reduceret.

His qui sine lege erãt, tanq̃ sine lege fui. ⌋ Sine lege eos fuisse dicit, qui cũ ex gentibus es-

Actorũ. 17

sent, nullã haberẽt Mosis legẽ. Qualis Cornelius fuit, vel forte Athenienses hos asserit, quorũ infirmitati cõdescendisse est visus, cũ apud eos ex altari, ignoto deo sacrato, concionatus de Chr̄o, nõ tanq̃ de deo, sed tanq̃ de hoĩe copiose disseruit, quippe qui nondũ vel audire tale quid potuissent, vel diuini mysterij profunditatẽ mente cõplecti, sed Christum existimarent fuisse in deũ relatũ, qualis apud eos Hercules habebat̃, & Aesculapius & cæteri, qui ex homini-

A hominibus dij facti sunt. Tanq̃, aũt vbiq; idcirco adiecit, vt intelligas eum, non certo hæc animi iudicio, sed simulato egisse, vt eos pelliceret, vel ad veritatem euangelicã accenderet. Apud Athenienses Paulus concionatus.

Cum sine lege dei nõ essem, sed in lege essem Christi, vt lucrifacerẽ eos q̃ sine lege erãt. ⌋ Ne forte existimes Paulũ, cũ apud eos q̃ lege carerẽt concionaret, vel mentẽ immutasse, vel aĩo fuisse à vera Christi religione alieno, sic infert: Cũ sine lege dei non essem, hoc est, cũ minime essem à lege diuina alienus, sed legẽ haberẽ, nec legem simpliciter, sed Christi legem, id est, veteri legi præfero Christi legem. Cur illud: Vt qui sine lege sunt lucrifaciam.

Factus sum ĩfirmis tanq̃ infirm⁹, vt ĩfirmos lucrifacerẽ. ⌋ Vel q̃a à vobis, q̃ aĩo estis imbecillo & facile offendimini, nil prorsus vel deposci ĩ vitę alimoniã vel accepi. Vel q̃a tũc ipse infirmior sum ĩfirmis effectus, cũ plane p̃specta auditorũ infirmitate, nil de filij & spũs diuinitate differerẽ.

Omnibus factus sum oĩa, vt oĩno saluos nõnullos facerẽ. ⌋ Quid multa? Oĩbus pro singulorũ cõditione, & indulsi & cõdescendi, tãetsi minus cõfiderẽ cunctis me pariturũ salutẽ, sed vt aliquos saluos redderẽ. Quod sane debet magis mirũ videri, quippe cũ haudquaq̃ sit admirãdũ, si q̃s maioris vtilitatis & fructus gr̃a, laboris multũ insumat. Sed illud debet hauddubie magnũ existimari, cũ parui cõmodi causa plurimũ q̃s ĩsudet. Omnino aũt adiũxit, vt p̃ceptores reliquos solaret, Qui etsi oĩbus nequeãt docẽdo pro eorũ cupiditate salutẽ afferre, nil prorsus debeant inerti otio contabescere, cum vel paucis sint profuturi.

Hoc aũt facio propter euangeliũ, vt particeps eius fiam. ⌋ Euangelij appellatione fideles exprimit, q̃ salutẽ sint p̃ euangeliũ assecuti, Queadmodũ & superius dixit, de euãgelio viuere, id est, ex fideliũ ope vitã ducere. Vt igitur, inq̃t, cũ fidelibus queam & palmæ & coronarũ portionẽ sortiri, id ago. Neq; eñi mercedis spe vlla id ille agebat, sed vt Corinthijs p̃suaderet fratrũ gr̃a & supernorũ bonorũ expectatiõe, vel ingrata quæq; & iniucũda aggrederent. Attende apostoli humilitatẽ, qui cũ inter cæteros fideles primatũ teneret, horũ se numero in bonis cœlestibus participãdis adiecerit, & sociũ fecerit, qui simplicem sunt fidem adepti.

Nescitis q̃a qui in stadio currũt, oẽs quidẽ currunt, vnus aũt accipit brauiũ? ⌋ Cũ dixisset fratribus esse cõdescendendũ, acrius illos coarguit seueritatis. Perinde ac si inquiat: Nequaq̃ existimetis, & si fidẽ Christi iã exceperitis, & ecclesiæ stadium ingressi iam sitis: satis id vobis ad salutẽ futurũ, queadmodũ neq; cursoribus ipsis in stadio cucurrisse sat est, nisi ad brauium vsq; p̃tenderint. Quod etiã p̃ vos vt attingat, erit totis viribus annitendũ, tãetsi in dis-

B crimine haud paruo versemini, ne illud vos comprehendatis. Qui vt vestræ quadam perfectiõis p̃sumpta opiniõe, neglectis fratrib⁹ & nil eorũ habita rõne, idolothytis ĩgurgitamini. Idolothyta

Sic currite vt cõprehẽdatis. Oĩs aũt q̃ in agone cõtendit, ab oĩbus abstinet. ⌋ Eo, inq̃t, vobis ineundus est cursus, vt p̃posita p̃mia cõsequamini: q̃d vtiq; sine charitatis p̃sidio (quã profecto nullã habetis) fieri nõ p̃t, p̃sertim cũ p̃fectiores vosipsos existimetis, q̃d tñ est lõge sec⁹, quippe q̃ nondũ brauiũ cõprehẽdistis. Vt aũt arguat magnũ in modũ hos iminutos, vt q̃bus ex vẽtris ingluuie & fornicatio & ebrietas insit, sic infert: Qui in agone cõtẽdit, ab oĩbus abstinet. Neq; eñi ẽ ab hoc tẽperãdũ, ab illo min⁹, sed ab oĩbus dixit. Pernoscite ergo q̃ lõgo sitis à brauio interuallo, & modũ p̃discite, i. tẽperãtiã ipsam, qua palmã emeriti, coronemini. Brauium, victoria.

Illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiant, vos aũt incorruptã. ⌋ Perinde ac si inquiat: Quàm rei hmõi pudere vos debet. Siquidẽ corruptibilis illi coronæ gratia, oĩbus in rebus continentes se præbeant, non itidem ipsi egerimus pro incorruptibili consequenda.

Ego quidẽ sic curro, nõ quasi in incertũ, ⌋ hoc est, nil temere ago, vti vos cõsuescitis, q̃ vt idolothytis vescamini, alios perditis. Q̃d sane p̃ vos cũ incõsideratius fiat, in incertũ hauddubie & frustra decurritis. Atqui Paulus optimi in morẽ magistri, sese in exemplũ producit. Paulus se in exemplum adducit.

Sic pugno, non quasi aerẽ verberans. ⌋ Habeo eñi dæmonẽ ipsum, & carnẽ reluctantẽ, quam plagis affligam. Vos tamen hãc haudquaq̃ vrgetis, nec verberibus vllis afficitis, quin vestræ potius mentis perfectioni confisi, fratres offenditis.

Sed castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo. ⌋ Arguit hoc loco Corinthios gulæ fuisse & vẽtri addictos, fouisseq; itẽ id vitij sub q̃dã p̃fectiõis p̃textu, q̃a p̃fectioris se fidei crederẽt. Ipse vero inquit: Laborẽ subeo oẽm, vt cõtinẽtius viuã. Castigo eñi corpus meũ, hoc ẽ, aduersus carnẽ depugno: ὑπώπια græce, vnde verbũ ὑπωπιάζειν, q̃d castigo interp̃tatũ est, liuores dicim⁹ q̃sdã qui sub oculis infligunt, cũ pugnis res agit & decertat. Qua ex re ingẽs illud patefacit certamẽ, q̃d naturæ infert. Corpus eñi hoc nostrũ violẽta quadã tyrãnide aĩæ aduersat, ĩpugnatq;, vt hostis acerrimus. Cũ eñi castigo inq̃t, & plagis se illud arguit affecisse. Mox insup̃ & in seruitutẽ redigo intulit, vt intelligas haud aliter illud, q̃ in serui morẽ eẽ habẽdũ, lasciuiẽtis & cõtumacis. Frenandũq; idipsum, ut à dño, nõ ut ab hoste. & subiugãdũ.

Ne forte cũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. ⌋ Vel hisce ex uerbis abstinẽtiores hos reddit, perinde ac si inquiat: Si mea hæc haudquaq̃ est ad salutem satis uel doctrina, uel prædicatio, nisi & insontem me quibusuis præbeam, & prauis liberum facinoribus: quo pacto ipsi per solam fidem assequi salutem poteritis, qui tot sitis peccatis deuincti.

CAPVT X.

NOlo aũt vos ignorare fratres, quẽadmodũ patres vestri oẽs sub nube fuerũt, & oẽs C
mare transierũt.⌋Enumerat quãtis à deo fuerint Iudæi dignati muneribus, osten
ditq́ꝫ vti ex his plerıqꝫ, & si tã multis affecti bñficiis, nil tñ fuerint deo gratificati.
Hæc aũt inquit, vt plane demõstret, quemadmodũ vt Iudæis, etsi donis sint affecti
pcipuis, nil tñ sit visa ea res profuisse, vtpote q nullũ ex se benemerẽti deo munus repẽderẽt.
Sic vobis Corinthij fides ipsa, aut collata in vos spiritaliũ mysteriorꝫ beneficia, nil haud du-
bie sunt pfutura, nisi vosipsi diuina grã dignos exhibeatis. Fuisse aũt sub nube oẽs hos inqt,
Psalm. 104 sicuti & propheta testatur: Extendit nubẽ in protectionẽ eorꝫ, & mare omnes transierunt.
Et oẽs in Mose baptizati sunt, in nube & in mari.⌋Sunt ẽm hi Mosi & nubis vmbracu-
Exodi. 14 lo & maris traiectu effecti participes, Nã cũ priorẽ Mosem transeuntem spectassent, flucti-
Baptismi bus se cõmiscuerũt: cuiusmodi rei iam olim gestæ figura & in nobismet cõtigit. Nam Christo
figura. prius mortẽ obeunte, & paulo post resurgẽte, eius mortẽ tum plane defermus, cũ baptismi
aquis immergimur, tũc demũ resurrectionẽ significamus, cũ ex aquis educimur. Baptizati
als, præfe itaqꝫ in Mose sunt, quia illo videlicet, ad figurã baptismatis & duce sunt vsi & præuio *præ-
rebatur cedebatur vel ex eo tempore baptismati figura huiusmodi in nube & in maris transgressu.
Et oẽs eandẽ escam spiritalẽ manducauerũt, & oẽs eundẽ potũ spiritalem biberunt.⌋Vt
Deut. 8 ẽm nos baptismi aqua perfusi, corpus dominicũ manducamus, sic & manna illi, mari traie-
Nume. 20 cto, in esum sunt vsi. Et quẽadmodũ ipsi dñi sanguinẽ bibimus, sic illi erumpẽtem e percusso
lapide aquam biberunt. Hæc quidem Paulus spiritali quodam differit sensu, Nam etsi hæc
sensibilia erant, haud tamen naturæ consentanea, sed spiritus gratia gerebantur, quæ gratia
cum corpore vna & animas alerer, & ad fidem & credulitatem induceret.
Bibebant aũt de spiritali consequẽti petra: petra aũt erat Christus.⌋De esca quidẽ cũ me
minisset, nulla prterea indiguit assertione, q p se satis pateret: nec quicq̃ esset à sui natura im-
mutata. In potu vero, quia eius dũtaxat subministrãdi modus immutaret assertionibus vtit,
dicẽs: Nequaq̃ lapides ipsius naturã potũ hũc præstitisse, q etsi alias scaturisse cõcedit: ursi spiri
Nume. 26 ralis tamen alius lapis id omne operabatur.i. Christus. Cõsequẽti aũt eo dixit, vt ostẽderet
Christum eundem hunc illis vbiqꝫ affuisse, & miracula huiusmodi factitasse omnia.
Verũtñ nõ in pluribus eorꝫ bñplacitũ est deo. Prostrati ẽm sunt in deserto.⌋Etsi amo
ris indicia pleraqꝫ erga Iudæos ostẽderit deus, nihil est tñ horꝫ maiorẽ in partẽ opibus oble D
ctatus. Nõ ẽm oẽs sunt reprobati, sed plurimi. Cũ aũt in pluribus inqt, designat idcirco nihil
innumerã multitudinẽ pfuisse Iudæis, qa nullũ ipsi erga bñficũ deũ, amorẽ ptulerint. Cũ ve-
ro prostrati sunt dicit, repẽtinã Iudæorꝫ pditionẽ & stragẽ & diuinitus in hos illata suppli-
Hæc aũt in figura facta sunt nostri, vt nõ simus ipsi cõcupitores malorũ, (cia patefacit.
quẽadmodũ & illi cõcupierunt.⌋Haud secus Iudæorũ tormẽta pserunt futurorũ figuras, ac
in eos collata bñficia prætulere. Arguit aũt hoc loco Corinthios, nõ modo cruciatũ iri, sed
acerbioribus esse q̃ Iudæos pœnis afficiendos, Quãdoquidẽ horũ facta nostri figurã expsse-
rint: nos vero rem ipsam verã, certioremq́ꝫ præferamus. Vtq́ꝫ donorum magnitudine alios
ipsi excedimus, sic pœnis maioribus afficiemur, si deũ delinquẽdo offendimus. Cum aũt ma
lorũ inqt cõcupitores, omne malignitatis genus expressit: siquidẽ ab ipsa cõcupiscẽtia vitiũ
quoduis emanat. Deinceps per species vitia ipsa edifferit, quæ illi concupierunt, ali nimirũ
carne deorꝫ priuatorũ. Sicuti in sequentibus Paulus patefecit horum idololatriam.
Exod. 32 Neqꝫ idolis seruientes efficiamini, quẽadmodũ nõnulli eorũ, sicut scriptũ est: Sedit popu
lus mãducare & bibere, & surrexit ludere.⌋Primũ hos carpit, q idolothytis vescerent, ostẽ-
ditq́ꝫ quemadmodũ illi gulæ vitio sint in idololatriã hanc ipsam prolapsi. Choreis nãqꝫ cir-
ca vitulũ constitutis, & in propatulo tripudiantes ludebant. Sic (inquit) & ipsi in discrimine
estis præ vestra ingluuie, & immolationum esu huiusmodi, ne in idolorũ cultum labamini.
Vbinam ergo vestra illa quam iactitatis perfectio, quæ ad idololatriam ducit?
Nume. 25 Neqꝫ fornicemur, sicuti nõnulli eorum fornicati sunt: & ceciderũt in vna die vigintitria
millia.⌋Rursum fornicationis hic meminit, & continenti castigatione dicta sua obfirmat,
cuiusmodi fornicationis delictũ, ortum ab ipsa ingluuie ducit. Quæret aliquis: Quonã tem
pore tria hæc & viginti millia occubuerũt? Nempe cũ ex Madian mulieres, Balaan cõsilio
Historia & instinctu in aciem prodijssent, Iudæorũ iuniores ad se traxerunt, eosq́ꝫ per concubitum
Madian. & fornicationem vt Beelphegor immolarent, prouocauerunt, ceciditq́ꝫ populus in acie.
Ibidem. Neqꝫ tentemus deum, quemadmodum quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus in-
terierunt.⌋Indicat sane hoc loco Corinthios signa efflagitando, deum tentasse.
Nume. 21 Neqꝫ murmuraueritis, sicut quidã eorꝫ murmurauerũt, & perierunt ab exterminatore.⌋
Id est, ab exitiali quadã dei potentia. Ostendit præterea eos nihil virilitee tulisse aduersum,
Nume. 14 sed murmurando dictitasse. Quando aduenient bona, & mala cessabunt?
Hæc aũt sub figura contingebãt illis, Scripta sunt aũt ad cõmonefactionẽ vestrã, in quos
fines

A fines seculoꝝ deuenerũt. ⌋ Cũ,inqt,hęc scripta eẽ vt instãtis piculi admoneremur, Corinthi os pterrefacit. Sũt eñ nobis eo horribiliora qdã supplicio expectãda, q maiorib⁹ fumus do nati bñficĳs. Quinetiã & finẽ eis imminere ostdit, neq; momẽtanea asserit futura esse tormẽ ta, sed sempiterna qdã, quæ post mundi cõsummationẽ nos excepturasint. Iam enim dei iudicium illud pro foribus adest, cum mundi huius secula nacta sunt finem. Iudiciũ dei p foribus adest.

Itaq; q se stare existimat, videat ne cadat. ⌋ Rursum eos q ob suã sciẽtiã supbirẽt, conspi cuos facit, ingens: Et si stabilẽ te permanere arbitraris, cauendũ tñ ne ,plabaris. Quinetiam hæc tua stabilitas nihil habet in se firmitatis. Siquidem etsi tibi consistere videris, nõ tamen certo es gradu stabilitus. Vel si stabilis fueris, facilis est ex desperatione casus.

Tẽtatio vos nõ apphẽdat, nisi hũana. Fidelĩs ãt de⁹, q nõ pmittit vos tẽtari supra id qd potestis, sed faciet cũ tẽtatiõe & ,pueñtũ, vt ferre possitis. ⌋ Qm̃ his timorẽ inieceerat, cũ diceret: Qui se stare existimat, videat ne ,plabat. Erãt eñ molestĳs & tẽtationibus plerisq; affecti, ne forte dixerint: Quid nos territas? q etsi tẽtatiões q̃ multas tolerauimus, nequaq̃ tñ collapsi su mus? Rñdet, qm̃ nulla vos corripuit tẽtatio, nisi hũana. i. exigua quædã, & mediocris. Hũanũ eñ vbiq; Paulus tenue qppiã & exile appellat. Mox etiã hos cõsolat suadens, vt oculos ad deũ intendãt, vt qui veridicus sit, & nil mentiat, qppe q sit ea pollicitus: Venite q laboratis, & ego reficiã vos. Neq; ille vos finet vltra vires tẽtari, sed inuadentẽ vos tentationẽ effi ciet æq proportione vrĩs viribus rñdere. Quin potius oĩs tentatio nostras superat vires, nisi opẽ tulerit deus, feceritq; cũ tẽtatione ,pueñtũ, hoc est declinare tentationẽ nos faciat, & liberos reddat: celerius. s. pbeat tentatiõis effugiũ, simul ac tẽtari cœperimus, ita vt ob repentinã liberationem omnem huiusmodi possimus tolerare molestiam. Vel facturus est, inquit, prouentũ, vt ferre queamus aduersa. i. vt leuior nobis videatur tentatio, & toleratu facilior. Matth. xi.

Propterea frẽs declinate idolotriã. ⌋ Postq; eos satis coarguit, solat tãdẽ cũ frẽs appellat. Nec vltra eos q frĩbus obeẽnt ab idolothytis arcet, sz qa rẽ ipã iprobet, & detractet idolis dictitãs id eẽ immolãdo iseruire, celerẽq; ab eiusmodi esu secessum exposcẽs, declinate inqt.

Vt prudẽtibus loqr, vosipsi iudicate, qd pdico. ⌋ Cũ crimẽ in hos graui⁹ cõieciſſet, idoloꝝ cultũ appellãs, q̃ hĩ factitarẽt, lenit breue id dictũ & mitigat, sõtesq; hosipsos & noxios cõ stituit iudices, qd sane ,ppriĩs verbis, vt certis & veris fidẽter affirmat, pinde ac si inqat: Nil alioꝝ ope indigeo, q ea de re sententiã ferant, quin poti⁹ velim vosipsi vt sapiẽtes iudicetis.

B Calix bñdictiõis cui bñdicimus, nõne cõicatio sanguinis Chri ẽ? ⌋ Hoc ẽ, gfaꝝ actionis. In manibus naq; illũ habẽtes, gfas ei haud dubie agimus, q nri gfa sanguinẽ suũ effuderit, dignatusq; nos sit bonis ineffabilibus. Nõ eñ participatio dixit, sed cõicatio, vt plus aliqd exprimat, summã. s. coniunctionẽ. Quod aũt dixit, tale est: Sanguis eñ iste qui calice contine tur, ille est, qui Christi e latere profluxit. Hunc ipsi cũ sumimus, participamus, hoc est, Chro cõiungimur. Nõne igitur vos pudet Corinthĳ, cum ad idolorum calicem, ab hoc Christi decurritis poculo, qui vos ab idolis liberauit. Sacramentum eucharistiæ. Iohan. 19

Panẽ quẽ frãgimus, nõne cõicatio corpis Chri est? ⌋ Qd in patibulo minus sustulit dñs, qppe cuius neq; os fuerit cõtritũ, hoc nri ob gfam cõfractus patit. Quẽ enim frangimus, in quit: Cõicatio aũt corporis Chri est, eo intulit, quia queãdmodũ corpus illud Christo vnitum est, sic & nos illi per panem hunc copulamur. Cõmunio

Qm̃ vnus panis, vnũ corpus multi sumus. ⌋ Cũ cõicatio corporis ẽ, retuliſſet: cõpertũ no bis sit, aliud eẽ qd cõicat, aliud qd cõicaſ. Et aliud nũc qd pftãtius ẽ, sic, ingens, patefacit, idẽ nos sumus q Chri corpus. Quid eñ ẽ panis & Chri corp⁹. Qd aũt huius participãtes red dunt, nimiꝝ Chri corpus. Nõ ergo multa sunt nra corpora, sed vnũ. Nã queadmodũ panis vnus e pluribus granis cõficitur, sic & nos plures cum simus, vnum efficimur Chri corpus. Simile.

Oẽs quidẽ de vno pane participamus. ⌋ Cũ itaq; vnum simus, q pacto inter nos charitate seruata, nõ in vnũ inuicẽ cohæremus, psertim cũ Paulus dicat, eo nobis dñs corpus propriũ impertiſ, vt sibi nos copulet, & nexu qdã mutuo reddat ppinqores. At vbi prior illa carnis natura prauis ẽ facinoribus corrupta, & vitæ cœlestis effecta est expers, suã deus cõtulit nobis, nr̃æ assimilẽ q & pctõ careret, & vitã largireſ. Vt ei⁹ effecti participes, & sibi admiscere mus, & vitam duceremus innoxiam, vtpote qui vnum efficimus cum Chro corpus adepti.

Videte Israel scdm carnẽ: nõne q edũt hostias, participes sunt altaris? ⌋ A crassioribus, in qt, exẽplis erudimini. Intelligẽtes, qd p vos geriſ, idoloꝝ pfert cõmerciũ. Scdm carnẽ Israel dixit, vt arguat scdm spm̃ & ipsos cõstare. Aduerte ãt, queãdmodũ id fiat. De Iudęis naq; nil intulit natura qd de eo participarẽt, sed altaris sunt participes dixit. In q qd immolandũ fuiſſet, impositũ igni cõsumebaſ. De Chri ãt corpore haudquaq̃ res ita se habet, sed Christi corporis fuit participatio. Non enim altaris sumus, sed dominici corporis ipsi participes.

Quid ergo? Dico quod idolis immolandum sit aliquid? vt quod idolum sit aliquid? ⌋ Veritus ne videretur ægre tuliſſe, perinde ac si aliqua ineſſet idolis virtus, sic infert: Non eo vos ab idolis abigo, quasi illa aut obesse queant, aut prodesse, quippe quę nihil sunt prorsus.

Sed quoniam nullum deo offerretur sacrificium, vnde sic addit.

Sed quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non deo.⌋ Haud itaq; ad dñi nostri inimicos tanto vos studio conferatis. Nam si regia mensa omissa, ad fontium & damnatorꝫ cœnam procurreres, longe hauddubie aberrares. Neq; eo ꝙ nocumentum illa, aut vtilitatẽ sit allatura, sed quia ad iniuriam regiæ mensæ id cedere videretur.

Nolo aũt vos socios fieri dæmoniorꝫ.⌋ Si enĩ q mysticæ mẽsæ participãt, cũ deo ineũt sodalitatẽ. Necesse ẽ, vt q dæmonicæ participes fuerit, cũ dæmonibus ipsis iungant cõsortia.

Quia nõ potestis calicẽ dñi bibere, & calicẽ dęmoniorꝫ.⌋ Qm̃ id, nolo vos dęmoniorꝫ socios fieri, sub obtẽtu intulit castigãdi. Ne forte hmõi castigatio, si ex certa animi sentẽtia videatur ꝓlata contemptui sit, illud adiecit, inquiẽs: Non potestis calicem domini bibere.

Non potestis mensæ dñi participes esse, & mensæ dæmoniorum.⌋ Ex solis hisce nominibus, ab idolothytis asserit abstinendum.

An æmulamur dñm? nunquid fortiores illo sumus?⌋ Vt pudorem Corinthijs inijciat, apposuit Paulus. An deũ tẽtamus (inquit) & irritamus? Cum vos cruciandi vim habeat, quid ad eius aduersarios desciuistis. Moxq; in absurdum sermonem prolabitur, inquiens: Num Deute. 32. illo erimus fortiores? Meminit præter ea & Mosaici dicti, in eo videlicet me irritauerunt, q deus non esset, & ad iram me prouocauerunt in idolis eorum.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediũt.⌋ Ne quis forte id dixerit, cum cibũ hunc & idolothyta pura conscientia sumpserim, sumendi equidem habeo potestatẽ? Etiam, inquit, eo enĩ tibi oñia licent, qa liber sis à deo creatus. Nil tñ confert hmõi esus, qñquidem progrediendo idolis erit propter assiduam illorum mensæ participationem obnoxius.

Capi. 6. Omnia mihi licent, sed non oĩa ædificant. Nec tibi (inquit) prodesse id potest (vt antea dixi) nec fratri tuo conducere. Siquidem nil prorsus ædificat, sed potius demolitur, & fratris fidem subuertit. Itaq; si neq; tibi, neq; illi contulerit, cur idolothytis vescaris?

Proximi q̃renda vtilitas. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.⌋ Nequaq̃ illud velim scruteris, vtrũ pura conscientia manduces, sed vtrum fratrem ædificet, quod per te agitur. Vbiq; Paulus vnũ illud præcipue commonefacit, vt proximi sit quærenda vtilitas.

Oĩe q̊d in macello vęnit, mãducate: nihil interrogãtes ꝓpter cõscientiã.⌋ Cũ multis argumẽtis cõfirmasset Ap̃s ab idolorꝫ esse immolationibus abstinẽdũ, ne forte sint cæteris in rebus adeo præter modũ hi curiosi, vt q̃ vel in foro venalia exponunt, obsonia aspernẽt, veriti, ne vel illa idolothyta sint, sic inqt: Oĩe q̊d vęnit, mãducate: nihil vẽditores interrogan- D tes, vtrũ idolothytũ sit nec ne, q̊d vendit: ꝓinde ac si ꝑculsam suspitiõe cõsciam, purgate nitamini. Potest & hoc modo intelligi: Noli interrogare ne conscientiam lędas. Forsitã enim rogando certior fieres, idolothytũ esse quod vęnit, vnde posset conscientia tua offendi.

Psalm. 23. Dñi enim est terra & plenitudo eius.⌋ Quid ni? Non enim dæmonum illa ẽ? Terra itaq; poma, arbores, & animantia ipsa, & vniuersa deniq;, sub dei sunt potestate. Nil ergo natura ipsa immundum fiet, sed pro singulorum sensu, & mente contaminabitur, habebiturq; pro inquinato, quodcunq; quis duxerit respuendum.

Si quis aũt vos vocat infidelium ad cœnã, & vultis ire, oĩe q̊d vobis apponit, mãducate: nihil interrogantes ꝓpter cõscientiã.⌋ Recte, vultis, appositũ est: nã neq; adhortãdos eos, ituri ne sint ad cœnam ab infidelibus acciti, nec dehortandos existimat. Nihil autem ꝑcontemini, ne ob curiosam admodum inuestigationem, vereri idola videamini. Vestram prætereahanc conscientiam velim, & puram seruetis & inoffensam.

Si qs aũt dixerit: Hoc immolatũ est idolis, nolite mãducare ꝓpter illũ, q indicauit, & ꝓpter conscientiã.⌋ Haud equidẽ q̊d officere possit, cibatũ hmõi immolationũ nũc interdixerim, sed eius grã q rogatus à te ꝓfitebit, vtrũ idolothytũ sit, nec ne, q̊d petieris, ne forte ille animi iactura affect⁹, existimet Chr̃ianos nihil idola exhorrere. Qđ aũt ab idolothytis, nõ tanq̃ ab immundis, & à dño nr̃o alienis cauendũ esse cõmonefaciã, ex eo q̊d dixeram liquet: Ibidem. Dñi est terra & plenitudo eius. i. oĩa quæ illa complent, inhærerentq;. Vel aliter: Abstinete (inquit) ab eiusmodi cibo. Siquidẽ dñi est terrarum orbis. Licet itaq; vobis abunde vẽtrem explere. Vobis enim patent omnia, & nihil est interclusum.

Libertas qd Paulo. Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius.⌋ hoc est, gentilis cuiuspiam hominis; nam forsan (vt dixi) vel hic offendetur, vel te vt ganeonem, lurconemq; iudicabit, & gulæ deditum. Vel idola suspicabitur æque sibi ac tibi grata esse & accepta.

Vt qd enim libertas mea iudicat ab aliena cõscĩa.⌋ Libertatẽ appellat, q̊d attentione, studio, & impedimento vacat. Ait nanq;, libere ipse & incaute cibũ desumo: gẽtilis vero, me Nota. inquiens condemnabit, commentitia sunt Christianorum facta, quippe qui etsi abominari se idola fateantur, vescuntur tamen libentius ijs q̃ idolis immolantur.

Si ego cũ grã participo, qd blasphemor ꝓ eo q̊d grãs ago?⌋ Equidẽ, inqt, dei ob grãm terum ab eo conditarꝫ particeps sum effectus, q me animo firmiori creauit & stabili & nihil vltra

A vltra q̃ decet aduertã. Gẽtilis tñ maledictis me insectabit, asserens simulata me potius mente ab idolis declinare, q̃ certo iudicio, & gulæ vitio mãducare q̃ ns imolent. Illud aũt, ꝓ eo q̃d gr̃as ago eiusmodi est. Ipse vicꝫ deo grates retulerim, q̃d me p̃stantẽ adeo & sublimẽ effinxerit, tñq; Iudaicæ humilitati præcellentẽ, vt nulla ex parte mihi noceri possit, alioqui (vt dixi) gentilis homo offenditur, & mala mihi insuper imprecatur.

Siue ergo mãducatis, siue bibitis, vel aliud q̃d facitis, oĩa in gloriã dei facite.⌋ Cũcta, inq̃t, ꝑ vos in laudẽ dei pagant. Præsentia siquidẽ vr̃a hæc facta, deo ad ignominiã, vel ad execrationẽ potius cedũt. Cibũ itaq; q̃s vel potũ, tũ dei in gl̃iã sumit, cũ vel nulli⁹ offenderit aĩm, vl̃ id haudquaq̃ vẽtris & voluptatis gr̃a egerit, sed corp̃is ĩ exercitatiõe virtutis seruãdi. Demũ cũcta q̃spiã ad dei gl̃iã operat, cũ oĩu sublato maleficio, nec aliũ quẽuis, nec se ipse prętulerit. i. cum neq; ad hoim aucupandã gratiã, neq; prauo aliquo animi affectu id agat.

Sine offensiõe estote Iudæis & Gentibus, & ecclesiæ dei.⌋ Hoc est, nulli aliquã criminãdi vos causam exhibete. Quod plane fiet, si neq; Iudæũ, neq; Græcũ, neq; fratres ipsos offendimus, ex his nãq; dei constat ecclesia. Attende aũt quemadmodum postremos posuerit, qui reliquos anteirent. Enimuero trahendi sunt potius ad fidem mali, q̃ insectandi sint fratres. Ex eo autem immolationum esu, offendi cæteros patefacit.

CAPVT XI.

SIcut & ego ꝑ oĩa oĩbus placeo, nõ q̃rẽs q̃d mihi vtile est, sed q̃d multis, vt salui fiant. Imitatores mei estote, sicut & ego Chr̃i.⌋ Q̃m ingẽs sane in eos cõiecerat facinus, q̃ppe q̃s & Græcoꝝ iacturæ, & Iudæoꝝ obnoxios fecerit, seip̃m in mediũ cõfert, vt arguat plane q̃d illis iniũxerat factu eẽ p̃facile: quẽadmodũ vero q̃d sibi ĩ cõmodũ cederet, nil postularit, multis ex rebus p̃spicuũ ẽ, q̃s superius explicauit. Vt illud: Et fact⁹ sum oĩbus oĩa, vt oẽs lucrifacerẽ. Et ex his p̃cipue q̃ precaret, vt anathema esset ꝓ fratribus. Mei ergo imitatores efficiamini, quẽadmodũ & ego ipse Chr̃i. Nec tñ sup̃be id dictũ existimes, sed ad se imitandũ nos magis hortari. Nã si ipse, inq̃t, sum Chr̃m sectatus, q vt nobis vitam largiretur, suam neglexit: longe magis à vobis sum imitandus. Et siquidẽ non adeo vos ip̃e p̃stiterim, q̃tum ille, q me bonitate quadam incomparabili, tum cæteros antecedit.

Supr. 9.
Roma. 9

Laudo vos fratres, ꝙ per omnia mei memores estis.⌋ Postq̃ de idolothytis sermonẽ absoluit, q certe de rebus grauibus habitus est, leuius q̃ddã in p̃sentiarũ delictũ castigat & corrigit. Solet eñ grauiorib⁹ minora intermiscere facinora. Quę illa erãt si q̃ras? Nimiꝝ q̃d de
B tecta & reuelata facie mulieres orabãt, & prædicebãt futura. Quippe q̃ tũc tp̃is vaticinarentur. Viri aũt comã supplicando & vaticinãdo ꝓmitterẽt, vt q philosophiæ studerẽt. Q̃d sane græce erat legis vel institutio, vel eius gẽtis mos patrius, & prisca consuetudo. Hos itaq; etsi p̃dicando antea castigasset, præsenti sibi paruerũt nonnulli, multi etiã in p̃tinacia p̃stiterunt. Eos itaq; q̃s sibi morigeros habuisset, hũc in modũ alloquit: Laudo eq̃dẽ vos, q̃m mei in cunctis memoriã habuistis. Tãetsi vnũ erat, cuius eos insimulasset, scꝫ ne capillũ ꝓmitterent, neue protenderẽt comam. Vos tñ, inquit, per omnia mei memores estis. Solet Paulus mitioribus verbis lenire, quos à vitijs sperat ad bonum traducere.

Et sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis.⌋ Liquet ex his, cum Paulum, tum ap̃los reliquos haudquaquam omnia literis mandasse præcepta, quæ populis tradidissent.

Paulus nõ oĩa mandata sua literis mandauit.

Volo aũt vos scire, ꝙ oĩs viri caput est Chr̃s.⌋ Videtur ex sequenti oratione sermonẽ ad eos intendere, q̃s laudasset, tanq̃ traditionum suaꝝ detentores, veruntñ pertinaces alios & inobedientes castigat. Oĩs autem viri. i. fidelis, Christus est caput. Sumus nãq; fideles ipsi Christi corpus, non gentiles, quorum haudquaq̃ caput est Christus.

Caput aũt mulieris, vir: caput vero Chr̃i deus.⌋ Eo vir caput ẽ mulieris, q̃a in eã impium habeat, Chr̃i aũt caput ẽ deus, q̃a Chr̃i causa sit, vt pr̃ filij. Nobis vero Chr̃s est caput, q̃a cõditor nr̃i est, & q̃a suo ex corp̃e ipsi cõstemus. Pr̃ aũt deus Chr̃i est caput, vtpote q eũ genuerit. Si vero scd̃m humanitatẽ deũ Chr̃i caput dictũ esse à cæteris dixeris, quẽadmodũ Chr̃s ipse nr̃m esse dictus est caput, nihil est hoc impiũ dictu. Siq̃dẽ & deus Chr̃i pr̃ esse secundũ humanitatẽ asseritur. Nã postq̃ nr̃i similitudinẽ dignatus est capere, & frater nobis redditus est, & caput effectus est, nil miꝝ, si humilitatis in se nomẽ accepit. Et quem habet secundum diuinitatẽ genitorẽ, & caput habeat suæ humanitatis, tanq̃ sup̃ius, dñm quidem & deum.

Oĩs viri Christ⁹ caput est.
Vir cur caput mulieris.

Oĩs vir orãs aut ꝓphetãs velato capite, deturpat caput suũ.⌋ Haudq̃q̃ Paulus assidue ꝓhibet viꝝ velare caput, sed nisi orandũ sit illi, vel vaticinãdũ. Neq; caput velatus dixit, sed capite velato. i. in capite habẽs, vt tollat nõ solũ veste caput velãdi consuetudinẽ, sed capillo & coma. Quinetiã q comatus ẽ, aliq̃d in capite gestat, comã vicꝫ. Veꝝ, q̃ pacto eius caput deturpat? Nẽpe cũ princeps natus sit vir, & potẽs, alterius se ditioni addicat. Caput nãq; obtegere, capiti ẽ iugũ imponere. Capitis eñ velamẽ illud, seruitutis est signũ, nõ p̃tãtis. Vel alr̃: Deturpat aliq̃s caput. i. Chr̃m, qui suum est caput, & dehonestat, cum se imminuit, & peccatorum seruituti obstringit. Merito quæri posset, cur crimini illud ascribat Apostolus:

Signa data sunt viro & mulieri, alteri quidẽ dominatus, alteri seruitutis, & alia eiusmodi pleraq;. Illud vero, virũ nullo velamine operiri, cũ mulier capite sit opto, q̃ pacto in crimẽ etiã non sit adscribendum, quandoquidem naturę termini excedunt? Vt vir sit capillo promisso & coma protensa. Fœmina vero capite reuelato, apertoq;. C

Acto. 21 Om̃is aũt mulier orãs aut ꝓpheiãs nõ velato capite, deturpat caput suũ. Vnũ eñ est ac si decaluet.] Erãt (vt diximus) fœminæ, q̃ ꝓphetãdi donũ haberẽt, q̃les Philippi filiæ extitere, & aliæ plæręq;. Vel q̃ pacto caput deturpat? Qm̃ velut profugũ ei⁹ caput & fugitiuũ eẽ coarguit, q̃d credita sibi à deo ptãte desciuerit. Scio aũt queadmodũ virũ (vt diximus) inter orandũ prophetandumq; ꝓhibet, ne velet, fœminã vero nõ solũ orõnis & vaticinij tpe, sed opertã semper esse deposcit. Id nanq; efflagitat, eũ inquit: vnũ eñ est, ac si decaluet. Nam vt decaluatio dedecet mulierem, sic capitis detectio hanc dehonestat. Quo fit, vt si capitis operimentum sustulerit mulier, & similis ei appareat, quæ comam detraxerit.

Nã si nõ velat mulier, tondeat. Si vero turpe est mulieri tõderi aut decaluari, velet caput suũ.] Instat ꝓterea vt arguat capitis retectionẽ tõsuræ esse ꝑsimilẽ, pari turpitudĩe dehonestari. Per hæc insup & q̃ dixerã añ demõstrat, ꝑ vicẽ fœmĩę indecorũ esse si caput detexerit.

Vir quidẽ non debet velare caput suũ qm̃ imago & glĩa dei ẽ.] Rei huiusce causam priorem produxit, cũ diceret, Chr̃m habeto ꝓ capite, neq; illũ esse volo velamĩe operiẽdũ. Nũc vero secundum inducit, q̃ vir. s. dei sit gloria .i. sub deo constitutus, & dei imago. Oportet itaq; imperatoris maximi principem in imperatoris conspectu, eũ magistratus insignib⁹ apparere. i. capite libero & expedito. Id enim indicio est rei nullius humanæ ditioni subesse hunc virum, sed perinde ad dei imaginẽ, cunctis imperitare.

Mulier autem gloria viri.] .i. sub viri est potestate. Necesse itaq; est, hãc ipsam cum seruitutis insignibus comparere, quæ in capitis velamento consistunt.

Gene. 2 Nõ eñ vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Et eñ nõ ẽ creatus vir ꝓpter mulierẽ, sꝫ mu

Vir cur p̃stet fœminæ. Ibid. lier propter virũ.] Causas refert, q̃bus vir mulieri ꝓcellat. Viri q̃ppe ex latere deducta ẽ mulier, nec fœmĩæ grã vir, sed viri ob gratiã fœmina cõstat. Faciamus eñ (inq̃t) adiutoriũ sibi. Quo ergo pacto velabit vir, q̃tãto sit à deo honore affect⁹. Arripit eñ mulieris figurã, nec sec⁹ facit, q̃ si diademate regio ĩsigni accepto, eodẽ deiceps capite suo detecto, seruilẽ habitũ (sumat.

Ideo debet mulier velamẽ hr̃e sup caput suũ, ꝓpter angelos.] Debet, inq̃t, supiorib⁹ de causis mulier supra caput velamẽ gestare .i. seruitutis insigne, etsi alia nulla rõe, angelorũ tñ pudore ducta, ne in illorũ cõspectu impudẽs appareat. Nã vt hmõi capitis velamentũ, & oculos demittere & affici verecundia facit, & seruilẽ speciẽ seruare cogit, sic & capitis retectio impudentiã arguit, quæ fidelibus ipsis, comitantibus angelis, abominationi est. D

Veruntñ nec vir sine muliere, neq; mulier sine viro in dño.] Hæc ideo infert, q̃a multum viro contulit excellẽtiæ cũ mulierẽ asserit cũ eo, sc ꝑ eũ cõstare, & illi subesse. Ne itaq; viros vltra q̃ decet, extollat, & fœminas humiles ꝓrsus efficiat & abiectas, sane, inq̃t, in prima il-

Gene. 2. la rerũ creatione sic actũ est, vt fœmina cõstaret ex viro. Nũc vero nec vir oritur sine fœmina, nisi in dño, hoc est, deo id permittẽte, & semẽ viuificante, & vuluã corroborante.

Nã sicut mulier de viro, ita & vir ꝑ mulierẽ.] Mulier, inq̃t, ex viro. Viro adhuc integrũ illud seruat, fœminã. s. ex eo cõstare. Vir vero ꝑ mulierẽ, q̃ virilis vicẽ sit ortus ministra. Vis enim maior est seminis. Vir itaq; haudquaq̃ proprie ex muliere dicet, sed ex parte nasci per mulierem. Vtpote q̃ viri ortum subministrauerit. De dño tñ Apl̃s haud ita disseruit, sed fa-

Ibidem ctus, inquit, ex muliere. Verius, ne si per mulierem dixisset, occasionem præberet hæreticis dictitandi, tanquam per canale aliquod, virginis vterum Christum transisse. Vel quia nullo viri congressu, sed fructus duntaxat alui virginalis hic fuerit.

Omnia aũt ex deo.] Non viri id officiũ est, sed dei. Si itaq; cũcta dei potẽtia fiunt, qui de viris & fœminis statuit, nihil his contradixeris, sed te morigerum exhibe.

Vosipsi iudicate.] Rursus eos cõstituit iudices, ad voluntatẽ abũde, cũcta cõfirmaturus.

Decet mulierem non velatam orare deum?] Hoc loco quod horrendum est ad modum infert, deo videlicet iniuriam fieri, si mulier oret capite retecto.

Ignominia ẽ viro si comam nutriat. Nec ipsa natura docet vos, q̃ vir q̃dẽ si comã nutriat, ignominia ẽ illi: Mulier vero si comã nutriat, gloria ẽ illi, qm̃ capilli ꝓ velamine ei dati sunt.] Cur viro coma prolixior ignominiæ datur? Qm̃ mulieris speciẽ induit, & q̃ vt dominet, est cõditus, insignia seruitutis ad-

Problema. miserit. Mulieri aũt gloriæ cedit dẽsior ille capillus, qm̃ propriũ seruat & hæc institutũ. Est enim honorabilis cuiq; suæ conditionis obseruatio. Quæret aliq̃s: Quid ergo necessarium est, linteum capiti, velandi gratia superinducere, si pro velamine coma tributa est? Nimirũ vt non solum per fidem, sed voluntate etiam suam profiteatur mulier seruitutem.

Si q̃s aũt videt cõtẽtiosus esse, nos talẽ cõsuetudinẽ nõ habemus, neq; ecclesia dei.] Contẽtiosus, inq̃t, videt istiusmodi dictis reniti, q̃d vtiq; nec bonæ mentis, nec sapĩæ indicium est. Cũ enim Corinthij fucare hæc forte argumentis nonnullis vellent, enitebãtur syllogismis,

& capti-

A

& captiunculis indifferẽs id rei arguere. Inqt itaq; Paulus, cõsuetudinẽ ipsi eiusmodi nullã habem⁹, vel cõtendẽdi, vel virilẽ enutriẽdi comã, dũ mulier careat velamẽto. Neq; ipsa dei ecclesia.i. cæteri fideles ipsi. Quo fit vt nõ mõ nobis obsistere videamini, sed ecclesiæ ipsi. Ad verecundiã pterea auditores hæc dicta cõpellũt, ne qd pter aplorũ cõsuetudinem factitent.

Hoc aũt pcipio, nõ laudãs, qd nõ in meli⁹, sed in deterius cõuenitis. ⌋ Erat vet⁹ qdẽ ecclesię mos, vt vel viri primates, vel magistratibus functi, Chri fide excepta, & in mediũ facultates cõferrẽt, & cũ inferiorib⁹ cæteris vna vescerent. Vñ p qdã priscæ rei imitatiõe, etsi haudq̃q̃ pari cõsuetudie Corinthij ipsi statutis nõnullis diebus, & festis sit sacris mysterijs epulabãt opulẽtioribus ad cõuiuiũ inuitatis, & qbus arctior res familiaris suppeteret, ortis postmodũ dissensiõibus, ritus ille mirabilis, q mutua charitate & Chriana philosophia nõ modica constaret, sublatus ẽ, nec vltra à Corinthijs seruabat. Vt itaq; hos corrigat, hæc Paulus scribit. Et qm in castigando priori crimie plęrosq; habuerat sibi morigeros, laudo, inquit vos. Hic aũt cũ se res aĩr habeat, sic infert: hoc aũt pcipio nõ laudãs, hoc ẽ, neq̃q̃ vos laudo. Siqdẽ cũ vos tantope de intermisso officio, & pristina cõuescendi cõsuetudine cõmonefecerim, opprtuisse sane, vt recognito & castigato delicto optima cõsuetudo reuocaret, & ad meliora fieret pfectio. & digniores illi cõuentus renouarent. Vos vero cõtra diuturnã illã & pristinã imminuistis consuetudinẽ, & in deterius cõuenitis, hoc est, nõ cõueniẽdi gra, sed concertandi.

Vetus ecclesię mos oia cõmunicanda.

Christiani primũ vna cibum capiebant.

Primũ quidẽ cõuenientibus vobis in ecclesiã, audio scissuras esse inter vos. ⌋ Haudq̃q̃ confestim de mẽsa, & cõuiuijs sermonẽ aggredit, sed primũ illis obiectione dissidiorũ perculsis, affirmat demũ eo seorsum quẽq; cibũ desumere, quoniam inter se maxime dissiderent.

Et ex parte credo. ⌋ Ne illud Corinthij obiectarẽt, qd mentiti sunt delatores, neq; se credere id prsus dixit, ne illorũ augeat ignominiã. Neq; fidẽ penit⁹ demere, ne increpasse hos temere videatur, sed ex parte, inqt credo, hoc est, paululũ. Quinetiã par est non omnes, sed horum aliquam partem cœptam consuetudinem præterijsse.

Nã oportet hæreses esse. ⌋ Nõ eñ dogmatũ vel sectarũ hæreses dicit hoc loco, sed de istiusmodi mẽsarũ dissensiõibus differit. Oportet aũt illud, hãc habet significantiã. Aequũ.s. est vel necessariũ potius, minus posse cũ hoies simus, recte oia facere. Credo vero idcirco inqt, vt queadmodũ & dñs dixit: Necesse est, vt eueniãt scãdala, vcz cum improbi hoc in mundo versentur, & boni malis admixti sint, necesse est vt scandala sæpe contingant.

Matt. 18
Lucæ. 18.

B

Vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. ⌋ Vt hoc loco eo nõ positũ est, perinde ac si causam reddat, sed vt rei finem designet. Quemadmodum id multis ex locis perspicuum est. Nam ex superborum hominum insolẽtia huiusmodi conuiuia dedignantiũ, probi & iusti innotescunt, hoc est, pauperes, qui æquo animo tolerant sui contemptum, cum prius nõ esset eorum cognita tolerantia. Vel probos dicit, qui concœnandi seruarent cõsuetudinem non enim omnes hanc soluerant. Qui igitur hunc ritum soluissent, & si improbi viderent, eundem tñ quia tutati in posterum sint, vt probi & frugi arguuntur.

Vt, particula qũo.

Conuenientibus ergo vobis in vnũ, iã non est dñicam cœnã manducare. ⌋ Conuẽtus cõgregationẽ præfert & charitatẽ. Cœnã aũt dñicam conuictũ appellat, ad venerandæ illius dñicæ cœnæ imitationẽ, quã Chrs cum discipulis egit, ob idq; & prandium cœnam dicit, perinde ac si inquiat: Aduertite quali fueritis re priuati, dominicæ.s. mensæ imitatione.

Cœna dominica cõuictus.

Vnusquisq; enim suam cœnam præsumit ad manducãdũ. ⌋ Dominicam hãc cœnam esse cistis priuatam, Siquidem q̃diu fuerat cõis, & domini esse dicebatur. Sunt nãq; & seruis dominorum bona cõmunia. Et qm vestrum singuli præueniendo propriam cœnam edunt, ita vt pauperes haudquaq̃ opperiantur, sed seorsum, & soli cibum sumant: fœdastis profecto hanc cœnam, quippe quam ex communi & dominica, priuatam feceritis.

Et alius quidẽ esurit, alius aũt ebrius est. ⌋ Eñuero pauper fame conficitur, crapulat vero vir opulentus. Quo fit, vt duplici modo ea in re delinquatur, nam & inopes despiciuntur, & vos depasti, & cibo qui fuerat pauperibus parandus, oppleti, vino madetis.

Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? ⌋ Videlicet si alijs cibum communicare renuitis, cur non domi vescimini,

Aut ecclesiam dei contemnitis? ⌋ Cum enim dominicam cœnam in priuatam conuertitis, in ecclesia seorsum edentes, loco ipsi infertis iniuriam.

Et confunditis eos q non habẽt? ⌋ Neq; enim adeo inquit, curæ tenuioribus est, ꝙ cibum minus his impartitis, q̃tum moleste & grauiter ferunt se ignominia affici, qd ipsi accubantibus vobis, & crapula plane distentis, nullas ipsi omnino arguantur facultates habere.

Quid dicã vobis? Laudo vos. In hoc non laudo. ⌋ Hmõi Corinthiorũ crimine patefacto mitiori vtit ad eos sermone, Siquidẽ afferendi occasionẽ nactus, mille mortibus dignum esse id facinus, moderatius tñ sic inqt: Laudo vos, haud eqdẽ laudo. Qd eo facit, vt pauperib⁹ placabiliores hos reddat. Quippe si eos castigãdo acrius & ptinacius momordisset, in pauperes efferasset potius q̃ placasset, perinde ac si horũ de causa ab se illi improbarentur.

Ego enim

Ego aūt accepi à dño quod & tradidi vobis.⌋Cur Paulus mysteriorū hic meminit, & no C
ctis illius, in qua Christus cœnam cū discipulis fecit. Nempe qa admodū erat necessariū ad his persuadendū, vniuersos eadē mensa fuisse dignatū, vos vero cōtra vnigenitū & propulsatis, & dedignamini inqt. Dicet aliqs: Quo nā pacto hāc à dño accepisse nos mensę dixeris dignitatem qui tunc & procul abesset, & persecutionem pateretur? Vt intelligas vel hodierno die super mystica mensa, dñm hunc ipsum adesse, qui non secus ac tunc mysteria tradat.

Matth.26 Qm̄ dñs Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & grās agēs, fregit, & dixit: Ac-
Marc.14 cipite, & mādūcate, hoc est corpus meū, q̄d pro vobis tradet.⌋Reminiscere (inqt) quēadmo
Lucæ.22 dum postremum id nobis mysterium dederit, & ea nocte, qua erat paulo post occidendus, & proditorē haberet conuiuā. Tu vero frēm quibusuis rebus ducis indignū, præsertim cū instructus sis grās agere, quales & Christus ipse agebat, vt nos ad eā rem & formaret, & institueret. Facis ergo q̄ minus est his gratijs dignū, cū ecclesiā ipsam cōfundis, & alio famescēte, tu debaccharis. Et id qdē cōiter cūctis p̄cepit: Accipite & mādūcate, corpus.s. suū, q̄ omnib⁹ ęque dispartiēs, morti destinasset. Ipse vero in cibo sumēdo tpe āticipato, neq3 cōem hūc & cibariū panē in mediū exponis, neq3 eūdē frāgis, vt multis detur, sed tibi ipse reseruas.

Hoc facite in meā commemorationem.⌋Quid ait? Si defuncto filio, vel patri iam parentares perculsus sane conscia fores, nisi ligitima quæq3 & celebrandis funeribus consueta perficeres, & pauperes conuocares ad cœnam. At cum dñi es facturus memoriam, nec simplicem saltem mensam vel cibum cuiquam impartiris.

Mos Iudęorum. Similiter & calicē postquā cœnauit, dicens: Hic calix, nouū testamentū est in meo sanguine.⌋Erāt apud veteres Iudæos calices, qbus sacrificio absoluto, brutorū animantiū sanguinē offerebāt phiala vel calice exceptū. Pro beluarū itaq3 sanguine, q vetus testamentū designat, meū nūc pono (dñs inqt) qui nouū præfert. Nil tñ horrescas velim cū sanguinē audis nā si beluarū cruorē veteri testamēto admiseris, qūto magis diuinus erit per te admittendus.

Nota de calicę. Hoc facite, quotiescunq3 bibetis, in meam cōmemorationē.⌋Quinetiā per calicē (inqt) vel mortē commemorabis, quā subijt dñs. Quo ergo pacto solus perpotens debaccharis? Præsertim cum tremendus hic calix, pari cunctis conditione sit traditus.

Quotiescunq3 eñ mādūcabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortē dñi annunciabitis donec veniat.⌋Nō secus (inquit) debetis hac vos in re gerere, quàm eo tpe agendū fuisset, q̄ & dñi vestri cæna conficiebat, vt hum.s. cubantes à Chr̄o exciperetis sui corpis immolationem D
Et Christi mortem annuntiabitis.i. adusq3 eius secundum aduentū hanc præferetis.

Itaq3 qcūq3 mādūcauerit panē hūc, & biberit calicē dñi idigne, reus erit corpis & sanguīs dñi.⌋Corinthios arguit, qa inopes aspernarent, veluti indigne mysterij hui⁹ perticipassent, nō secus q id indigne sumpserit, sceleri erit obstrictus, q̄ si sanguinē ipm dñi fuderit. Nā quēadmodū cōstat, q nūc dñm pupugeſt, nō potādi grā pupugisse, sed vt eius sanguinē funderēt sic & q indigne hūc hauserit, nullū ex eo fructū adept⁹, frustra ac temere Chr̄i sanguinē fundit. Atq Iudęi regis chlamydē disciderūt, q vero immerito sanguinis particeps fuerit, in cœnū, suā aīam mergit. Ita fit, vt nō ęqua ob id & Iudęis et indigne Chr̄i sumēti sāguinē obueniat ignominia. Vñ & corpis hic, & sanguinis dñi reus efficit, eritq3 tāto obnoxius crimini.

Pauli mos in disputādo. Probet aūt seipsum hō, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.⌋Cōsueuit Paul⁹ cū aliqua de re sibi tractāti, alia opportune disserēda inciderēt, & hāc ipsam trāsigere, quēadmodū in p̄sentiarū, cū de mēsa cęptus sit sermo: de mysticis etiā rebus incidēte sermone, & mystica disputat. Vtpote quēadmodū sint necessaria & bonorū oīm caput in eo cōsistere patesacit, vt tersa & nitida conscia, ad diuina mysteria concedat, inquitq3: Neminē tibi in iudicē proposuerim, pręter teipm. Tua itaq3 consciētia examinata discussaq3 adito ea mysteria, nō festis mō profestisq3 diebus, sed quouis tpe, cum purum te & dignū compereris.

Qui eñ mādūcat, & bibit indigne, iudiciū sibi mādūcat & bibit.⌋Nec sane ob mysteriorū naturā id dixerim, qppe q̄ vitā in se & hñt & largiunt: sed ob mysteria adeuntiū indignitatē qbus haud secus illa officiūt, ac solet oculorū valetudine laborātibus, sol ipe obiect⁹ officere.

Nō dijudicās corpus dñi.⌋Hoc est, nil prius disquirens, vl internoscēs p̄ñtis mysterij magnitudinē. Nā si certiores essem⁹, qsnā & quātus sit ille, q nobis in cōspectu adiacet, nulla serme rei alterius ope indigeremus: sed solus ille & cōtinentiā nobis & vigilantiā cōpararet.

Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.⌋Argumēto sint q̄ vobis contingūt. Eo nāq3 & mortes iā immaturæ, & diuturni morbi oboriunt, qa haudquaq̄ merito id mysteriū sumunt multi. Quid de ijs q adusq3 senectā ipsam, optimā & inoffensam valetudinē seruāt? Nōne & hi criminibus obstringuntur? At nō mō p̄ñtia ista tormēta, qn & grauiora illa, & futura hos manēt q indigne mysteriū illud adierit. Nos aūt haudquaq̄ pœnis afficeremur, nisi essemus peccatis obnoxij quēadmodū & insequēs illud subsequitur.

Quod si nosipsos dijudicaremus, nō vtiq3 dijudicaremur.⌋Nō eñ si nosipsos cruciatibus dixit afficeremus, sed si dijudicaremus dūtaxat, hoc est, ipsi nos ob praua facinora damnaremus,

A mus haud quidem in terrenis adeo damnationi addiceremur, sed euaderemus forsitan, vt p̄sentia, sic & futura supplicia.

Dũ dñudicamur aũt, à dño corripimur, vt nõ cũ hoc mundo dãnemur.⌋ Cũ em̃ q̃d leue admodũ est & factu pfacile, nihil pagimus, tũc ipsi nos minus dãnamus, eoq́ȝ nec laxiori erga nos indulgẽtia vtit̃ deus, quinimo hac ĩ vita castigat, vt ĩ futura misericordẽ se p̃beat. Castigamur itaqȝ dũ viuimus, nõ excruciamur, sed à p̃re corripimur, ne cũ mũdo, i. cũ ĩfidelib⁹ postmodũ cõdẽnemur. Nã cũ summæ sint deo curæ fideles, hic & pęnas tolerat ꝓ cõmissis.

Itaqȝ fratres mei cũ cõuenitis ad mãducandũ, inuicẽ expectate.⌋ Rursum ad ꝓpositũ de pauperibus sermonem reddit. Facta nanqȝ tormentoꝝ & mortis mentiõe, haudquaq̃ dixit alternis vicem reddite, sed expectate, arguens plane omnibus esse communia, quæ in cœnã huiusmodi conferuntur, oportereq́ȝ & communem omnium expectari aduentum.

Si quis esurit, domi manducet.⌋ Vrget hauddubie his verbis Corinthios, & pudere hos facit intolerantiæ. Nec secus ad hos habet sermonem, ac si pueros aliquos & minoris ætatis adloqueretur, qui esuriem ferant molestius, improbatq́ȝ illorum ingluuiem, & ideo de ecclesia ipsa educens domum remittit, quod procul dubio haud mediocris est ignominiæ.

Vt nõ ĩ iudiciũ cõueniatis.⌋ Hoc ẽ, in v̄ri iacturã & dãnationẽ. Eo nãqȝ sunt hoĩm ĩuẽta cõmercia, vt p charitatẽ simul cõueniẽtib⁹, afferãt sibi ĩuicẽ vtilitatẽ. Sin min⁹, sati⁹ ẽ domi se cõtinere, Q̃d nõ ea de cã infert, vt domi maneãt, q̃n vt eos ad decẽtiores cõuẽtus alliciat.

Cętera aũt, cũ venero, disponã.⌋ Aut em̃ hoc loco de aliĳs nõnullis apud hos delinquentibus disserit, q̃ viuendi mõ indigeãt, aut eadẽ de re mẽtionẽ nũc facit, Perinde ac si dicat suppesse, nõnullos ad hæc excusatiõe vsuros, velim tñ interea seruãda esse, q̃ retuli. Q̃d si q̃s aliud quidpiã habeat q̃d sit dicendũ, in meũ differat ad vos aduentũ. Terret aũt eos, cũ se asserit venturum, vt repressi ac frenati mox corrigant. Sin aũt, recte saltem se inuicem gerant.

CAPVT XII.

DE spiritalibus aũt nolo vos ignorare fratres.⌋ Hoc est, de spũssancti donis. Nam qui ex primatibus Corinthĳ essent baptismi aq̃ perfusi, affatim spũsancto imbuebantur. Qui & si humanis oculis minus pareret, suæ tñ operationis visibile aliq̃d ædebat indiciũ, ita vt aut linguaꝝ varietate hi loquerent̃, aut vaticinĳs & miraculis cõfirmarẽt spm̃sanctũ se esse adeptos. Erãt itaqȝ inter Christianos ob huiuscemodi spũs g̃ram dissensiones obortæ nonnullæ. Nam qui maioribus essent donis affecti, superbia efferebant̃, qui vero minoribus, his inuidebãt, qui plus spũs accepissent. Erant prӕterea vatici-

B natores pleriqȝ & prophetæ minus veridici, qui à veris & diuinis haud facile discernerent̃. *Vaticinator et propheta quô differunt.*

Quæ omnia castigat apostolus, & ea in primis, quæ ad vates illos pertinent & prophetas.

Scitis aũt, q̃m cum gentes essetis, ad simulachra muta, prout ducebamini, euntes.⌋ Vaticinatoris & ꝓphetæ discrimen præfert ap̃lus, inquiens: Idoloꝝ t̃pe, si quis vates cũ futura p̃diceret spũ impuro percitus & detentus sic trahebat̃, vt ab eo erat deductus & instigatus, nihil eoꝝ gnarus, q̃ diceret, sed furẽs efferebat̃. Propheta vero haud ita se habet, sed mente ꝑuigili cuncta ꝓloquit̃: Ita fit, vt id esse comperiatur, inter vatem & prophetam discrimen.

Ideo notũ vobis facio, ꝙ nemo in spũ dei loquens, dicẽs anathema Iesu, Et nemo potest dicere, dñs Iesus, nisi in spũsancto.⌋ Hoc p̃terea ad vatẽ internoscẽdũ tibi indicio sit, cum Iesu is maledixerit & execret̃. Contra vero ꝓphetæ illud est argumento, cum Iesu nomen bñdictus ꝓsequit̃. Dicet aliquis: Quid ergo & in Catechuminis, & si spm̃sctm̃ nõdũ acceperint num Iesu nomẽ nũcupãt? At nullus interea de his sermo habet̃, sed de fidelibus ipsis & infidelib⁹ dũtaxat facta est mẽtio. Quid dæmones? Et illi dñm & cõfitẽt̃ & noiant? Ita sane, Sed cũ vapulãt & coercent̃, id agũt: q̃d haudquaq̃ sunt spõte facturi, si verberibus non vrgeant̃.

Diuisiones vero gratiaꝝ sunt, idem aũt spũs.⌋ Patefacta falsi vatis, & veri ꝓphetæ iam differentia, de donis etiam spũs disserit, vt eos corrigat & castiget, qui spũs huius sancti munerum gratia inter se altercant̃. Et primũ eum mitigat qui id doleat, ꝙ minori sit dono affectus. Quid em̃ doles inquit, quia non tm̃ acceperis, q̃ntum alius quispiã? Non em̃ id tibi ex debito solut̃: sed gratia & donum spũs est, Quin potius velim, deo gratias egeris, qui cũ nequaq̃ ꝓ tuis meritis tibi sit ille obnoxius, aliquid tñ & tibi est gratiæ impertitus. Accedit etiam eundem dñm, in alium quendam, cui inuideras, id beneficĳ contulisse, quo & affecisse te constat. Neqȝ angelus tibi id muneris detulit deus, sed idem inest vtrisqȝ spiritus.

Et diuisiones ministrationũ sunt, idẽ aũt dñs.⌋ Meminit hoc loco & filĳ, vtpote q̃ bonis nos donet. Ministrationũ aũt dixit, vt eũ maxime cõsolet̃, q̃ min⁹ acceperit, ob idq́ȝ dolore afficiebat̃. Is nãqȝ si donoꝝ hmõi fieri senserit mentionẽ, quoꝝ ipse minorẽ partẽ acceperit forsan moleste id tulerit, q̃a sit ad eius doni participationẽ inferior habit⁹. Veꝝ cũ ministrationem hic intulisset, q̃ laborẽ p̃ferũt & sudorẽ, haud sane iniq̃ aĩo tolerabit in eiusmodi sibi alios p̃ferri. Diceret em̃ quispiã: Quid doles, si deus aliũ tibi iã parcens ad laborem vocauit.

Et diuisiones operationũ sunt, idem vero deus, qui operat̃ oĩa in oĩbus.⌋ Hoc loco &

patris meminit, qui in cunctis fidelibus, quæ peragenda sunt, operatur. Habes præterea in C
his trinitatem ipsam absolutam, plane atq; perfectam. Donum videlicet, operationē, & my
sterium, quæ idem sunt, tametsi nominibus differāt. Paria nanq; sunt, & æque quæ à spū, fi-
lio & patre traduntur. Aduerte quemadmodum spūs prius meminerit, postmodum patris,
quod eorum gratia fecit, qui trinitatis seriem accurate disquirunt.

Vnicuiq; aūt dat manifestatio spūs ad vtilitatē. ⌋Ne forte occurrat qspiā, inquiēs: Quid
mihi, si idē ē dñs, idē ē spūs, idē ē deus, qñquidē minori sum ipse gr̄a donat⁹? Respōdet, vel
id tibi attulit vtilitatē. Manifesta em̄ spūs signa sunt. Per hæc nanq; pspicuum erat, spm̄ san-
ctum baptismo ablutos iam inuasisse? Quid ergo doles? si em̄ vel minore affectus es mune-
re, spm̄ tñ accepisse te cōstat. Tibi vero quid curæ sunt reliqui, si plus quippiā gr̄æ ceperint?

Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ. ⌋Qualem videlicet Iohannes tonitrui
filius erat sortitus: qualem & Paulus erat consecutus.

Alij aūt sermo scientiæ, secundum eundem spm̄. ⌋Qualem adepti sunt pleriq; fidelium:
qui & si hanc sibi sapientiam compararent, alios tñ nequibant instituere, cum per sophiam
homines imbuantur, quam perinde ac Græci saphiam quandam interpretantur. i. manife-
stationem & claritatem, qua dei recondita & arcana innotescant & reuelentur. Rursum &
spm̄ eundem commemorat (vt dictum est) vt eos qui minus gratiæ accepissent, soletur.

Alteri vero fides in eodem spū. ⌋Non dogmatum fides, sed signorum: quæ vel montes,
cum æduntur, traducendi vim habent.

Alij aūt gratia sanitatum in vno spū. ⌋Hoc est, vt sanare quamuis ægritudinem queant,
& omnem mollitiem.

Acto.13 Alij operatio virtutum. ⌋Is enim & peruicaces poterit & inobedientes tormentis affice
Acto.5 re, vt Helymam Paulus excæcauit, & Ananiam sustulit Petrus. Qua potestate carebit, qui
sanandi virtutem non habuerit.

Alij prophetia, alij discretio spirituum. ⌋Id est, qui internoscendi vim habeant: quis sit fi
delium spiritalis, quis spū caret, quis propheta, quive deceptor.

Alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. ⌋Magni sane apud Corinthios lin
guarum gratia habebatur, cui eo plurimum confidebant, quo prius fuisset apostolis tradita
ob idq; & alijs præstantior gratijs videbatur, cum esset inferior. Nam doctrinæ gratia lon-
ge est excellentior. Et simplex varijs linguis loquēdi donum, plurimū antecedit linguarum
interpretatio. Accommodatissime autem linguarum veritatem genera nuncupat. D

Hæc aūt oīa operat vnus atq; idē spūs, diuidens singulis ꝓut vult. ⌋Rursum Corinthios
cōsolat, cū inqt, eundē spm̄ oīa factitare. Quinetiā eū coercet & frenat, quē minus eiusmodi
spūs delectaret partitio, dicens: Quēadmodū vult ille, sic facit. Tu vero qs es, cui spūs nō pla
ceāt facta? Attēde aūt eoꝝ gr̄a hæc dicta intulisse, q spm̄ sctm̄ impugnarēt: ꝑinde ac si dicat.
Infra.15 Nō em̄ vt ipsi vultis, sed vt ei libitū est, spūs agit. Vt q & dñs est, & deus, neq; alterius opera
Ephe.1 indiget, sed ipsemet operatur, sicut & pater. Inquit em̄ de spū, qui operat oīa in omnibus.

Sicut em̄ corpus vnū ē, & mēbra habet multa: oīa aūt mēbra corporis cū sint multa, vnū
tñ corpus sunt, ita & Chr̄s. ⌋Cæteꝝ corporis exēplo eos solat, q eo mœrēt dolētq;, qa mi-
norē sint spūs gr̄am assecuti: arguēs nil ꝓrsus ob id fuisse hos imminutos. Quia quēadmo-
dum corpus vnū cū sit, ratione tñ inhærentiū sibi mēbroꝝ, multiplex videat: sic & mēbra &
multa sunt, & vnū, quia simul corpus cōficiunt. Vbi ergo horum discrimē? Vel, vbinam qd
magnitudine ipsa excedat, aut paruitate imminuatur? quippe cum in vnum coeant vniuer-
sa? Huiusmodi igit asserit Christū esse. i. Christi ecclesiā, Qui cum ecclesiæ caput sit, ab eo ē
ecclesiæ inditū nomē. Nā quēadmodū corpore & capite hō vnus efficit, sic ecclesiā ipsam &
Ephe.1.3.5 Christum, tanq̄ pro corpore vno & capite ducens apostolus, pro ecclesia Christum consti
tuit. Dicit ergo, idipsum nos omnes in ecclesia esse, tametsi illa constet varijs ordinibus.

Etenim in vno spū oēs nos in vnū corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gētiles, siue ser
ui, siue liberi. ⌋Aperit hoc loco, ecclesiā corpori esse (quēadmodū est exemplū assertū) ꝓsi-
milē, aitq;: Eodē sub spū vniuersi baptismi lauacro sumus ꝑfusi in vnū corpus. i. vt vnū cor-
pus efficiamur. Neq; sub diuersis spiritibus, sed sub vno eodemq; sumus oēs baptismo ablu
ti. Quo fit, vt neq; ipse sim, q̄ tu plus quippiā consecutus, qppe q in vno sumus corpore ba-
ptizati, vt corpus vnum efficiamur, tam Iudæi q̄ gentiles, tā serui q̄ liberi. Si itaq; hoīes tan
to discrimine alienos, coniunxit hic spūs, longe magis & nos, cum in vnū sumus corpus re-
dacti, nulla debemus tristitia remorderi, perinde ac si inter nos ipsi distemus.

Et oēs vno spū potati sumus. ⌋Videt hoc de spiritali & mystica mensa differere, pane. s.
& vino. Nam cum spm̄ dicit, potum nobis ministrasse patefecit vtrūq;, sanguinem. s. & car-
nem. Verum hoc loco, quod verius est & certius, spūsancti aduentum designat qui nos ꝑ
baptismum, vel ante percepta mysteria inuasit. Potati sumus haudquaquam aliter, quàm
solent arbores à fonte aliquo irrigari. Vnus igitur spūs & nobis potum cōtulit, & irrigauit,
& vnum

A & vnum in corpus congesserit.

Nam & corpus nō vnū est membrū, sed multa.⌋Nil(inquit)miremini, cū etsi tāta multitudine ipsi constemus, vnū simus corpus effecti. Cui rei argumento est humanum hoc corpus, q̄d etsi e pluribus membris cōstet, vnum tñ esse, non multa, pro comperto haberi pōt.

Si dixerit pes: qm̄ nō sum manus, nō sum de corpore: nō ideo nō est de corpore? Etsi dixerit auris, qm̄ nō sum oculus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore?⌋Inducit & membra ipsa loquentia, & perinde ac iurgantia inter se, vt arguat vnum corpus non esse tametsi gratijs differamus. Deduxit p̄terea in mediū corporis partes extremas, pedē & auditum. Nec pedē facit cū oculis disceptationē inire, sed cū manu, q̄ se paulo superior sit. Auditū aūt introducit cū oculo cōtendentē, vt ostendat his inuideri solere, nō qui maximū in modum excellāt, sed quia plusculū prouehunt. Ait igit̄ Si istiusmodi protulerit pes, q̄nquidem haudquaq̄ sum inter mediū locū sortitus, quēadmodum manus, sed oībus sum membris inferior, nō ideo pars corporis nō sum? hoc est, nō ppterea qa manus sit illa, nō erit ex corpore? Neq; em̄ locus ipse vel situs, esse vel nō esse corporis partem, effecit, sed cōiūctio q̄dā vel disiunctio. Item, & si dixerit auris, cum oculus ipse non sim, eo prorsus abijcior, quo minus corporis esse pars queam, nō propterea definet esse corporis membrum? Quin potius cum locū teneat sibi à principio destinatū, ppriāq; actionē exerceat, erit pculdubio & auris corporis membrū. Quocirca q tibi videris minorē fuisse gratiā cōsecutus, obmurmurare iā desine. Es nanq; ecclesiæ membrū, q̄ profecto Christi est corpus, tametsi inferiorē sortitus sis locum. Tunc vero desines membrum esse, cum te à corpore ipso disiunxeris, auulsusq; fueris ab ecclesiæ vnitate. Tutare ergo hmōi vnionē & copulā, si cupis membri nomē seruare. Mēbrorū vices et officia.

Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus?⌋Cum fecisset oculi & pedis hic mentionem, insuper & auditus meminisset & manus eosdemq; & in excellentiæ induxisset & humilitatis sententiam: ita, vt meroris ex his plus illis q̄ consolationis inijceretur: ostendit in præsentiarum eiusmodi donorum diuersitatem conducere plurimum. Nam si corpus vniuersum ex membro vno constaret: vbinā reliqua membra consisterēt? Non te igit̄ pudet, tot membris sublatis, si duxeris vnum te inter cætera eminere & solum.

Nūc aūt posuit deus mēbra, vnūq̄dq; eorū in corpore sicut voluit.⌋Magnū in modū Corinthios frenat. Quia cū deū pnūtiasset, sic voluisse, p̄scripsisseq; singulis membris pprium locū (id enim significat, posuit) neq; pedem, cum inferiorem habeat locum, debere id ferre animo iniquiore, q̄nquidem deo sic placitū est, idq; pedi cōducat, postremū fuisse locum sor-

B titum. Neq; caput extolli, quia arcē teneat corporis: id em̄ diuino ex munere, nō sua virtute effectū est. Sic dici de ecclesia potest, in q̄ inferiorē esse hūc voluit, illū vero superiorē. Oportet itaq;, & qui humilior est, sua sit conditione contentus, & qui sublimior, nil efferatur.

Quid si essent oīa vnum membrum, vbi corpus? Nunc aūt multa quidem mēbra, vnum aūt corpus.⌋Attende Pauli sapiām, vti ex rebus q̄ animi vident̄ præferre pusillitatē, ob huiuscemodi, ita vt dixerim, varietatē donorū, & nullā bonorū æq̄litatē, hos ipsos cōprimit, castigatq;. Nā si nulla fuisset membrorū diuersitas, neq; corpus vnū cōstare potuisset. Vno aūt corpore non existente, neq; æqualitas illa (vt diximus) in partiendis honoribus staret, nunc aūt æque oībus honos defertur, qm̄ in vnum desinunt vniuersa. Ex membrorū itaq; diuersitate, vnum conficit̄ corpus. Ex vno aūt confecto sic corpore, decoris plurimū membris oībus inest, adæquatio quædam & paritas, quem ob decorem cuncta adnitūt̄ ad corporis vnius perfectionem. Inquit enim: vnum estis corpus membra autem plura.

Nō potest aūt dicere oculus manui: opera tua nō indigeo, aut iterū caput pedib⁹, nō estis mihi necessarij.⌋Castigatis q minoribus essent donis affecti: nunc ad eos sermonem diuertit, qui maioribus acceptis, cōtra inferiores acrius insolescerēt, ait nanq;: Quemadmodum oculus obijcere huiusmodi cæteris membris nequit, vestra opera haudquaq̄ indigeo: siquidem vel vno aliquo membro deficiente, vniuersum claudicat corpus, sic neq; his qui præstātiori donati sunt gratia, licet in eos efferri qui minorem acceperint. Opus em̄ his habet, ppterea q facere satis p se cōdēdæ ecclesiæ nequeāt, nec struere soli hāc possint. Bñ aūt posuit, pt. Nam & si id maxime velint, secus tñ rei natura se haber, q̄ vt perfici sine alterius ope queat.

Sed multo magis q̄ vident̄ mēbra infirmiora esse, necessaria sunt. Et quæ putamus ignobiliora mēbra esse corporis: ijs honorē abundantiorē circūdamus. Et q̄ inhonesta sunt nr̄a, abundantiorē honestatē habēt.⌋Arguit hoc loco, quēadmodū necessaria sunt, q̄ minora vident̄. Apparent siquidē tenuia esse, cum minus sint. Verū, q̄nam sunt illa? Nimirū, q̄ infirmiora vident̄ & turpia, magis necessaria tñ hæc sunt. Nonnulli aūt genitalia membra hæc esse dicunt, q̄ & si inhonesta & pudenda vident̄, adeo tñ sunt necessaria, vt sine his constare vita non possit, quin etiam illa recondimus, vt honesta sint. Nā & si nudo prorsus sit quispiā corpore: ea tñ nudari non sinit. Plerisq; etiam infirmiora hæc & necessaria, oculos dicunt. Qui cum pusilli sint, & reliquis mēbris infirmiores, maxime tñ sunt necessarij. Ignobiliora vero Genitalia mēbra necessaria.

& inhonesta, pedes esse. Vnde oculis plurimum per nos curæ impendendum esse, vt imbecillis & parum munitis affirmant. Et ad pedes ipsos tegendos studij plurimum adhibendũ vt in offensi seruentur, tametsi postremi sint, & humi iacentes, & ignominiosi appareant. Possunt igitur hæc tribus modis intelligi, vt dicas .s. infirmiora esse & necessaria, vt oculos ignobilia vt pedes, inhonesta vt pudenda. C

Oculi necessarij.

Honesta aũt nostra, nullius egent. ⌋ Ne huiusmodi, inquiens, quispiam occurrat. Quõ si eri id iure potest, vt prouidendum sit inhonestis, & turpibus, & nulla honesti per nos ratio habeatur? Haudquaq̃, inquit, honesta nostra nos paruifacimus: quippe quæ nulla alterius indigeant ope. & naturalem habeant in se decorem.

Sed deus tẽporauit corpus. ⌋ Si itaq; illud cõmiscuit deus, & tẽperamẽto q̃dã cõdiuit & vnũ pluribus mẽbris cõfecit: vbi ergo in vnico hoc, vł magnitudo dari, vel paruitas p̃t?

Et cui deerat, abũdãtiorẽ tribuẽdo honorẽ, vt nõ sit scisma in corpore. ⌋ Nõ inhonesto dixit & turpi, sed cui deerat. Nã nil ẽ vel informe natura vel inhonestũ. Abũdãtiorẽ, inq̃t, cõcedi honorẽ oportere ei mẽbro, q̃d mancũ sit, & additiõe indigeat. Perinde ac si inquiat: Haudquaq̃ velim superbias, si maiori sis honore affectus, mox'q; & causam ĩfert, ne schisma .s. in corpore sit. Nã si hæc corpis mẽbra partim natura, partim nr̃a regantur prudentia, p̱tim vero haudquaq̃ nr̃a cũ cura, tũ studio digna habeãt, ab inuicẽ hauddubie discẽdent. Qñ quidẽ nec vinculũ ferre, nec copulã possint, q̃bus discissis & mẽbra reliq̃ offensum iri necesse est, vtpote q̃ in varias p̱tes diuisum corpus sint habitura. Nolite ergo, q̃ p̃stãtiorib⁹ estis donati munerib⁹, minorib⁹ insultare, ne illis diuulsis, & vos simul iacturã necessario patiamini.

Sed inidipsum p̱ iuicẽ solicita sint mẽbra. ⌋ Nec solũ, inq̃t, curãdũ erit, ne mẽbra ipsa rescissa abscedãt: sed, vt ingens insit & charitas, & animoꝝ cõiũctio: quinetiã maiorẽ curã suscipiat, q̃d maius fuerit, & minorib⁹ rebus inuigilet. Nec temere, sed in idipsum solicita sint, hoc est, vt eiusdẽ p̱uidẽtiæ, q̃ p̱ maiori adhibeat, & minor sit p̱ticeps, ex ea'q; vel capiat fructũ. Ita fiet, vt cũ talo spina inhæserit, vniuersum sentiat corpus dolorẽ, & curationẽ adhibeat. Nã & caput inclinat, flectit simul & dorsum, vẽter & fœmora cõtrahũt, intuẽt oculi accuratius, & educere manus q̃d talo inhæserat studet, eadẽ cura & reliq̃s in mẽbris seruabit.

Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Siue gloriatur vnũ membrum, congaudent omnia membra. ⌋ Actior illa membrorum cõiunctio communes facit, vti aduersa, sic & successus. Sic igitur talo (vt diximus) ipso affecto, omnia membra cõdolent. Caput vero si coronetur, & reliquis membris gloria inerit, & hilaritas quædam. Si pulchri sint oculi, & reliquum corpus decorent necesse est. D

Vos aũt estis corpus Christi, & membra de membro. ⌋ Ne forte dixerint aliqui: Quid nostra interest membroꝝ hæc cõparatio? Respondet, & vos quidem estis Christi corpus. Quod cum soli nequirent perficere, nisi & cæteri orbis terræ fideles vnà affuissent: adiũxit, & membra. Quæ & si minus integrum conficerent corpus, membra tñ præferrent. Et hæc de membro, hoc est, non membra vniuersa, sed membrorum pars aliqua existebat.

Et q̃sdam quidẽ posuit deus in ecclesia: primũ ap̃los, secundo prophetas. ⌋ Cum hoc statuerit deus, cur deo obsistis. Proponit aũt ille ap̃los, tanq̃ bonoꝝ oĩm duces: deinde prophetas subiecit, non veteris testamenti. Illi quippe adusq; Iohannis tẽpora Christi aduẽtũ prædixere. Sed eos dixit, qui post Christi aduentũ in nouo testamento futura denuntiauerũt, q̃les Philippi filiæ extitere, q̃lis & Agauus ille, q̃les alij fuere innumeri. Abũdabat enim singulis in ecclesiis eiusmodi spũs gratia. Primum aũt & secundo, ideo posuit, vt cũ postremo linguarum gratiam posuisset, comprimat, qui ob eam efferebantur.

Ephe. 4

Acto. 21.

Tertio doctores. ⌋ Propheta quidẽ idcirco doctorem dignitate p̃cedit, quia spũ p̱cit⁹, futura prænuntiat. Doctor autem & sponte multa ediscit: eoq; & tertium locum obtinuit.

Aduersarijs .i. dæmonibus: corpora obsidentibus.

Deinde virtutes, exinde gratias curationum. ⌋ Virtutes nanq; morbo affectos, sanitati restituebant, & aduersarijs inferebant supplicia. Sanandi vero gratiæ, bonam duntaxat reddebant valetudinem, ideo'q; his virtutes proponit, his tamen vtrisq; doctor ille verus præfertur, qui eloquentia & alijs vitæ actionibus cæteros instruit.

Opitulationes, gubernationes. ⌋ Hoc est, sustentare infirmos, & gubernare, vel sustentare q̃ fratrũ sunt. Quod & si nostræ diligentiæ sit, dei tñ esse id munus asserit: suadens, quem admodum gratos se erga deũ exhibeãt, illi'q; intendãt animum, nec quoq̃ pacto superbiant.

Genera linguarum. ⌋ Eo postremo linguarum genera posuit, vt eos coerceat, qui in eiusmodi linguarum varietate nimium insolescerent.

Interpretationes sermonũ. Nunquid oẽs ap̃li? nũquid oẽs prophetæ? nũquid oẽs doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid om̃es linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? ⌋ Qm̃ par erat, vt qui minus gratiæ accepissent, eo maiori afficerentur dolore, quo & maiora sunt, & minora dona enumerata & patefacta. Rursum inferiores ipse solatur, sic inquiens: Quid enim doles, quod minus sis

forsan

A forsan ꝓphetandi grãm assecutus? Illud equidẽ te clã habeat nolim, deesse ꝓphetæ cuiq̃ q̃d ipse sis nactus. Quodq́ alteri insit carere & aliũ. Ita fit vt illud vobis perutile sit, & satius lõge his donis esse contentos, quæ iam acceperitis, vt quisq; proximi ope indigeat.

Aemulamini aũt charismata meliora.⌋ Arguit hos tacite, vel causam præbuisse, quo minus spũs dona acciperent. Nã cum æmulamini dicit, studium exigit, & maiorem quandam in cõparandis spiritalibus cupiditatem. Nec maiora dixit, sed potiora, hoc est, magis vtilia.

Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.⌋ Post hæc, id enim adhuc illud significat si prorsus æmulatores istiusmodi estis donorum, Aperiam equidem vobis præstantiorem quandam viam & excellentem, quæ vos ad hæc dona perducat, Charitatem videlicet.

CAPVT XIII.

Lingua angelorum quid sit.

SI linguis hoĩm loq̃r & angeloꝶ, charitatem aũt non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalũ tinniens.⌋ Haudquaq̃ his viã mox aperit, sed hanc lõge prius linguarum grãm ꝑstare ostẽdit, q̃ ipsis potior videret: Ita sane & optabilẽ p̃ cæteris donis esse hanc patefacit. Linguis aũt hoĩm dicit, qui vbiq; terraꝶ sunt. Neq; his cõtentus, & aliã q̃ndam adijcit excellentiã, angeloꝶ inquiens linguis. Neq; id quidẽ, ꝙ angeli linguas habeant, dixit: sed, melius quiddã & ꝑstãtius volẽs exprimere, q̃d humanas excederet linguas, siquidẽ potẽtia q̃dã intelligẽdi, q̃ inuicẽ diuina cõmunicant sensa, angeloꝶ est lingua, cui ex nostri ad verba ꝓmenda organi huius similitudine, nomen indidit, Quemadmodum alibi, vt illud: Inclinet omne genu cœlestiũ. Quibus & si neq; ossa insint, nec nerui: intẽtius tñ p hæc illorũ expressit obsequiũ. Factus sum tanq̃ æs sonans, hoc est, vocẽ quidẽ emittens: frustra aũt loquens. Et molestius cum sit, nemini prodest, quia charitas Christus.

Philip. 2

Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiã.⌋ Haud simplicem (inquit) hic prophetiam, sed eam, quæ cum excellentior sit, omnia mysteria teneat. Attende autem quemadmodum in ipso linguaꝶ genere nihil dixerit inesse vtilitatis, in prophetia vero mysteriorum omnium asserat contineri cognitionem.

Et si habuero oẽm fidem.⌋ Ne singula differens molestus appareat, ad parentem ipsam & omnium fontem fidem deuenit, & eam, quæ integra sit & syncera.

Ita vt montes trãsferã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil sum.⌋ Qm̃ ꝑmagni apud rudiores habebãt, vt mõtes trãsferri alio possint, ideo & rei huiusce fecit hic mentionẽ, inquiẽs. Nõ solũ fide fieri vniuersa hæc posse, quin vel fidei parte exigua, vti & dñs asseuerat trãsuehi montes posse, si fides inerit, ait naq;. Si habueritis fidẽ vt coccũ sinapis, &c. Attẽde aũt queadmodũ p ꝓphetiã & fidem, oẽm sit grãm cõplexus apl̃us, Q̃nquidẽ miracula ipsa vel verbis vel opere cõstẽt. Neq; si charitate careã dixit, tenuis sum & abiectior, sed nihil sum prorsus.

Lucæ. 17

B

Et si distribuero in cibos pauperum oẽs facultates meas.⌋ Neq; enim si partem substãtiæ meæ contulerim dixit, sed, facultates omnes. Neq; simpliciter, si dedero, intulit. sed, si in cibos pauperum distribuerim, vt in impendendis pecunijs diligentior insit dispẽsatio.

Et si tradidero corpus meũ, ita vt ardeã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil mihi prodest.⌋ Nõ vt moriar dixit. sed, q̃d oĩm ẽ visum grauissimũ, vt viuẽs ardeã, neq; id q̃q; aliquã affert sine charitate vtilitatẽ. Dicet quispiã. Quonã pacto poterũt, charitate sublata, dispensari in alẽdis pauperibus facultates? Respõdendũ ad illud, aplũm ꝑ re nõ existẽte eã posuisse q̃ cõstet, queadmodũ cũ inquit. Siue angelus, siue nos aliud euãgelizabimus, ꝑter id q̃d accepistis cũ neq; angelus, neq; ipsemet Paulus aliud erat euãgeliũ ꝑdicaturus, q̃ ꝑdicasset, & alibi itẽ multis in locis. Hæc ãt dicit, vł quia impertiri aliq̃d sine charitate tũc possumus, cũ nulla in egenos miseratione id agit, sed hoĩm grã cõciliandi bñuolentiã. Tũc vero charitatis id grã fiet, cũ quẽpiã cõmiseratus aliquis, per inde ac incẽsus & ardens, id officij munus exequitur.

Galat. 1.

Charitas patiẽs ẽ, benigna ẽ.⌋ Edisserit itaq; & charitatis ĩdicia, & patiẽtiã ĩ primis ꝓponit, toti⁹ philosophiæ radicẽ & fundamẽtũ. Græce naq; μακρόθυμος .i. patiẽs is appellat, q lõgior sit aĩo, hoc ẽ, magno. Et dici latine magnanim⁹ pt. Ex eo ẽ & μακροθυμία .i. magnanimitas. Et qm̃ nõnulli sunt ad philosophãdum hac aĩ magnitudĩe vsi, q̃les hi sũt, q alios se icẽssentes irridẽdo & cauillãdo ludificãt, ꝑinde ac si his artib⁹ patiẽtiã ꝑferãt, eoq; & irã ꝓuocãt poti⁹ q̃ leniãt tolerãdo. Propterea benigna (inq̃t) ẽ charitas, haud sec⁹ ac si dixerit. Seruãda ẽ ĩ oẽs charitas, benigneq́; ac tolerãter ferẽdi sunt, q ĩiuria nosipsos affecerĩt. Hæc ãt eo ĩtulit, vt eos mordeat castigetq́;, q Corinthij essent, & moribus prauis imbuti, & subdolis.

Macrothymos quis. Magnanimitas quæ.

Charitas non æmulatur.⌋ Hoc est, nemini inuidet. Potest nanque patiens esse quisqiam & liuore duci, quod tamen charitas ipsa ꝓrsus defugit. Quod eo intulit, vt Corinthios nõnullos castiget, qui inuidiæ essent crimine huiusce obstricti.

Quod in ſimplicitate cordis, & ſynceritate dei. ⌋ Cuius (inquit) rei teſtimonio nobis eſt cōſciētia. Et cur gloriamur? Nēpe q̃a in ſimplicitate cordis, hoc ē mēte nō improba. Et ſynceritate. i. aĩo puriore, & q̃uis dolo, vel fraude vacuo, q̃ nihil habeat in ſe adumbratū, fictūve, & talis exiſtat, vt deo & gratus ſit, & acceptior. Hæc autem apoſtolorum quorundā gratia intulit, qui fallaces eſſent inter eos, & dolo pleni.

Et non in ſapientia carnali. ⌋ Hoc eſt, non in eloquentiæ vi, & in ſophiſmatum perplexionibus. Id nanqꝫ carnalis prætendit ſapientia, cuius gratia cum Corinthij inſoleſcerent, hanc ipſe negat ſapientiam eſſe, reſpuitq́ꝫ & longe propulſat. D

Sed in gr̃a dei cōuerſati ſum⁹ in hoc mūdo. ⌋ Hoc ē, in ea q̃ à deo nobis dono data ē ſapiā, verſati in mūdo ſumus. Signis inſuꝑ & ꝓdigijs, q̃ diuina gr̃a ſubminiſtrabat. Id nāqꝫ nos maxime cōſolat̃, cū nobis ipſis cōſcij ſumus, q̃cquid agimus, nō hūana potētia, ſed diuina id agere. Neqꝫ Corinthi ſolum, ſed in orbe terrarum vniuerſo eadem hæc factitare.

Abūdātius aūt apud vos. ⌋ Cur illud? Quia & ſigna ediderat, & gratis apud hos euangeliū ꝑdicaſſet. Aduerte aūt, queādmodū q̃d ſua ē virtute effectū, gratiæ diuinæ adcenſeat.

Non em̃ alia ſcribimus vobis, q̃ q̃ legiſtis & cognouiſtis. ⌋ Q̃m magna q̃dā polliceri de ſe ac dicere videbatur, ne quis obijceret, verboꝝ id præferre iactantiā, ſic infert: Ea ſcribimus ipſi ad vos quæ his in literis voſipſi prælegitis, & quorum antehac notionem habuiſtis. Nec illud, quia nuper vobis hiſce ex literis cognitus ſim, aduerſatur.

Spero aūt ꝙ vſqꝫ in finē cognoſcetis, ſicut & cognouiſtis nos ex parte. ⌋ Rem oēm deo ꝑmittit. Ait nāqꝫ: Spero, hoc ē, in deo ſpes oīs ſita ē mea, nec dubito talē me vos cognituros qualem & epiſtolæ præferunt, & ſpondet mea anteacta hæc vita. Ex parte autē me cognouiſtis, hoc eſt, in partem me experti iam eſtis, & feciſtis mei periculum, ſigna nonnulla bene viuendi præferentis. Quod ſane, inquiens, humilitatem expreſſit.

Qui gl̃ia vr̃a ſumus, ſicut & vos nr̃a in die dñi nr̃i Ieſu Chr̃i. ⌋ Quid em̃ vos ex ea eſtis cognitiōe adepti? Nēpe q̃a gl̃ia vr̃a ſum ego, hoc ē, ꝙ tal̃ ſim ipſe, vt cauſam vobis ꝑbuerim de me gloriādi, ꝙ talē ſitis ꝑceptorē ſortiti, q̃ nihil hūanū edoceat, nihil q̃d vel ſalſo agi, vl̃ dolo queat. Mox ne ſuꝑius videat̃ aliq̃d de ſe iactitaſſe, cōem facit hāc gl̃iā, dicens: Et vos gl̃ia nr̃a eritis. Nā & tales me fuiſſe diſcipulos nactū, gl̃ię duxerim, q̃ nihil ſint à priſtino ſtatu immutati, neqꝫ à falſis apl̃is ſeduci ſe patiūt̃. At qñ dabit̃ nobis is gloriādi locus? Certe etſi hoc tp̃e nob̃ gl̃iari liceret, ꝑcipue tñ ī dñi Ieſu die, hoc ē, iudicij tp̃e. In p̄ntia nāqꝫ ꝑmulti, vbi cōmelias & ludibria q̃ toleramus aduerterit, crimiabunt̃ nos forſitā, & calūnias ingerēt. Tunc vero vniuerſis patētibus videbor, & ipſe haudquaq̃ talis, qualē nō veri apl̃i calūniant̃. Quin etiā eſtis mihi ad gloriam cōceſſuri, quia vos inſtruendo ad fidem ꝑduxi, & ſaluos feci.

Gloriari licebit bonis in die iudicij.

Et hac cōfidētia volui prius venire ad vos. ⌋ Qua cōfidētia? Ea nēpe q̃ cōſtat meipꝫm mihi nulli⁹ eē cōſciū mali, neqꝫ vllo mūdanæ huius ſapiæ cōmercio vti, ſed in dei dūtaxat gr̃a verſari, q̃d equidem gloriæ vobis ac laudi futuꝝ eſſe confido, voſq́ꝫ præ cæteris hoꝝ omnium

malim

A malim testes habere. Cuius testimonij habendi gratia, erat animus ad vos commigrare.

Vt secūdam grām haberetis.] hoc ē, duplicē iucūditatē, ex eplā alterā, alterā ex mea pñtia.

Et per vos transire in Macedoniam.] Quinetiā in superiori epistola illud præfatus est, veniam ad vos cū Macedoniam pertransiero. Nūc vero, inquit, volui prius ad vos venire. 1.Cor.16 Videt ergo sibijpsi cōtraria protulisse, q̄d tamen haud ita se habet. Neq; eñ scripsi per vos, inquit, me in Macedoniā cōcessuṙ, sed venire volui. Itaq; etsi haudquaq̄ hoc pacto scripserim, alioqui maturabam accessum, & animo inerat priusq̄ Macedoniā ipsam cōspicere, vos Ibidem. statim adire. Et tantopere absum à quauis negligentia, vt ad vos iter accelerem, vel q̄ meis vos velim pollicitatiōibus fraudari, vt vel promissa hæc mea præuenisse maluerim.

Et iteṙ à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.] In priori epistola tēpore nullo p̄finito vt vos me deducatis quocūq; iturus sum dixit: veritus ne si in Iudæam ituṙ se diceret, alio postmodū à spū abire compulsus mēdacij argueret. Nunc aūt omni spe damnat Corinthios abeundi: fidens, inquit, volebam per vos in Iudæam deduci. Deo tamē ne ad vos me omnino conferam visum, neq; vt à vobis in Iudæam deducar.

Cū ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut q̄ cogito, secundū carnē cogito, vt sit apud me, est, & nō?] Apertius hoc loco sui accessus excusat tarditatē, inqt q; Cū adire vos vellem, cuius rei grā non adij, nō vt leuis & fidei solutionis & fallacis, & aio varius & nutabūdus id egerim? Minime, quippe q secundū carnē cogito, hoc est, pro humana mihi cōdi Spiritu tra tione volūtas inest, ducor q; propria quadā animi snīa, ita vt q̄d ipse apud me destinauerim, hit Paulus. id exequar, siue pagendū sit, siue minime. Quod tñ facere in p̄senti nō licet, quia spū trahor: nec potestatē habeo abeundi quo velim, sed quo ille iniunxerit. Ita fit, vt p̄sæpe q̄d fuerim pollicitus, exequi nequeā, q̄a spiritui id munus appareat: nec si q̄d abnuerim seruare id possum, quia q̄d ipse negauerim, iniunctūrus est spūs. Aduerte apostoli sapiētiā. Quod eñ erat obtrectatoribus ad insimulandū occasionis oblatū, se scilicet vt erat pollicitus nō venisse, idipm in laudis suæ partē cōstituit: Videlicet, q̄ nequaq̄ sui sit iuris, sed pro spūs ferebat arbitrio quocūq; illi sit visum. Dicet aliqs, Quid illud? Nōne q̄ Paulus pollicebat spūs suggestio ne spōdebat? Nō futuri erat ipse ignarus? Ita sane. Neq; eñ cūcta tenebat, quippe q vel inu- 2.Corin.12 tilia sibi precaret, cū carnis stimulū peteret ab se auferri. Et in actis legit apostoloṙ, cū ali- Acto.16 quo decedere vellēt, fuisse à spū impeditos: quod procul dubio deus in eoṙ profectū facie- Actoṙ.14

B bat, ne illis essent homines, vt dns intenti, quod malum Lycaones illi patiebantur.

Fidelis aūt deus, q̄a sermo noster q fuit apud vos, nō est in illo, est & nō.] Soluit, q̄ incumbere videt obiectionē. Posset quispiā merito dicere: Si nulla tuis inest firmitas dictis, q̄nquidem aliqd tecū factuṙ affirmas, nihil postmodū egisse deprehēderis: vereor ne sermo hic tuus & p̄dicatio istiusmodi sint, videlicet, est & non, hoc est, nihil in se habeāt firmitatis. Ad hæc itaq; respondens aplūs, inqt: Erat profecto mei iuris profectionē ad vos polliceri, eoq; me mea fefellit opinio. Prædicatio vero dei est opus, & ideo nec fieri p̄t, vt quēpiā fallāt diuina mysteria. Vnde & subdit, fidelis deus, hoc est, veridicus & neminē fallēs. Cū itaq; talis sit deus, neq; eius sermo q ad vos habitus est, & per nos p̄dicatus, vel infirmior, vel instabilis extitit fit, vt plerunq; diluat quod affirmarit, aut confirmet, quod ante diluerit.

Dei eñ filius Iesus Chrs, q vobis p nos p̄dicatus ē, p me & Siluanū & Timotheū, nō fuit in illo, est & nō, sed est, in illo fuit.] Explicat demū q̄le illud sit dictū, q̄d eiusmodi negādi & asserēdi subierit necessitatē: in filio, inquiēs, dei quē ipsi apud vos p̄dicauimus, nō fuit ē & nō hoc est, nulla eius apud vos varietate vulgatū est nomē. Sed est q̄dē in illo fuit, hoc est, tenore verboṙ vno firmo ac stabili, hūc p̄dicauimus. Adiecit p̄terea Siluanū & Timotheū, vt horū testimonio fides sibi nō abroget: & hūilitatē edoceat, q̄nquidē eius discipulos p̄ceptores (appellet.

Quotqt eñ promissiōes dei sunt, in illo est. Ideo & p ipm amen, deo ad glo- Dei promiss tiā nostrā.] In p̄dicatione promissiones pleræq; sunt, quemadmodū mortuoṙ resurrectio, sa firma. adoptio filioṙ, & futuri deniq; spes seculi, & hmōi alia. Dicit igit: Nō solū p̄dicatio eodē semper statu p̄durat, firmaq; profert ac stabilis: quinetiam & promissiōes cōstat in ea cōsistere quippe q̄ dei, nō hoim sint. Nā quęcūq; sunt à deo promissa, est & amen in se cōtinēt, hoc est firmitatē præ se ferūt. Neq; eñ in vllo hoim, sed in deo ipso finem sunt nacta diuina promissa. Ita fit, vt istiusmodi particulæ, est & amen, futura cōfirment. Cedet p̄terea deo ad gloriam, si qs eius promissa, & si nulla re alia, eiusdē tñ ob laudē adimpleuerit. Per nos aūt hoc, pro suis in nos bñficijs. Nos nanq; causam illi p̄bemus, vt q̄ pollicitus sit, exequamur. Si itaq; dei pollicitationes sunt certiores, longe magis qui de eo fit sermo, firmior erit. Potest & per nos illud in hanc sententiam capi, videlicet ad dei gloriam, quæ illi nostri respectu defertur, quippe qui nostri gratia ex eius in nos beneficijs adeptus sit laudem.

Qui aūt cōfirmat nos vobiscū in Chrō, & q vnxit nos deus, & q signauit nos, & dedit pignus spūs in cordibus nrīs.] Dixit superius, fore vt deus ipse promissiōes adimpleat: nūc vero idipsum cōfirmat, sic inquiens: Stabilitatē vobis & mihi, vestroq; item præceptori, cōsi-

stēdi q̄ in ipso est, fidr, deus ipse largitur, idē'q; nos & vnxit & signauit, hoc est, prophetas & sacerdotes & reges nos ille effecit: tistiusmodi nāq; est, quicūq; est in baptismo plutus. Prophetas quidē, quia q̄d nequit oculus intueri, ipsi p̄spicim⁹, audimusq;, q̄d auris nunq̄ auditu percepit. Sacerdotes vero, qa necesse ē vt deo nosipsos hostiā offeramus, viuētē, sanctā & illi acceptā. Reges demū cōstituit, qa nos ille sibi in filios adsciuit, cuius in ditiōe sunt oīa, futuriq; & cœlestis imperij fecit hæredes. Atqui vt in veteri test. sacerdotes ipsi & reges oleo vngebant, sic & nos hoc t̄pe sp̄ū oblinimur, eiusq; & pignus q̄d deus inusit cordibus n̄ris, excipimus. Et quēadmodū id pignoris cōtulit, sic & reliq; nobis est proculdubio laegiturus. Pign⁹ aūt dicit hoc loco sp̄ūs dona. Ex parte nāq; cognoscim⁹, & ex parte prophetamus. Tūc aūt erit p̄fecta cōciliatio, cū Chr̄s in sua gloria manifestabit. Haudquaq̄ itaq; velim existimetis nos eē, q talia vobis polliceamur: quippe q forsan & falli possumus. Nec p̄terea iaegimur ipsi stabilitatē, sed de⁹ ipse hāc pollicet. V os'q; itē ac me offirmat, cui & curę ē oīa adiplere. Qui aūt cōfirmat nos atq; hmōi alia pleraq; facit: subintellige, is suas ē promissiōes adimpletur⁹.

Ego aūt testē deū inuoco in animā meā: q̄ parcēs vobis, nō veni vltra Corinthū.] Cum dixerit superius, propterea ad vos nō veni, qa nullā haberē meipsius facultatē, sed à sp̄ū prohiberar: quo pacto nunc inquit, nō vltra Corinthū veni, qa parcerē vobis? Respōdendū, Vel quia à sp̄ū idipsum prohibeat, q̄ sibi id suggessisset, Corinthiorū auaritiā causatus. Vel & si à principio sp̄ūs prohiberet accessum, ipse postmodū satius id fore existimās, manendū potius, q̄ abeundū statuerit. Aduerte aūt q̄ prudētec id Paulus dicat. Nā cū in vulgus Corinthij tactitaeēt, ideo Paulū ab hmōi profectiōe destitisse, qa sui odio teneret: ipse contraria subdidit, inquiens: Eo nondū sum ipse ad vos profectus, quia vobis parcam, Hoc est, Nr vos castigē, abstineo. Quod quidē ea de causa intulit, quia erāt plerią; Corinthij delinquētes, quos erratorū minime pœniteret: castigasset'q; hauddubie eos, si Corinthū se cōferens, emēdatos nondū cōperisset, Quo fit, vt suā perfectionē remoretur apostolus, vt prius correctis illis & emendatis, aduentu ipse nullam his habeat pœnas ingerendi occasionem.

Ad fidem nemo cogitur. Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri.] Q̄m quod dixerat, dominātis p̄ferret potētiam, & tanq̄ rius vim explicaret, q̄ in Corinthios haberet imperiū: poterat eī qui p̄t pœnis afficere, mitigat sermonis asperitatē inquitq;: Dixi equidē, veniā me vobis datum. Nō ro q̄ fidei v̄ræ imperitarē, quippe q̄ volūtaria est. Quis eī ad hāc inuitū quēpiā cogit & nolentē? Sed qa vestrā animi iucunditatē pro mea dixerim, nequaq̄ me ad vos cōtuli, ne vos ad mœrorē cōpellerē, essem'q; vestræ mœstitiæ particeps. Cuncta eī ad vestrā lætitiam facito, proptereaq; & meū aduentum distuli, vt ex meris duntaxat cōminationibus ad rectum vobis pateat reditus, veniensq; inoffensos obseruem. D

1.Corin.15 f.6 Nam fide statis.] Remissius iam ad hos & lenius habet sermonēq;, qa in priori epistola in cessuerat plurimū. Quod aūt inquit istiusmodi est, In his quidē, q̄ fidē contingūt, recto statu consistitis, quo fit vt nihil habeam cuius insimulare vos queam: in cæteris vero insirmiores estis & nutabundi, à quibus si pedem non retuleritis emendati, merito nec secus vos pœna afficere & mœrore potro, ac ipse vestri ob gratiam tristitia sum affectus.

CAPVT II.

Statui aūt hoc ip̄m apud me, ne iterū in tristitia venirē ad vos.] Cū iterū, inq̄t, arguit plane vel alias sæpe ex horū erratis, fuisse sibi mœrorē iniectū. Nec tñ id dixit apertius, neq; eī iniuria id illis obijcere poterat, vos mihi tristitiā vel ante hac iniecistis, & ea propter nōdū ad vos cōmigrauī, ne vobis afferrē męstitiā: eo nāq; Corinthios obiurgando vrgebat, quia se illi peccando incesserent, quod hauddubie magis angere videbat.

Si eī ego cōtristo vos, & q̄s est q̄ me lætificet, nisi q̄ cōtristat ex me?] Si eī, inquit, vobis videor vitia exprobrādo mœrorē afferre, criminādoq; vos auersari: nihilomin⁹ ea ex re ideo lętitiā capio, qa plurimi facere me videmini, cū mea eiusmodi vos mordrat criminatio & prauorū facinorū exprobratio vrgeat. Nemo eī, inq̄t, adeo me lætitia afficit, q̄ is, q̄ me sibi cū succēsere inspexerit, mœrore cōtrahit. Præfert nanq; hoc pacto haudquaq̄ me habere contemptui, & spem afferi sese corrigendi. Quod sane & mihi animū explet iucunditate.

Et hoc ipsum scripsi vobis.] Quod illud: Quia vobis parcens non venerim. Vbi autem

Cap.1. scripserit, si quæras: nempe in hac ipsa epistola.

Vt nō cū venero, tristitiā sup tristitiā habeā, de q̄bus oportuerat me gaudere.] Propterea, inq̄t, nūc ad vos scripsi, vt ipsi vos corrigatis. Ne forte vos, si inemēdatos dep̄henderē, futurę essei, vt vestri gr̄a mœrore cōficerer, quorū * profectū lætandū mihi potius esset.

al. gaudio Confidēs in oībus vobis, quia meū gaudium omniū vestrū est.] Scripsi, inquit, confisus vos aliq̄n redituros in viam, idq; mihi & lætitiæ fore. Non eī existimo animi mei affectus esse à vestris alienos: eoq; & illud adieci, ne tristitiā habeā, nil prorsus quę mea intersunt, sed quæ vestra considerans. Habeo nanq; pro re certiori, & vos item lætari cum hilarē me & lætiorem videritis, nec minus, si vicem vestram dolentem, & vos dolituros.

Nam

A

Nam ex multa tribulatiõe & angustia cordis scripsi vobis p multas lachrymas.⌋ Qm̃ dixerat, qui cõtristat me gaudio afficit, ne illi forsitan hũc in modũ occurrerẽt, ergo eo nobis tristitiã ingeris, vt ipse lætitia explearis, propterea infert: Maximũ & ipse in modum vestri ob grãm doleo, dolẽdoq́ delinquẽtes vos ipse excedo: quippe q non solũ nõ simplici quadã & exigua mẽtis affligor angustia, sed multa & abundãti. Nõ in lachrymis modo, sed cordis angustia hæc ad vos scripsi, hoc est, cor meũ angebat mœrore, q me acerbius detineret, eóq & lr̃as scripsi. Nã & medicus quispiã q filiȷ pcciderit vel adusserit plagã, duabus de causis doleat necesse est. Cũ qa filius sit valetudine nõ æqua affectus, tũ qa pcidere illi corporis partẽ cogat. Alioqui speratæ & futuræ salutis gr̃a, cũ id agit, lætat, libẽsq & filiũ medẽdo dolore afficit. Sic itaq ipse cũ vos peccatis obnoxios videã, mœrore partim afficior. Lætitia partim, quia vos ob cõmissa mœrentes intueor, & emendationis spes mihi vestræ offertur.

Non vt cõtristemini, sed vt sciatis quã charitatẽ habeã abundãtius in vobis.⌋ Cõsequẽs erat, hũc in modũ vt diceret, Nõ vt cõtristemini, sed vt corrigamini. Id tamen pteriens, verbis potius placabilitatẽ quandã adiecit: maiorẽ afferẽs suam esse in Corinthios, q̃ in cæteros discipulos charitatẽ. Id agens, ad se vt illos pelliceat arguatq́, si quã eis iniecisset tristitiã, ex charitate illã esse, nõ ex ira profectã. Est em̃, inquit, maximũ id amoris indiciũ, vt vobis peccantibus & ipse mœream, & vos increpando dolore afficiam. Nam si nulla vestri tenerer beneuolentia, neglectos plane, & incuratos abire in præceps permitterem.

Si qs aũt cõtristauit me, nõ me cõtristauit, sed ex parte, vt nõ onerẽ oẽs vos.⌋ Nititur his dictis Corinthioꝝ erga fornicãtẽ illũ (de q̃ in supiori epistola fecerat mẽtionẽ) cõciliare & cõfirmare bñuolentiã, illius scelere alienatã. Erãt em̃ ab eo tanq̃ ab hoie reprobo & nefario, Pauli iussu auersi oẽs. Ne itaq, si rursum eiusdẽ imperio iubeant illi veniã dare, moleste id & grauiter ferãt. Quid ni? Qui leuitatis Paulũ incusarẽt, prudẽtissime illos demulcẽdo hęc scribit. Quemadmodũ nobis ille cõmunẽ iniecerit tristitiã: sic velim vt venia p vos illi cõcessa, cõem vobis ad lætitiã cedat. Neq em̃, inqt, mihi soli doloris hic causam pbuit, q facinus tã atrox cõmiserit: sed & vobis ex parte, hoc est, parꝫ vobis doloris, ne plurimũ dicã, ingessit, qa nõ multũ fornicãti illi oneris imposuisset, q nõ minori vos q̃ me dolore affecerit. Veꝝ qa pro sceleris merito nequaq̃ illũ depresserim, ex parte dico, & vos ob id tristitia fuisse affectos.

1. Cor. 5
Paulus Corinthios prudenter demulcens.

B

Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus.⌋ Non dixit, fornicanti illi: sed, ei qui eiusmodi est, quemadmodũ & in superiori epistola fecit, in qua neq illius nomen voluit explicare. In hac vero, etsi venia data, nullam tamen facit delicti & sceleris mentionem. Instituens, vti erga mœrentes & oppressos clementius nos geramus.

Ita vt econtrario magis donetis & cõsolemini.⌋ Non modo, inquit, soluenda est oĩs vestra in eũ cœpta obiurgatio, & tollenda cõuitia, quin & plus illi aliquid veniæ cõcedendum & cõsolemini, hoc est, solando reficite. Nec secus agite, q̃ solet quispiã, qui post plagas ingestas curari illas permiserit. Donetis præterea dixit, ne fornicarius ille, & quia fatebat peccatum, & satis iam pœnituerat, solutũ se iam & liberũ esse à scelere existimaret. Ostendit itaq nõ tantum hunc pœnitendo, quantũ horum gratia & dono accipere se veniam posse.

Ne forte abundãtiori tristitia absorbeat, q eiusmodi est.⌋ Necessario (inqt) est ille, & suscipiẽdus & cõsolãdus, ne veluti ab efferatiore aliqua belua, vel procella arreptus, absorbeat mœrore: veniatq́ tandẽ p desperationẽ, quẽadmodũ & Iudas, ad laqueos. Vel se pcipitem saltu ferat, vtpote q ex acriori & immoderata castigatiõe, dolorem nõ toleret, & eat in scelus maius aliquod pceps. Aduerte quẽadmodũ & reprimat fornicantẽ, excitetq́ ne segnior fiat venia cõsecuta. Nec tamen hunc nomine explicat, cũ inquit, qui eiusmodi est.

Matth. 27
Actoꝝ 1.

Propter q̃d obsecro vos, vt cõfirmetis in illum charitatem.⌋ Perinde ac si dicat. Velim equidẽ vt ea qua in hoc eijciẽdo vsi estis ante hac charitate, in eo restituendo vtamini, ne desperando in peiora labatur & ruat. Idq́ nunc obsecro vt peragatis, & si iubere id queam.

Ideo em̃ & scripsi vobis, vt cognoscã experimentũ vestrũ, an in oĩbus obedientes sitis.⌋ Idcirco, inqt, hæc ad vos scripsi, vt q vestrã sim antea expertus obedientiã, cũ fornicãtẽ illũ e vestra ecclesia eiecistis, eandẽ illã hoc tẽpore recognoscam, iterato periclitando, in omnibus, hoc est, vel in hoc ipso quod deprecor, tum cæteris in rebus, quas vobis iniunxerim.

Paulus obsecrat, qui poterat imperare.

Cui autem aliquid donastis, & ego.⌋ Vt vos, inquit, veniam illi dedistis, ita & ipse, hunc miseratus, consolandum iam censeo.

Nã & ego donaui, si qd donaui, propter vos in persona Christi, vt nõ circumueniamur à satana.⌋ Ipse vero, vestri ob grãm huic veniã dedi, si quã iam cõtuli, & in Christi persona donaui, hoc est, haud secus ac Christus ipse donasset, Ne à satana circumueniamur, & instigemur, vt asperiores erga hunc simus, & pœnas exigamus acerbiores.

Non enim ignoramus cogitationes eius,⌋ id est, satanæ instigationes ad acriora.

Cũ venissem aũt Troadẽ propter euangeliũ Chr̃i, & ostiũ mihi apertũ esset in dño, non habui requiem spũi meo, eo q nõ inuenerim Titũ fratrẽ meũ, sed valefaciens eis, profectus

G

sum in Macedoniã. ⌋Cũ Troadẽ(inquit)me cõtulissem, euãgeliȷ̃ gratia ꝓdicandi, & ostium esset mihi apertũ, hoc est, auditorꝝ paratiores animos inuenissem in dño, id est, dñi ope. Nõ habui requiem spiritui meo, nequiui scilicet voluntati meæ tunc satisfacere, quia fratrẽ minus inuenerim. Id forte dicit, quia Titus erat apud Troades testatior, & lingua illa peritior: Vel, quia haudquaq̃ posset apostolus fideles solus instruere, incredulis obstrepentibus. Cæterũ vbi fideles inquit hortatus, saluere iussi, me in Macedoniam contuli.

Deo aũt gratias, q̃ semp triũphat nos in Christo Iesu. ⌋Deo, inquit, gratias agimus, qui triũphat nos, id est, triũphare nos facit: in Chr̃o Iesu, hoc est, cũ Iesum filiũ ꝓdicamus. Perinde ac si dicat, Triumphet aliȷ̃ pro terrenis rebus his decertando: ipse vero Iesum solũ gloriæ duxerim, vt & alibi dixerat: Mihi absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi.

Galat. 6

Et odorẽ notitiæ suæ manifestat nos ĩ omni loco, q̃a Chr̃i bonus odor sumus deo in iȷ̃s q̃ salui fiunt, & iȷ̃s q̃ pereũt. ⌋Quod aũt dicit, tale est. Siue salutẽ assequant̃, ꝑmiũq̃, siue interitũ & ꝑditionẽ: perstat t̃n sua virtute & robore euãgeliũ. Nosq̃ eodẽ quo sumus statu, cõsistimus. Et quẽadmodũ lux ipsa & fulgor, imbecilliora q̃q̃ obtenebrãs, in suo splẽdore alioqui ꝑseuerat. Mel item, & si iȷ̃s q̃ deprauato sunt gustu, amarius videat̃, suã t̃n seruat dulcedinẽ. Sic euãgeliũ odorꝝ est & suaue, tãetsi increduli nõnulli intereãt & disperdant̃. Nos vero deo iure optimo sumus in suauitatis odorẽ. Cui quis vnq̃, cum sententiam tulerit, aduersabitur?

Aliȷ̃s q̃dẽ odor mortis in mortẽ, aliȷ̃s aũt odor vitæ in vitã. ⌋Cũ dixerit supius, odoratus suaues inter ꝑditos sumus, ne existimes & hos eẽ deo acceptos, induxit hæc, inquiẽs: Ad eiusmodi odoris fragrãtiã, eo pacto nõnulli accedũt, vt salui reddant̃: Nõnulli vero, vt in interitũ seipsos proripiãt, nec secus ac mulsum solet, & sues & cãtros suffocare. Et Chr̃s q̃dẽ scandali petra, & ad potionẽ exposit⁹, & ignis q̃ aurꝝ reddit fulgẽti⁹, vepres & senticeta cõburit.

Et ad hæc q̃s tã idoneus? ⌋Postq̃ magna q̃dã ꝓfatus est Paulus, & suauissimũ nos spirare odorẽ, & triũphare: rursum hęc moderati⁹ differẽs, ait: Nihil fore ad ĩbecillitatẽ hãc nostrã idoneũ satis, nisi ꝓsto sit & dei potẽtia. Ad eũ nãq̃ & solũ, nõ ad nos spectat rerꝝ oĩm summa

Non eñ sumus sicut plurimi, adulterãtes verbũ dei. ⌋Hoc loco falsos apl̃os carpit, q̃ dei gratiam propriæ virtuti adscriberẽt. Non eñ, inquit, cõmentitiorꝝ sum ipse apl̃orꝝ persimilis, qui deprauare & adulterare dei grãm velim: sed deo equidẽ vniuersa permisi. Quis eñ posset ad hæc per se satis sufficere? Arguit ꝓterea eosdẽ apostolos exterioris sapientiæ argutiolos quibusdã, docendo alios inescare, & venalia habere, quæ dari gratis oportuisset. Se tamen haudquaq̃ istiusmodi esse, in subsequentibus demonstrabit.

Pseudo apostoli.

D

Sed ex synceritate, sicut ex deo, corã deo in Chr̃o loq̃mur. ⌋hoc est, aĩo puriore & aperto nos loquimur, tanq̃ ex deo accipiẽtes q̃ dicimus. Neq̃ à nobisipsis mirãdũ aliq̃d edim⁹ facinus, sed Chr̃i virtute, nõ n̄ri sapiẽtia euangeliũ ꝓdicamus. Corã deo aũt dixit, vt sui cordis & rectitudinẽ ꝓferat & libertatẽ. Abest eñ tãtopere à quouis dolo cor nostrũ & labe, vt liceat nobis, vel in dei cõspectu libere id aperire.

CAP. III.

INcipimus iterũ nosmetipsos commendare? ⌋Cũ magna de se Paulus prædicarit: quæreret aliquis, Quid illud? Teipsum extollis, cum de te talia iactitas? Hanc igitur quæstionem ex sequentibus soluit.

Aut nunquid egemus(sicut quidã)commendatitiȷ̃s epistolis, ad vos aut ex vobis. ⌋Hæc nõ sine indignatione aliqua refert, vt Corinthios verbis vrgeat acrioribus. Ostẽdit aũt subdolos & fictitios nõnullos apostolos, quorꝝ fama cũ esset obscurior, quia nullis essent propriȷ̃s operibus clari: in suã cõmendationẽ finxisse epistolas, quas in suã ipsi cõmendationem quocunq̃ liberet, differrent: ex hisq̃ & laudẽ sibi & nomen apud cæteros cõparasse. Quod vero Paulus nõ sine animi acerbitate loquitur, tale est. Num forsan dixerit quispiam, circũferendas esse & nobis commendatitias ad vos epistolas, vel ex vobis ad alios, vt per eas notiores efficiamur? Deinde quæ sequuntur, sic inquiens subdit.

Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, q̃ scitur & legit̃ ab oĩbus hoĩbus. ⌋Quod, inquit, epistolæ in meã cõmendationẽ egissent & laudẽ, id ipsi per vos agitis. Nã cũ ab aliȷ̃s vel spectamur vel audimur, vel quocunq̃ profectũ est, vos circumferimus: quippe quos cordi habemus inscriptos, & vestras virtutes oĩbus propalamus. Cũ itaq̃ epistolæ loco vos habeã, qui me apud alios cõmendatis, & laudibus summis effertis: nullas alias à vobis exegerim literas, vt me nescientibus innotescã. Accedit ꝓterea, vt neq̃ aliorꝝ apud vos cõmendationis indigeam, quandoquidẽ insiti mihi menti & cordi sitis. Sunt nãq̃ ad eos necessariæ cõmẽdatitiæ literæ, quibus ipsi incogniti sumus. Vos aũt mihi aĩo estis inscripti, ita vt excidere nullo pacto possitis. Quibus dictis, nõ modo illorꝝ suo testimonio comprobat charitatẽ, verũ & virtutes extollit. Siquidẽ & præceptoris manifestandã cæteris hoĩbus dignitatẽ satis habere virium videbantur. Magistro nanq̃ discipuli virtus decori est.

Manifestati, q̃m epistola estis Chr̃i. ⌋Quo fieri id pacto pōt? Nimirꝝ q̃a Chr̃i mandata & leges apud vosipsos, tanq̃ apud aliqua literarꝝ monumenta, & manent, & conseruantur.

Mini

A Ministrata à nobis & scripta, nõ atramẽto, sed spũ dei viui: nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.] Occasionẽ arripiẽs, legẽ cũ euãgelio cõferẽdi, ex ea sic inquiẽs initiũ sumit. Queadmodũ legis Mosis olim fuit minister, sic & nos ad fidẽ hanc nostrã vulgandã & pdicãdã ministerio fungimur: vtq; & tabulas ille insculpsit, sic & nos corda. Atq; & lex erat atramẽto inscripta, in nobis vero euãgeliũ spũ est exaratũ. Quantũ itaq; differt ab atramẽto spũs, & cor ipm à lapide: tãdundẽ nouũ id à lege veteri testamẽtũ. Potest & in aliũ sensum id dictũ capi: nã cũ cõstet, se cruciatibus Iudęis, & alijs à fide alienis, corda inesse lapidea eo fidelium corda carnalia intulit, vtpote q̃ & rationẽ admittant, & eadẽ hac gubernentur. Ezech. 11. 36

Fiduciã ãt talẽ habem⁹ p Christũ ad deũ. Nõ q; sufficiẽtes simus cogitare aliqd à nobis.] Qm̃ ostendit nouã hanc, antiquã illã legem pstare, cõsequens erat, sic Paulũ orationẽ suisse prosequitur: vos videlicet apostoli, quorũ ministerio lex noua tractat, præstantiores Mose estis, q veterẽ administrauit. Quod dictũ ne ferre prę se superbiã videret, sic infert: Neq; em̃ accẽseri nostræ illud virtuti debet, sed deo, in quo habemus per Christũ fiduciam, hoc est, in quo per Christũ oĩs nostra sita est gloria: nostræ nãq; huius in deo iactãtiæ Christus est causa. Nec quidpiã est, quod sit opera nostra effectũ, nec minimũ quidpiam. Hæc em̃ dicere voluisse designat, cũ inquit: Sufficientes nõ sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.

Sed sufficiẽtia nr̃a ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamẽti.] Virtus (inquit) nr̃a & vigor oĩs ex deo hauddubie proficiscit. Ipse nanq; nos idoneos reddidit, hoc est, roborauit & aptiores effecit, ad rei huius diuinæ & noui testamenti administrationem.

Non litera, sed spũ.] Et lex quidẽ spiritalis erat, hoc est, à spũ cõcessa & prodiens: nec tñ vt noua, vetus illa spm̃ cõferebat. Ait igit: Haudquaq; nobis, queadmodũ Mosi Isræ duntaxat creditæ sunt, sed spũs ipse cõcessus. Nõ em̃ spiritalibus quibusdã & diuinis tantũ apostolorum nitebatur doctrina, sed simulac manus imposuissent, & spiritum largiebantur. Roma 7 Lex spiritalis.

Litera autem occidit, spiritus autem viuificat.] Lex, inquit, illa vetustior, si quem deprehendat, vel rebus in minimis delinquentem, non secus afficit morte, q̃ ligna sabbato legentem affecerit: Spiritus autem sanctus, vel si mille hominem facinoribus obstrictum exceperit, baptismi lauacro, & iustum reddit, & peccato mortuum viuificat. Litera occidit, spũs viuificat, quo Nume. 15

B Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus fuit, in gloria.] Patefacta superi⁹ noui & veteris testamẽti differẽtia, affert alterũ atramẽto, & alterũ spũ eẽ cõscriptũ: & insculptũ lapidibus illud, hoc vero cordibus. Itẽq; ex altero mortẽ, vitã ex altero cõparari. Nũc quidẽ ostẽdere nititur, lõge maiorẽ esse euangelij gloriã, q̃ legis fuerit. Lex quippe vetus sensibilẽ quandã nacta est gloriam, Mosis scilicet faciem fulgentiorẽ: Noua vero eã videlicet q̃ mẽte cõcipitur. Qñ quidẽ hãc ipsam nemini iã sensibiliter licet oculis intueri. Ostendit itaq; euãgelij excellentiã ipsam animi cõceptu quodã cõprehendi posse, inquitq; priorẽ legẽ mortis fuisse ministrã. Neq; em̃ effectricẽ dixit, ne vllã pbeat hæretico errori occasionem sed ministrã. Enimuero peccatũ mortẽ pepererat, mors vero suppliciũ afferebat. Litera pterea ipsa veteris testamẽti sola cõstabat neq; vllã afferebat opẽ certãtibus. Quod sane in baptismo nõ accidit. Arguit & supplicia illi nec desinere vnq; nec colli: inquit nãq;, mortis hãc administrationẽ in lapidibus fuisse formatã. Si lex itaq; cũ talis extiterit, in gloria est effecta quãto magis & gratia, quæ adeo præstat, vt nihil queat eius excellentiæ comparari. Exodi. 34 Legis veteris & nouæ differẽtia.

Ita vt nõ possent intẽdere filij Israel in faciẽ Mosi, propter gloriã vultus eius, q̃ euacuat.] Tacite hoc loco Iudæos incusat, q adeo erãt mente obtusi, vt ne ipsam quidẽ sensibilẽ Mosi gloriã possent suspicere. Neq; em̃ dixit, legẽ ipsam vel tabulas eiusmodi gloriã habuisse, sed Mosi faciẽ. Moses nãq;, nõ legis tabulæ, hãc prę se gloriã & splẽdorẽ ferebat, quã demũ gloriã & Mosi demit, cũ inquit, euacuat, hoc est, vacua & inanis effecta est. Aduerte aũt quemadmodũ nequaq̃ in quã gloriã dixerit: sed, euacuatã, hoc est, desitã iã & otiosam & finẽ nactã.

Qũo nõ magis ministratio spũs erit in gloria.] Queadmodũ legẽ asseruit mortẽ subministrare, sic cõsequẽs erat, vt euãgeliũ diceret vitæ ministrũ. Verũtamẽ q̃d pstãtius erat spũs dixit, q vitã pbeat. Lõge itaq; nouũ hoc testamentũ pstãtiori est in gloria, q̃ lex illa vetusta.

Nam si ministratio dãnationis in gloria est, multo magis abundat ministeriũ iustitiæ in gloria.] Rursum in eadẽ sentẽtia interpretãda persistit, explicãs, queadmodũ & litera ipsa occidat. Legẽ em̃ inquit, ministrationẽ quandã esse damnationis, qa tormentis afficiat, non gignat supplicia: Iustitiæ aũt ministeriũ euangeliũ dicit, quod non solũ nos eximat à pœnis, sed iustos reddat vel delinquentes. Quo fit, vt maiori habendum sit euangelium gloria.

Nam nec glorificatũ est, q̃d claruit in hac parte propter excellẽtẽ gloriã.] Quid, inqt, veterẽ cũ noua lege cõtulerim, cum sit tãta nouæ pstantia, vt in hac parte, hoc est, in eiusmodi cõparatiõe, nullã habere gloriã existimabit quod fuerit glorificatũ, id est, vetus lex ipsa ob nouæ excellẽtissimã claritatẽ. Ita fit, vt & si gloriosa per se sit vetusta illa: alioqui pter euãgelij ipsius pstantiã, conuincitur omnis gloriæ esse immunis. Aduerte aũt, queadmodũ veterem illã ex eiusmodi euangelij cõparatione commendet. Neq; em̃ in dissimilibus compara-

tio cadit,sed in his quæ propinquiora sint inter se,& fere paria. C

Si enim quod euacuatur per gloriam est,multo magis quod manet in gloria est.⌋Si eñ lex,inquit,quæ abroganda foret,& tollenda,per gloriam lata est:multo magis nouum hoc testamentum ui gloria est permansurum,quod stabile ac perpetuum sit futurum.

Habẽtes igit̃ talẽ spem,multa fiducia vtimur.⌋Qm̃ plurimũ quidẽ nouo huic testamẽto inesse gloriæ testatus ẽ,optarẽtq; forsitã auditores pinde ac infirmi & imbecilles, sensibilẽ aliquã gloriã contẽplari,qualis ex fulgore illo in Mosi facie fuit apparuisse:spem (inqt)talẽ Exo.33.34 habemus maioribus longe donis,& gloria quadã pstantiori nosipsos fideles fuisse,q̃ Mosen ipm̃ dignatos.Ideoq; & his cõfidimus plurimũ,qs ipsi instruximus,cũ eos nihil celem⁹,nec vereantur,neq; illoꝝ reformidemus aspectũ,sicut Mosi Iudæoꝝ populus exhorruit.Neq; eñ estis vt illi,fragiles & labãtes.Moses sane cũ secũdo tabulas excepisset,diuinis manibus exaratas,e mõte descẽdẽs faciẽ fulgẽtẽ adeo retulit,vt eũ Iudęi haudquaq̃ añ vel adire vel alloqui possent,q̃ caput sibi operimẽto velassent.Cuius historiæ sic Paulus inquiẽs meminit.

Et nõ sicut Moses ponebat velamẽ sup faciẽ suã,vt nõ intenderẽt filij Israel in faciẽ eius, q̊d euacuat̃.⌋Hoc est,nequaq̃ ipsi in Mosi morẽ velandi sumus,quippe qbus eiusmodi gloriã spectãdi facultas insit,quã nacti sumus,euãgelij scilicet gloriã,quæ lõge sit Mose clarior, Israeliticus populus rudis. Id est,licet vobis optimã habere diuinoꝝ mysterioꝝ notionẽ,hoc est euãgelij.Nec ptere a necesse est eiusmodi mysteria vobis clã habeamus,videamurq; hoꝝ obscuritatẽ & ignorantiã,nõ secus ac velamẽ aliq̊d vobis ostẽdere.Atqui cũ esset Israeliticus populus rudior,nec quẽadmodũ lex ipsa finiret,spectabat,neq; q̊d desitura esset aduertit,& inanis reddẽda.Velamen vero,quo Mosi dixit fuisse faciẽ obuolutã,Israelitaꝝ ingenij crassitudinẽ quẽdam & ruditatẽ ptendit,sicuti ex sequẽtibus innotescet.Nõnulli aũt sic sentiũt,nequisse videlicet illos in Mosi faciẽ obtutũ intendere:argumẽto fuisse finẽ iam esse hmõi gloriã consecutam: quippe quæ vt videri nõ poterat,sic nec gloriæ loco erat habenda,asseruntq; illã sic fuisse ptentiam,quia esset breuis æui futura,quando neq; tum quidem gloria apparet.

Sed obtusi sunt sensus eoꝝ.Vsq; in hodiernũ eñ diẽ idipm̃ velamẽ in lectiõe veteris testamẽti manet nõ reuelatũ.Qm̃ in Chr̃o euacuet̃.⌋Obtusi,inquit,eoꝝ sunt sensus,hoc est, eoꝝ mens hebetata,eoq; neq; tũc tpis Iudæis vidẽdi erat facultas,neq; his quidem qui in humanis nũc agunt.Sunt nãq; & mente obtusi,& eodẽ quo Mosi facies,operti velamine,hoc Lucæ.16 est,superficie tenus,lectitãt legẽ.Abrahã eñ legẽ Mosen nuncupat,vt illud:Habent Mosen D & pphetas.Neq; illis vel reuelat̃ vel innotescit,quẽadmodũ Chr̃s legẽ hãc vacuã eẽt & inanẽ facturus.Quo fit,vt eoꝝ mẽs peccet obtenebrata.Obtusio nãq; mẽtis est error.Nequaq̃ igit̃,inqt,miꝝ vobis videri debet,si nequeũt vel Chr̃i gloriã spectare Iudæi,vel eius fidẽ admittere:qppe q nec legis gloriã, q̃ vtiq; inferior ẽ,potuerint intueri.Nã si hãc inspexissent & Christi gloriã peruidissent.Legis eñi gloria Christũ pfert.Quæret aliquis:Vbinam hæc Deuter.8 ipsa fatet̃ in Chr̃o se desiturã?Propheta nimiꝝ sic inquit:Resurget dñs deus,illũ audite in oĩbus.Cũ itaq; audire hũc iuberent,horũq; vt instituta & legẽ,vtpote circũcisionẽ ipsam & reliq̊s ritus dissolueret Christus.Lex ergo propriã videbat̃ destructionẽ iniungere.Accedit ptere a vt sacrificia vno in tẽplo fieri mãdaret,idipsumq; rursum & demoliri:nõne apert Psalm.109 te & immolandi tollebat consuetudinẽ?Et tu sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchise Psalm.39 dech.Et illud:Sacrificium & oblationem noluisti.Hæc sane vniuersa legem dissoluunt.

Sed vsq; in hodiernum diem cum legitur Moses,velamen positum est super cor eoꝝ.⌋ Quoniã dixerat superius velamentũ q̊ddã in veteris testamẽti lectione esse illoꝝ menti obtentum,ne forte existimet quispiam se legis obscuritatẽ appellare velamen,haud ita est inquit,sed illoꝝ cordis obtusionẽ & ruditatem velamen dixerim.Quod plane esset Mosi faciei,nõ ipsius gratia,sed ob istorum crassitudinem & cæcitatem obductum.

Cum aũt cõuersi fuerint ad deũ,auferent velamen,dñs aũt spũs est.⌋Modũ nunc explicat,quo in viam possent Israelitæ reduci,cũ ad dñm,inquit,fuerint cõuersi,hoc est, cũ à lege defecerint,&ad euãgeliũ se cõtulerint spiritale,tũc hauddubie operimentũ illud & velamen tolletur.Erat aũt Moses(vt historiæ proditũ est)cũ ad deũ iter repeteret,facie reuelata & Exod.34 aperta.Quod sane futuroꝝ pferebat figurã,videlicet cũ ad spm̃ quispiã fuerit cõuersus,quia Iohan.4 spũs dñs est:tunc nudã est & rectã latoris legis,hoc est,dei faciem inspecturus.Quin potius pro Mose ipso habebit,& gloriæ,hoc est,splẽdoris fruitur magnitudine,vt dictum est.Legis enim hanc spũs ipse gloriam,quippe qui dñs sit & omnipotens,largietur.

Vbi aũt spiritus dñi,ibi & libertas.⌋In lege iugum & seruitus inerant,in spiritus vero lege & euangelio,libertas.Quo fit,vt facile queas & libere dñi gloriam inspectare.

Nos vero oẽs reuelata facie gloriã dñi speculãtes,in eãdẽ imaginẽ trãsformamur à claritate ĩ claritatẽ,tãq̃ à dñi spũ.⌋Adeo,inqt,ĩgenuitate q̊dã nos fruimur & libertate:vt oẽs haudquaq̃ in vni⁹ Mosi morẽ, sed facie simus apta.Nõ eñ aliq̊d est apud nos fideles velamẽ,vt q̃si p speculũ dei gloriã inspectãtes,in eãdẽ imaginẽ trãsformemur,hoc est,eius splẽdoris & gloriæ

A gloriæ participes sumus. Nos nanq; vt speculum sumus, qui claritate excepta,& splendorē
à nobis remittimus. Et quemadmodū argentum soli obiectum, ex solis occasu micantes ra-
dios in solem ipm̄ reflectit, sic & nos baptismo accepto, purgati p̄ spm̄,& huius splēdore de
niq; illustrati, fulgorem & ipsi spiritalem quendam ex aduerso remittimus, eandemq́; ima-
ginem à spūs gloria in gloriam nostram & claritatē transferimus. Et talem(inquam) ima- Simile.
ginem, qualem decens est vt is sortiatur, qui à spiritu dn̄i nulli rei obnoxio lucem acceperit.
Dn̄s em̄ ille cū sit, & regiū habet splendorē. Fideles aūt oēs baptismi gratia spiritu sancto op
pleutur,& illorum est fulgentior anima. Quandoquidem & Moyses dei gloriæ fulgore in
specto, in eius gloriæ imaginem est transformatus, hoc est,& ipse diuinæ glorię & splendo
ris participauit. Huius & facies resplendebat, cum ipse nostri præferret figuram.

CAPVT IIII.

IDeo habētes hāc administrationē, iuxta q̄d miam cōsecuti sumus, nō deficimus.⌋Cum
multa & magna de apl'oꝝ dignitate prædicasset, esseťq; iā illos lōge Moysen præstare
ꝓfessus corripit, tandē & moderat, q̄d de seipso,& reliquis apl'is iactitasset, inquitq́;: Id
omne diuinæ est potestatis, nos euāgelij dūtaxat ministerio fungimur. Quod plane nō
ipsi nobis nr̄a virtute peperimus, sed sumus pro dei mia affecuti. Est nanq; vel id dei clemē-
tia effectum, q̄ circa nec ipsi deficimus, hoc est, cum simus ipsi à dn̄o tanta rerum magnitudi
ne dignati, nequaquam erit ad tolerandas pressuras animo succumbendum. Quandoquidē
deo commiserante ad id simus ministerij munus obeundum nos instituti.

Sed abdicamus occulta dedecoris, nō ambulātes in astutia.⌋ Falsos hoc loco apl'os indi- In pseudo
cat, q facie q̄dā adumbrata,& subdola oīa factitarēt, ꝑsertim cū acceptis muneribus, nil tn̄ se apostolos.
accepisse à fidelibus simularēt, sanctimoniaq; imbuti cū viderent, essent tn̄ impuriores. Nos
itaq;(inquit) praua hæc & fucata facinora propulsemus à nobis,& abdicemus. Nec talia cō
mittamus, q̄ post modū manifesta cū fiūt,& in lucē ædita fuerint, ignominiā afferūt ꝑpetran
ti. Mox ita infert, ambulātes in astutia. Cedūt nāq; ad dedecus q̄ versute & dolo geruntur.
Q̄d si & de reliq̄s prauis actōibus id dictū fuisse existimes, ꝓfecto nil aberrabis, nec poterit
id absurdum videri. Sunt nanq; & qui praua committunt, pro falsis apl'is iure habendi.

Neq; adulterantes verbū dei.⌋Non solū(inquit) vitam ipsi simplicem ducimus & purā,
& cuiusuis doli expertem, quin & dogma hoc nostrū,& sermo noster hic om̄is, argutijs va
cant. Neq; enim quippiam ipsi vel externæ huius & humanæ sapiētiæ interiecimus nostro
B sermoni, vel ad grām verba fecimus. Neq; pecunias ex prædicationis hoc munere cumula-
mus, neq; hoc illudve habita tp̄is & ꝑsonaꝝ ratione, vt fallaces solent apostoli, edocemus.

Sed in manifestatione veritatis cōmendantes nosmetipsos ad omnem conscientiā hoīm,
coram deo.⌋Apl'i(inquit) qui fallere alios cōsuescunt, fucatis operibus, alios se q̄ sint, men-
tiuntur. Ipse vero veritatis manifestationem & nuditatē cōmendatiōi mihi esse velim, hoc
est, rebus ipsis pro testibus vtor, vosq; mihi testimonio estis, quemadmodum nihil à quouis
fidelium acceperim, neq; ea egerim quæ factitent hi, q̄s dixi apl'i. Quo fit, vt meipsum apud
oēm hoīm conscíam, fidelium.s.& infidelium, commēdatiorem efficiam, vitamq; meam sic
palam euodando, euangelium prædico, vt omnibus quemadmodū vixerim, sit pernoscen-
di facultas. Proinde quia fallere hominem forte liceret, coram deo adiecit, quem haudqua-
quam istiusmodi apostoli in testem suæ admitterent conscientiæ.

Quod si etiā opertū est euangeliū nostrū, in his qui pereunt, opertū est.⌋Cū superius di- Infideles
xerit Israelitis esse velamen impositū, nosq; fideles facie reuelata prospicere, nunc vero etsi euangelij
apertū est euangeliū(inquit) infidelibus tn̄ opertū est. Quod em̄ tunc tp̄is Iudæis in Moyse fulgore ex
contigit, idipsum & infidelibus euangeliū fuit. Vtq; illi splendorē, q Moysi inerat, nequāq̄ cæcantur.
tolerare oculis poterant: sic hos euangelij veritas latet. Non euangelij culpa, sed ipsoꝝ q fi-
de carent. Clare nanq; & his si crederent, Christi gloria & vis omnis euangelica pateret.

In q̄bꝰ deus huiꝰ seculi excęcauit mētes infideliū, vt nō fulgeat illis illūinatio euāgelij gl'iæ
Chr̄i.⌋Inter ꝑditos, siqt, q̄s plurimos eē & diuersos cōstat, vl' infideles ipsi haberi debēt, q̄ꝝ mē
tē huiꝰ seculi deꝰ cæcitate obduxit. Atq; Marcionistę de cōditore ipso orbis terraꝝ deo, asse
rūt fuisse id dictū quē iustū dicūt, nō ꝓbū. Manichęi vero de diabolo, quē mūdi huius ꝓdicāt
fabricatorē, cū hoꝝ neutrū sit, sed deo nr̄o id dici sat patet. Q̄d aūt seculi huiꝰ deꝰ asserat, nil
miꝝ. Nā & cœli dr̄ deus, cū haudq̄q̄ cœloꝝ sit duntaxat deus, q̄n etiā & Abrahā dr̄ deus,& Exod. 3.
Isaac,& Iacob, neq; hoꝝ mō, sed cūctoꝝ est deus. Quid itaq; nouū videri pōt, si opportune Lucæ. 20.
hoc loco Paulus seculi huius deū appellat, vt infidelibus ipsis validiorībꝰ argumētis patefaci
at, illū vl' hęc q̄ visunt fabricasse, q̄bus hi etsi ꝓ delitijs fruant, fabricatorē tn̄ repudiāt. Pōt &
ita ꝑsens orōnis cōtextus ꝑlegi, vtq; infidelibus seculi excæcauit sensus deus. Futuꝝ nanq; se
culū illud, nullos continet q fide careant. Excæcauit itaq;.i. cæcos esse permisit. Huic ꝑsile il
lud ē: Tradidit eos in passiōes ignominiæ. Hos nāq; cū ad se desciuissent, missos fecit & de- Roman. 1.
reliquit. Non em̄ inuitos ad salutē traducit deus. Aduerte aūt, quemadmodū nequāq̄ eos, vt

minus credere excæcauit,dixerit Paulus,sed ne diuinæ gloriæ fulgorẽ inquinati & propha- C
ni oculi prospectarẽt,eiusmodi splẽdor in eo cõstat,vt Chrm̃ quis credat, & in crucẽ fuisse
Simile. sublatũ,& in cœlos assumptũ,& bona futura largituꝝ. Quẽadmodũ eñ qui oculoꝝ valetu
dini cõsulens,eum qui ea laboret obscuro aliq̃ in loco recõdit,ne solis radios intuẽdo aciem
offendat,sic & his cũ per se à fide defecerint,haud secus deus euangelij intercludit fulgorẽ,q̃
Marc. 15. Israeliticis micantẽ Moysi faciẽ. Nobisq́ itẽ ne margaritas inter porcos sp̃geramus,iniun-
xit. Recte aũt fulgeat,dixit. Siquidẽ mediocri nunc luce fruimur, neq́ illuminati penitus su
mus. Quod profecto & ante expressit cum odoratu dũtaxat eum cœlestiũ reꝝ,velut pigno
re q̃dam potiri dixisset,arguens quæ potiora sunt & maiora,& in futuro seculo nos manere.
Qui ẽ imago dei.] Oñdit hoc loco, infideles nõ Chri mõ, sed etiã pris esse glĩæ ignarus.
Qñquidem pris imago sit Chrs. Quo sit, vt qui hunc nesciat,nec patris habeat notionem.
Non eñ nosmetipsos p̃dicamus,sed Iesum Chrm̃ dñm nrm. Nos eñ seruos vros,per Ie
sum.] Superius dixerat minus se astute incedere,moxq́ de infidelibus mentionẽ interiecit,
quẽadmodũ vicꝫ operti sunt & obcęcati. Nũc vero infert,ꝑpterea nihil à nobis per versutiã
agitur,quia haudquaq̃ nosipsos,vt falsi apli solẽt,extollimus. Hi nãq́ auditoribus suadebãt,
quatenus ex seipsis denoiationem acciperẽt. Quemadmodũ in priori epl'a significauit, cum
1.Cor.1. diceret: Ego quidẽ Apollo,alius Cephæ. Neq́ existimetis,qui nos impugnatis,nobis bellũ
inferre,qñquidem haudquaq̃ nosipsos,sed Chrm̃ prædicamus. Ille itaq́ à vobis oppugna-
tur,de q̃ nos prædicando disserimus. Cæterum adeo ipse procul sum, vt aliquid de meipso
iactitem,vt non fugerim pro Christo à vobis,vel iugum mihi & seruitutem imponi. Chri-
stus vero tanta erga vos detentus est charitate,vt cuncta vestri ob gratiam gesserit.
Qm̃ deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nris ad illumi-
natioem scientiæ claritatis dei in facie Iesu Chri.] Cur (inqt) nihil de nobis prædicamus?
Exod.34 Quia deus illuxit in cordibus nris. Et quemadmodũ olim in Moysi faciẽ suum splendorem
Gene.1. intenderat,sic nobis eundem in præsentia est impartitus. Neq́ vt initio creandarum rerum
edixerat,lux est e tenebris facta,sic nunc dixit, & splendor est eiusmodi nobis iniectus. Sed
ipsemet potius in lucẽ nobis effectus est. Siquidem in Christi facie nobis ipse illuxit,hoc est,
per Chrm. Cuius per gratiam suum in nobis fulgorem iniecit pater,largitusq́ est & sciẽtię
lumen,non suæ substantiæ,sed gloriæ claritate. Attende quemadmodum vel hoc loco Pau
lus diuinitus asserat trinitatem. De spũ nanq́ disseruit, cum gloriam dixit domini specula-
mur. Dñs aũt spũs est. De filio vero cum illuminationem gloriæ euangelij Christi. De pa-
tre autem facit hoc loco mentionem,cum illuminationem scientiæ (inquit) gloriæ suæ. D
Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus.] Cum multa atq́ præclara de ineffa
bili gloria dei explicasset,ne obijcere quispiam istiusmodi possit. Cur ergo hoc mortali in
corpore permanemus,qui tanta,vt asseris,accepimus? Respondet vel idipsum esse diuinę
potentiæ. Quandoquidem vel fictile vasculum tales thesauros continet.
Vt sublimitas sit virtutis dei,& nõ ex nobis.] Vt cõstet (inqt) apparẽtis virtutis magnitu
dinẽ nequaq̃ à nobis,sed à deo ꝑficisci: neue ipsi existimemur aliqd posse q̃d dignũ laude sit
ꝑ nosipsos efficere,deo adscribamus. Et illius esse donũ,q̃dcunq́ bñ & laudabilr gerit,dicti
temus. Falsos præterea hoc loco arguit apostolos,qui gratiam dei sibiipsis accensent.
In omnibus tribulationẽ patimur,sed nõ angustiamur.] Adeo,inquit,oĩa sunt diuinę po
tentiæ tribuẽda,vt etsi fictilia vascula ipsi p̃ferimus, tantisq́ vndiq́ vrgemur angustijs,non
tñ vel frangimur,vel q in nobis recõditus est thesaurus,aboletur. In oibus aũt angustiamur
hoc est,q̃uis loco & qbusuis in rebus,tam apud amicos,q̃ apud infensos pressuras nos pati-
mur. Non tñ vel angimur,vel coartamur. Quandoquidem corda nostra Christus dilatet.
Aporiamur,sed nõ destituimur.] Hoc ẽ,etsi in rẽ ancipitẽ & dubiã incidimus,nihilomi-
Via regia. nus erecti pedibus stamus. Nec vlla desperatiõe succũbimus,sed via potius euadimus regia
& in deo cõperta victores ab eo nihil destituti. Vel alr,aporiamur,q̃d græce ἀποϱούμεϑα di-
ctũ id sane p̃tulerit. Et si necessaria desint,haudq̃q̃ tñ ĩ vero thesauro cõsequẽdo deserimur.
Persecutionem patimur,sed non relinquimur.] Et si homines nos persequuntur, haud-
quaquam tamen deserit deus. Ad nostram nanq́ hæc permittitur persecutio exercitationẽ,
non vt vincamur.
Deijcimur,sed non perimus.] Exterioribus aduersariorum telis corpus hoc læditur,nul
lam tamen perniciem propter animi promptitudinem & constantiam sustinemus, quin po
tius quod ad ipsum attinet corpus,& deo defendimur.
Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circũferentes,vt & vita Iesu manifestẽt
in corporibus nostris.] Hoc est,mortes quotidie ipsi subimus, & domini mortem imitati,
eiusdem & vitam siue resurrectionem in nostro corpore circũferimus, vt illa in nobis pate-
faciat. Quocirca si qs Chrm̃ dominum resurrecturũ diffidit, cum nos spectauerit mortem
obire quotidie,& vitam quotidie ducere,ei rei haudquaquam amplius sit diffisurus.

Semper

A Sēp em̃ nos q viuimus, in mortē tradimur ꝑpter Iesum, vt & vita Iesu manifesteť in mortali carne nr̃a.] Per hęc qdē declarat, qd illđ sit q̃d dixerat Iesu mortē (Erat nãq; subobscure id dictũ) cõsueuit.n. enodare Apls, q̃ minus paterēt. Illud āt in vita Iesu manifesteť, à supioribus pēdet, & in hũc.f. sensum accipiť: queãdmodũ em̃ nos Chr̃i mortem nũc toleramus, & mortē ꝑ eo obire, si locus deť, vel viui malumus: sic & ipse in aĩm magis induxerit, vel mortuos nos plane viuificare, q̃d & alibi differit, ingẽs: Si em̃ cõmoriemur, & vitã sil' ducemus. 2.Timo.2.

Quo fit, vt mors in nobis opereť, vita āt in vobis.] Mortē hoc loco tētatiões dicit. Quod aũt (inquit) hmõi ē. Nos quidē in periculis sumus, vos aũt vita, q̃ ex periculis cõstat, fruimini, quippe quibus euangelium prædicatum est, quo vitam viuitis sempiternam.

Habem⁹ āt eũdē spm̃ fidei, scd̃m q̃d scriptũ ē: Credidi ꝑpter q̃d locut⁹ sum, & nos credimus ꝑpterea & loqmur.] Tētatiões meminerat & mortes supi⁹. Deīceps vł ex his, inqt, nos eximet de⁹. Insup & illud adiecit, idcirco his malis vos eruet de⁹, vt eũ resurrexisse credatis: nũc vero inqt, nõ mēte solũ & cogitatõe, sʒ fide erit id adstruēdũ, infertq;: Queãdmodũ Dauid cũ eēt tētatõib⁹ diuexat⁹, ex hisq; à deo & solo erept⁹, credidi, dixit, ꝑpterea locut⁹ sum. Psalm.115. Haud sec⁹ & nos eãdē fidei spm̃ assecuti, quē & Dauid ille sit nact⁹, credētes id loqmur. Qđ queãdmodũ Chr̃s ipe à mortuis resurrexit, ita & nos nũc supatis piculis, iterato sum⁹ resur

Sciētes qm̃ q suscitauit Iesum, & nos excitatur⁹ ē, & cõstituet vobiscũ. Oĩa.n. vr̃i (recturi. gr̃a toleram⁹, vt affluēs gr̃a, ꝑ multos abũde in gl'iã dei.] Quid credim⁹ (inquit) vel ipsi qd videmus? Id sane, q̃d à quis discrimine nos liberabit, ac deniq; is suscitabit, qui & Chr̃m iam excitauerit, astruetq; vobiscũ vna bonis ꝑpetuis fruituros. Facit insuper eos, cũ ad credēdũ, tũ ad recte viuēdũ fidētiores. Nec secus & falsos hoc loco carpit apl'os, sese affirmãtes ꝑ discipulis, vt bona hmõi cõparēt, intercedere. V ñ id cõfutãs Paulus hũc in modũ edifferit: vestri ob gr̃am vniuersa sunt cõdita, qnetiã & resurrectio idcirco effecta ē. Nõ em̃ per hunc illũve recti aliqd geriť, nã & id om̃e deus exequiť, & plurimis impartiť. Quo fit, vt abũdante gr̃a, abũdet etiã necesse ē, multoꝵ ad dei gloriã in habēdis gratijs & officiũ. Apl'i itaq; istiusmodi deceptores, cũ dei in gr̃am sibi iniquius vēdicant, illius hauddubie obscurãt & gloriã.

Propterea nõ deficimus, quin etsi exterior nr̃ homo corrumpiť, interior tñ innouatur de die in diē.] Qm̃ (inquit) spectatam habemus dei potentiã, eundemq; nos periculis exemisse perspeximus, futurumq; tandem vt claros fulgentioresq; à mortuis excitet, haudquaq̃ vt
B malis victi iam succumbamus, neq; de spe excedamus, cum patimur. Quandoquidem exterior homo, hoc est, corpus cum ceditur siue exagitatur, corrumpi solet. Interior vero, hoc est, spiritus ipse & anima innouať. Quo pacto, si quæras, nimirum bene sperando, & fidēdo plurimum. Siquidem vbi pro Christo tormenta iam subijt, ingenti gaudio expleatur. Exterior homo, interior homo

Momentaneũ em̃ illud & leue præssuræ nostræ supra modũ in sublime, æternũ gl'ię pondus operatur nobis.] Explicat quo pacto interior is innouetur homo. Ideo (inquit) id fit, quia in animum ille inducat perbreues esse pressuras & momentaneas, & idcirco toleratu leuiores videri, qñ ad exiguum temporis inferuntur, gloriam vero perpetuam esse, & põdus, hoc est, magnitudinē ingentem habere. Id nanq; supra modum & in sublime prætendit,

Non cõtēplãtibus nobis q̃ videnť, sed q̃ nusquã apparēt. Visibilia nãq; tparia sunt, inuisibilia vero sempiterna.] Ostēdit queãdmodũ q̃uis p̃ssura facilior fit, inquitq;: Cũcta em̃ q̃ nobis sub aspectũ veniũt & visunť, tparia quidē & breuia sunt. Cruciatus itaq; & pressurę, quæ cerni oculis possunt, momētanea erũt. Atqui inter visibilia hæc vocatio ipsa & otium cõnumeranť, quippe quæ & spectari queũt, eo em̃ visibilia intulit, vt eiusmodi à pressuris & molestijs vacatione cõplecteret. Nil itaq; erit, vel aduersis & vrgentibus succumbendum, vel ꝓsperis hebescendũ & quietioribus rebus. Breuia em̃ vtraq; sunt. His igitur se ita habentibus constat profecto quæ videri non possunt, perpetua esse, hoc est, regnum illud cœleste, & æterna supplicia. Quo fit, vt horum declinare alterum habeamus, alterum cupere. Inuisibilia æterna.

CAPVT V.

SCimus em̃ qm̃ si terrestris domus nr̃a hui⁹ tabernaculi dissoluať, ædificationē ex deo habemus, domũ nõ manufactã, sed æternã in cælis.] Qm̃ superius dixerat, q̃tũ exterior hõ corrũpereť, tantundē innouareť interior, visus est noui qd dicere, ita nũc infert. Quin potius cũ penitus cõtabuerit mortale hoc corpus & luteũ, tũc sane infinita nobis ꝑductuꝵ est bona. Sil' etiã ad hos de resurrectiõe iterato nũc differit, tãetsi non ita apte, vt in supiori epl'a, ne videať eos existimare nondũ emēdatos. Per terrestrē aũt tabernaculi domũ, corpus ipm̃ expressit, cui cũ & tabernaculi nomē indiderit illius breue admodũ vitæ spaciũ patefacit. Est nãq; tabernaculũ nil diuturnũ. Qđ si plerũq; iustoꝵ p̃ferũt tabernacula ista qetē, cũ additõe tñ aliq̃ hãc ipsam p̃tēdere satis iã cõstat, vtpote cũ ꝑpetua, tabernacula dicimus. Aduerte aũt, queãdmodũ cũ terrestrē dixisset, mox cęlestē obiecerit. Aeternam vero vbi intulit domũ, q̃d eo facit, vt nr̃i corporis futurã augeat gloriam. Non manufactã vero, non idcirco adiecit, vt corporis huius humani conditionē à cœlesti faceret alienum,

C

nam, cum neq; illud sit manuum opera compactum. Multi vero terrestrem domum pro vita quæ in terris hic ducitur, accepere. Tabernaculum vero corpus id dicunt, ita vt eiusmodi sit, quod per Apostolum dr: Si dissoluatur quæ in terris agitur nostri corporis vita, q̃ manufacta dicatur, pinde ac manibus sit cõfirmata, quia vinũ & panis quibus vita hæc constat, per manus suppeditant. Sumus tñ in cœlis vitam quandã aliam habituri, quę nec potest corrumpi, nec manibus confici, hoc est, quæ nulla indigeat nostrarum manuum ope.

Corporis icorruptio e cœlo.

Etem̃ in hoc ingemiscimus, habitationẽ nr̃am q̃ in cœlis est, superinduere cupientes.] Quã habitationẽ? Nimirũ corpus incorruptibile. De cœlo aũt illud esse affirmat, non quod superne deueniat, sed q̃d inde demissam habeat sibi incorruptibilitatis grãm. Adeo igit̃ minus dolendũ erit de singulis corpi illatis tẽtatiõibus, vt cõtra potius sit nobis ingemiscendũ q̃d corpus hoc corruptibile non prorsus exuimus, vt hoc ipm̃ incorruptibile induamus. Vnde nec tabernaculum dixit, sed habitationem, vt quæ diutius sit & firmius permansura.

Si tñ vestiti, & nõ nudi inueniamur.] Neq; em̃ nobis est vniuersis (inqt) incorruptibilitati corporis cõfidendũ, q & sumus post acceptũ corpus q̃d infici neqt, corruptione obducti. Nõ ne gloriæ & securitatis nudi coarguemur, perinde ac si prauis his facinoribus ignominiam assecuti. Siquidem cunctis futura cõis sit resurrectio, non tamen honor & gloria.

Nam & qui sumus in tabernaculo isto ingemiscimus. In q̃ nolumus expoliari, sed supuestiri, vt absorbeat̃, q̃d mortale est à vita.] Cũ duri' esse & graue q̃d dixerat, appareret, ingemiscere nos & grauiter ferre percupidos hoc corpore liberari, cũ constet ineffabilẽ esse animi erga corpus affectũ, idcirco inqt: haudquaq̃ propterea ingemiscimus, q̃ e corpore simpliciter sit abeundũ, sed qa nos libido incesserit incorruptionẽ superinduere, perinde ac si haud sat fuerit hãc ipsam induere, vel corruptionis volumus vacui esse, vt illa non corpus à vita consumatur & pereat. Nec corporis gratia solum grauemur, sed quia corruptibile sit, moleste ferimus. Hinc obstruunt̃ hæreticoꝝ ora, quippe cum de corporum diuersitate nulla fiat hic mentio, quando de corruptibilitate duntaxat, & incorruptibilitate differitur.

Qui aũt effecit nos in hoc ipsum deus.] Deus est (inqt) qui nos à principio ad hoc ipsum creauit. Quippe qui nos eos effinxit, vt incorruptibiles simus. Neq; id illi est præsentia visum, sed ab initio, quo fit vt omnino sine corruptione futuri sumus.

Qui & dedit nobis pignus spũs.] Vis, inqt, vt alijs id argumẽtis ostẽdam? Per baptismum nẽpe & spm̃ nobis largitus ẽ. Incorruptibilitatis insup pignus hic detulit. Aĩam naq; & corpus simul sanctificauit, eaq; diuinitati ppinquiora effecit, qs & exemit à crimine, à q̃ mors

D

A peccato eruitur corruptio.

ipsa subsequit̃. Itaq; cũ spm̃ cõtulit perspicuũ est, q̃d à peccato eruerit. Qui vero à pctõ iam eruit, & icorruptionẽ effecit: à pctõ naq; corruptio orit̃. Spũs igit̃ hoc pacto futurę immortalitatis pignus efficit̃. Vel aliť: Qui in pñti aliquã nobis in parte spm̃ ẽ impartitus, oĩno vel aliq̃d nobis detulit pignus, vt totũ in posteꝝ largiat̃. Vel q̃ pacto id ẽ largiturus, nisi spũ & corpore incorruptibiles futuri sumus? Cum itaq; q̃d tenue est & exiguum, spũ & corpe sub pignoris specie in hac vita acceperis, sperandum est quod reliquũ sis integre habiturus.

Capit. 4

Fidẽtes igit̃ sp & sciẽtes, qm̃ manẽtes in hoc corpe peregrinamur à dño. Per fidẽ naq; ambulamus, nõ p speciẽ cõfidimus, & pbe potius volumus pegrinari à corpe, & manere apud dñm.] Persistit adhuc vt illud cõfirmet q̃d dixerat supra, qm̃ nullæ sunt nobis curæ. Discrimina qppe q̃ & mortes, rẽ nobis optabilẽ, incorruptibilitatẽ. s. subministrãt. Cuius grã & ingemiscimus, deducimurq; ad dñm ocyus. Cõfidẽtes itaq; sp. hoc ẽ, intrepidi, neq; insidias neq; psecutões vl' mortes horrescite. Apli aũt aduerte prudẽtiã, q̃o vitę ac mortis tacite expresserit nomẽ. Cũ alterã versari apud dñm dixerit, alterã ab eo lõge pegrinari, vt nemo à pñti hac pẽdeat vita, vt quẽ à dño ipso diuertat. Proxime ãt ne qs illud obijciat. Quid ergo? Nũc corpus à deo reddit nos alienos? sic illud inquiẽs, castigat & corrigit. Per fidẽ em̃, non per speciẽ ambulamus, hoc est, in hoc seculo illũ nouimus, sed modice. Id naq; cũ p fidẽ, inquit prætendit. Hauddũ tñ facie ad faciẽ illius vllã habemus cognitionẽ, q̃d etiã vbi p fidem intulit, explicatur. Cum itaq; hæc ita se habeant, malumus, hoc est, valde desideramus, corpus hoc exui, cum dñoq; versari. Neq; immortalitatis dixit participare, quin quod satius ẽ, cum domino esse, quod vtiq; incorruptibilitate est longe præstãtius.

Roman. 14

Propterea cõnitimur siue absentes siue pñtes placere illi.] Q̃d q̃rit̃ illud est, vt dño morẽ viuẽdo geramus. Ne forte cũ peregrinationẽ intelligis, existimes satis ad salutẽ tibi id fore. Vnde sic inqt: Stude vt hinc deo gratus abscedas vitæ rõne, quam illi acceptã hic duxeris.

Nos em̃ oẽs pₛto esse oportet añ tribunal Christi.] Deterret hoc loco Corinthios cũ recordatõe, tũ assertõe q̃dã tremẽdi illius & diuini iudicij, asserẽs vniuersoꝝ tũc gesta vt pateant, necesse fore. Neq; existimes ibi cordis recõdita, aut q̃uis opa, aut animi vllã libidinẽ, vel mentis vllis posse velis obtensis occultari, sed vniuersa tũc patentia erunt & aperta.

Vt referat vnusquisq; ppria corporis, put gessit, siue bonũ siue malũ.] His dictis q recte egerint, vt bona sperent magis hortatur. Quinetiam segnes & desides futuri supplicij obie-

cta for-

A ĉta formidine, ad vigilandū cōpellit. Confirmat præterea, quem habuit de resurrectiōe sermonem. Qn̄quidem afficeat eos qui vel bonis vel prauis inseruierint facinoribus vel corona donatū iri, vel tormētis affectū. Obstruunt etiā per hæc hæreticis ora, diuersa his sentiētib⁹.

1. Cor. 15.

Sciētes ergo timorē dn̄i, hoībus suademus, deo āt manifesti sumus. Spero āt & in cōsciētijs vr̄is manifestos nos eē. ⌋ Habētibus nobis, inqt, tremēdi illi⁹ iudicij notionē, cōnitēdum oīni studio erit, ne hoim quempiam offendamus. Id nanq; Apl's sentit, cum hoībus, inquit, suademus, hoc est, ne cuiuspiam per nos aīus offendat, tēperandū est. Nam etsi mali nil commiserimus, suspectos tn̄ cōmissi nos criminis facimus: sitq; in nr̄a ptāte, ne alios offendamus defugere, nec tn̄ id declinamus, cōdēnatio nobis ꝓculdubio subeūda est. Quippe & deo patemus, quem haudquaq̄ latet, quemadmodū nobis vita degat, nec suaderi potest, nec falli, cū nostris fuerit actionibus prauis offensus. Proxime autem & vobis patebimus, vtpote q nostra omnia optime calleatis, eoq; haudquaquam necesse erit, vt vobis suadeamus.

Nōn abstinendū tantum a malo, sed ab omni suspitiōe & specie mali.

Nō iterū cōmēdam⁹ nos vobis, sed occasionē damus vobis gl'iādi ꝓ nobis. ⌋ Frequenter q̄ incidere posset, suspitionē hic detergit, ne q̄d de se videat insolētius iactitasse, aitq;: Neq̄q̄ ipsi ad hūc sermonē deuenimus, vt nos cōmēdemus, hoc ē, nō insolētiæ vel laudis id nostræ gratia diximus, sed vestri potius gloria, qui gloriandi mihi occasionem pbetis, aduersusq; falsos apostolos pro vobis iactitandi, qui nos calumniantur & culpant.

Vt habeatis ad eos q in facie gl'iant, & nō in corde. Vt habeatis (inqt) q̄d nr̄i gr̄a aduersus eiusmodi apl'os gl'iari possitis, q in facie gl'iant, hoc ē, ad ostētationē & frōte q̄dā īpudēti oīa factitāt. Erāt nāq; illi moribus hisce imbuti, vt vultu pietatē pferrēt, corde vero nihil haberent, q̄d sanū, rectūve esset. Non enim gloriandum sp̄ iniungit, nisi cū ipsos se illi extollunt.

Siue em̄ mēte excedimus deo, siue sobrij sum⁹ vobis. ⌋ Siue, inqt, magnū aliq̄d ipsi ꝓfamur siue mēte excedimus, q̄d alibi stultitiā vocat, illud ob gr̄am dei agimus, ne si vos me paruiduxeritis, ꝓ mei contēptu subeatis & pœnas & vr̄i pniciē. Si vero de mediocribus & humilibus rebus nr̄ est sermo, id vr̄i de causa facimus, vt humilitatē discatis. Vel aliter. Si quis aūt nos mente excedere, hoc est, furere suspicet, expectamus ob hæc à deo mercedem, q̄rū fuerimus ipsi insimulati. Si vero abstinere nō quispiā arbitret, excipiat ipsæ nr̄æ huius abstinentiæ cōmoda. Pōt & alr̄ id dictū intelligi, vicz: Si furore arrepti mente excessimus, dei ob causam insanimus, vt vos ei cōmendatiores reddamus. Tenebat itaq; Paulus ingētis amoris demētia, si dici dementia pōt, q̄ sane vt amator aliqs percitus, deū hauddubie deperibat, cum illi duntaxat is viueret quem adamasset, & ita vt extra se raptus totus ad deum traduceretur. Neq;

1. Cor. 1. 5.

B suam vitam pro sua duceret, sed eius contemplationem rantisper, quem tāto amore insectaretur. Si itaq; mente excessimus, deo (inquit) excessimus, hoc est, ob dei gratiam.

Charitas em̄ Chr̄i vrget nos, æstimātes hoc, qm̄ si vnus ꝓ oībus mortu⁹ ē, ergo oēs mortui sunt, & ꝓ oībus mortuus ē Chr̄s. Vt & q viuūt, iā nō sibi viuāt, sed ei qui ꝓ ipsis mortu⁹ ē & resurrexit. ⌋ Vrget em̄ nos charitas dei nobis pspicua, & valde cōpellit, vt eius gr̄a pericula adeamus, indicemusq; apud nosipsos perspicuū esse, q̄a ꝓ oībus sit mortē perpessus, eo & illū mortē oppetijsse, q̄a interijsse vniuersos cōstaret, voluisseq; eundēq; ꝓ pditis mori, vt vitā nobis elargiret. Cū itaq; nobis sit vitā hic elargitus, nō viuere amplius nobis, sed illi debemus, cuius munere aurā hāc ipsam spiramus. Qui nō solū ꝓ nobis mortē obiuit, q̄n & ab inferis resurrexit, primitiasq; nr̄as, hoc est, suū corpus ad cœlum mox sustulit, vt nos etiam eodem oīno sit traductur⁹. Quid enim erat necesse ad cœlos illū deferri, nisi fuisset & nobis eodem conueniendum? Quo fit, quia mortuus nr̄i gratia sit, vt & vitam donarit, immortalitatis nobis & pignus item contulerit, vt illi, non nostris cupiditatibus viuere debeamus.

Prudentiæ gratia.

Itaq; nos ex hoc neminē nouimus scd̄m carnē. ⌋ Postq̄ oēs q morti obnoxij scelerū rōne iā fuissent, per Chr̄i baptismi gr̄a reuixere: merito (inquit) neminē fideliū cognoueramus secundum carnem, qui viueret, hoc est, secundum veterem illū, & carnalem viuendi modum. Oēs nanq; fideles spū ipso renati, nouam quandam & spiritalem transigunt vitam.

Et si cognouimus scd̄m carnē Chr̄m, sed nūc iā nō nouimus. ⌋ Ostēdit vel in degēda nō secundū carnē hāc vita, Chr̄m nos præuiū hr̄e & ducē, inquitq;: & si fuit vnq̄ carnali cōditiōe Chr̄s, haud tn̄ in pn̄tia ē. Dicet aliquis, quid ita? Nū carnē illā deposuit? Absit: Quippe qui q̄ assumptus est, statu eo sit, & iterato venturus. Atqui in carne ille & corpore sublatus est, quid igit? Tādiu ergo nos dicimur scd̄m carnē hāc viuere, q̄diu peccatis erimus obuoluti. Tunc vero ꝓcul à carne vitā hāc degere, cū nihil delinquimus. Chr̄s aūt tūc dr̄ secūdū carnē vixisse, qn̄ ꝓ naturæ passionibus, nulli tn̄ culpæ obnoxius vixit, vicz cum famē ac sitim & labores perpessus est. Nūc vero neq̄q̄ carnis necessitati subiectus est, hoc est, passionibus cōstat hūc esse immunem, quę natura ipsa corporibus insunt hisce mortalibus, nec arceri dum inhumanus agitur, possunt. Corpus nanq; nunc gestat nulli necessitati obnoxium, vt nosipsos commonefaciat, non vltra ad carnis conditiones & vitia, sed secundum spiritum degere.

Si q̄ ergo in Chr̄o noua creatura. ⌋ Si quis (inquit) Christi fidem admisit, in aliam quandam tra-

dam traductus est ille creationē,& denuo cōditus, neq̄q̄ itaq; veteri more ducenda est vita. C
Vetera trāsierūt,ecce facta sunt oīa noua.⌋Quęret aliqs: Quænā hæc vetera dicit? Nēpe
Mira mutatio veteris legis. delinquentiū facinora,& Iudęorū ritus,& opa. Præterijt nāq; vetus peccatū,& aīa noua nobis ē reddita. Nouū pterea & corpus effectū,& p rebus Iudaicis cūctis innouata sunt oīa. Nā p lege,euāgeliū: p Hierl'm,cœlū: p tēplo,velū: q̄d intimū erat, in q̄ ipsa trinitas cōtinetur: p circuncisione,baptismus: p manna,Christi purissimum corpus: p aqua,dñi sanguis: p baculo vel Moysi,vel Aaron,crux ipsa: pro agno,dei filius. Et huiusmodi reliqua.
Omnia autem ex deo,qui nos reconciliauit sibi per Christum.⌋Hęc sane vniuersa à deo nobis collata sunt,qui filij sui interuentu,secum vt in gratiam rediremus,effecit. Neq; enim priores ipsi ad eum vltro confugimus,sed per filij mortem nos ille exciuit.
Mira dei clementia. Et dedit nobis mysteriū reconciliationis.⌋O clementiæ pfunditatē. Cum eñ filium pr̄ ad nos legasset,eundemq; ab his q reconciliatione hac indigerent,necatū vidisset: nil prsus vel hoc pacto cōmotus,humanum genus neglexit. Quin potius ad ministerium hoīs reconciliandi,apostolis nobis operam demandauit, vt circūuagi hoc munere funderemur,ad eos iam reuocandum,qui ab se desciuissent,secumq; hos ipsos in gratiam reduceremus.
Qm̄ qdē deus erat in Chr̄o mūdū recōciliās sibi,nō reputās illis delicta ipsorū.⌋Dixit superius deū nos sibi recōciliare, ppterea ne forte occurrat qspiā,inqens: Atq filiū ad id ille dimisit. Nūc infert,filiū qdē trāsmisit,is tñ dūtaxat hoīes hortabat, pr̄ vero is erat, qui mūdū sibi in Chr̄o reconciliaret,hoc est,p Chr̄m. Adeoq; se bñuolū erga hoīes & placabilē pstitit, vt nō mō nullū his intulerit cruciatū,sed reconciliationē offerret. Nec solū missa fecit delicta, quinetiam nec illa cuiq̄. Nam si rōnem factorū is exegisset, omnes vtiq; interissent.
Et posuit in nobis verbū recōciliationis.⌋Nihil q̄d graue sit vel molestū, vt vobis afferrē iniunctū à deo est mihi,sed solū vt in gr̄am vos secū reducerē. Cūq; nihil ipse psuadēdo pfecerim, insistite vos tandiu hortantes,donec possit his persuaderi , vt deo reconcilientur.
Pro Chr̄o ergo legatōne fungimur,tanq̄ deo exhortāte p nos, Obsecramus p Chr̄o, reconciliamini deo,⌋Pro Chr̄o,hoc ē,Chr̄i loco legatōe nos fungimur, q̄dcunq; eñ erat ille facturus,nos in pn̄ti exequendū suscepimus. Et quēadmodū p illū hortabat nos de⁹, sic vos hoc tpe p nos ille hortat, vt sibi cōciliemini. Neq; eñ dixit deū vobis cōciliate,sed vos illi recōciliamini. Quod si vel hostium more huic obstiteritis, nihil tñ ipse vobis obnititur. Deus nanq; hic pater est,nec secus ac si quippiam ipse in hoīes deliquisset, ad vos legauit apostolos, vt veniam deprecetur. Miram sane pietatis,& indulgentiæ magnitudinem. D
Eum q nō nouerat peccatū, p nobis peccatū fecit,vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.⌋Ne reliq̄ ipse cōmemorē,quēadmodū.s.de vobis,vel bñ merētē affeceritis ignominia, vtq; prior ipse in gr̄am redire voluerit,nōne vel ex recētibus eius bñficijs dignū censeri debet,vt cū ipso sitis aīo placatiore deuincti. Quid ita? Qm̄ suū filiū, q nullū norat pc̄tm̄,hoc ē q ipse
2. Petr.2. met iustitia eēt, p nobis fecerit mortē obire, pinde ac si peccator eēt is, & maleficus, inquit
1.Cor.1. eñ: Execrabilis q suspēsus ē ligno,& cū iniustis reputatus ē. Nō eñ peccatorē fecit hic intu
Deuter.21. lit,sed peccatū,q̄d vtiq; maius ē lōge,vt nos dei iustitia efficeremur. Nō ex opibus vel lege,
Galat.3. sed dei ex gr̄a. Id eñ designat dei iustitia,cū gratis qspiā iust⁹ efficit , cūq; nulla in eo depre
Esaiæ.53. hendit labes. Et ideo neq̄q̄ dixit, vt iusti efficiamur, sed dei iustitia, gr̄æ arguēs immēsitatē.

CAPVT VI.

ADiuuātes aūt,exhortamur ne inuacuū gr̄am dei recipiatis.⌋Adiutores vr̄i (inqt) sumus,& vobis ad cōsequēdā salutē,& deo vt eius expleatis volūtatē,hoc ē,q̄ vobis vt salutē impartiat pcliuior ē, fungimurq; exhortādo Chr̄i vice q̄adusq; ille secūdo adueniat,& q̄diu in vita hac fuerim⁹,ne incassum gr̄am dei accipiatis. Quid eñ cōduceret diuina gr̄a prauis facinoribus eximi,si deinceps ad pristinā negligentiā rediret. Id nāq; nil aliud foret,q̄ in pristinā inimicitiā illā relabi. Sic fieret vt frustra videret diuina fuisse in nos gr̄a tāta collata. Haudq̄q̄ itaq; existimandū est,in fide dūtaxat peccatorū cōstare vacationem. Quin & optimo viuendi opus est gener,vt ab his simus immunes.
Ait eñ, tpe accepto exaudiui te,& in die salutis adiuui te. Ecce nunc tp̄s acceptabile,ecce
Esa.49. nūc dies salutis.⌋Tp̄s acceptabile dicit,in q̄ p gr̄am,& peccatorū remissio fit,& iustitia cōdo
Temp⁹ acceptabile. nat. Nā illud hauddubie ē acceptabile tp̄s,q̄ nos excipit de⁹,exauditq; & saluos facit. Nā in iudicij die neq; aures nobis pstabit,neq; opē latur⁹ ē vllā,nec salutē pcātibus. Necesse ē itaq; interea dum gr̄æ tp̄s offertur, vt enixe certemus. Nā facile hoc pacto potiemur victoria.
Nemini dātes vllā offensionē, vt nō vituperet ministeriū nr̄m.⌋Hortamur vos (inqt) & operā sil' pstamus, vt vitā nemine offenso degatis, pinde ac si inqat: Me velim duce vtamini. Nā sic mihi viuēdū institui, vt nulli ne criminādi qdē me dixerim, sed ne vel leuiter incusandi,lędēdive occasionē pbuerim. Quod eo feci,ne nr̄a notet administratio,& ignominiā subeat. Nō eñ ne culpent res p me gestæ, vl' mea institutio dixit, sed ne quā vl' tenuē labem aut vituperationē admittāt,enitor. Nōnulli vero id dictū hunc sunt in modū interpretati.

Videlicet

videlicet ne recidat quis ignominiæ nota, quā ipse ministeriū dicit. Tunc enī vituperationē
A subiret pdicatio mea, cū ipse vitā improbe ducerē. Tacite etiā & Corinthios carpit, vt quę
mala acta iā vita à multis culpet, culpantiūq; execratio oīs in Christū, & eius fidē redundet.
Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut dei ministros.⌋ Vel id sane maius videt
cum inquit: non solum necesse erit, vt quauis culpa & labe vaces: sed ita, vt viuas, vt ex tuo
hoc recte viuendi modo perspicuum facias, dei ministerio te fungi.
In multa patientia.⌋ Narrat præterea, quemadmodum talis ipse tolerando euaserit. Ne
q; simplici quadam patientia dicit, sed multa: quippe quæ non semel, atq; iterum omnibus
erit in rebus præstanda: sed vsq; ad finem erit exhibenda.
In tribulationibus, in necessitatibus.⌋ Ideo quidem pressuras accumulat, cum nullus fiat
quæ hominem angunt, exitus malis.
In angustijs,⌋ videlicet quæ per inediam vel tentationes alias offeruntur. Infra.11
In plagis, in carceribus.⌋ Vide quantū hæc afferant mali, cum vtrunq; per se grauissimū Actoꝝ.16
fit. Plagis præterea affectus est Paulus, & in carcerem sæpe coniectus.
In seditionibus,⌋ Hoc est, in persecutionibus, cum nullum haberet hic locum, quo pos-
set consistere, quia multi eum insectarentur.
In laboribus, in vigilijs, in ieiunijs.⌋ Explicatis iam alijs, quæ per alios sunt sibi ingesta,
superinducit, quibus se ipse vltro afficiat, Manum scilicet laboribus, quibus ipsum se & alios
aleret, is insuper & vigilijs se & inedia macerabat.
In castitate.⌋ Vel continentiam per castitatem prætendit, vel eius omnibus in rebus pu
ritatem seruatam: Vel, quia gratis, & nullis illectus muneribus prædicaret.
In scientia,⌋ Hoc est, in dei sapientia, quæ vere dici scientia debet. Non in exteriori hac,
& mundana, qua fallaces apostoli niterentur.
In longanimitate, in suauitate.⌋ Animi est profecto adamantini, agitatum vndiq; & cir Animus
cumpunctū, non solum mentis seruare celsitudinem, sed & bonum se & æquum præstare. adamantinus.
In spū sancto.⌋ Ostēdit vnde hāc sit virtutē adeptus, e spū videlicet sancto. Nā cū pclarū
aliqd de se facinus edit, mox spūs sancti ope factū id infert. Potest etiā intelligi in spiritalib⁹
donis. Ex his nāq; ostēdimus ministros nos dei eē effectos: qñquidē mirāda qdā, quæ supra
hominē sunt, factitemus: Vel, qa in spū sancto, hoc est, in spūs donis neminē ipsi offendim⁹.
B Nā etsi intumescūt pleriq; q linguis potiti sint, qbus nequaq̄ necessarijs in rebus vtantur ab
In charitate nō ficta.⌋ Charitas hæc hauddubie bo (eiusmodi tñ lōge alieni nos sum⁹.
noꝝ est illi omnium causa. Hæc inquam, vt apud se spiritus sanctus maneret, efficiebat.
In verbo veritatis,⌋ hoc est, dei verbum nihil adulterantes.
In virtute dei.⌋ Nil, inqt, hoꝝ mihi debet adscribi, cū cōstet dei potētia vniuersa hęc fieri.
Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris.⌋ Arma iustitiæ sinistra appellat, quęcunq; tristi
tiam afferunt. Arma vero, quia tanq̄ muris nos sepiat, & tutos reddat. Sinistra pterea dicit,
ob variam multoꝝ conscientiam. Iniunxit nanq; & dñs, non vltro adeundas esse tentatio- Matth.6
nes, sed si offerantur, ferendas. Dextera aūt quæ lætiora sunt nuncupat. Hoꝝ itaq; alteru- Lucæ.6
tris nil Paulus arguebat obnoxius: quippe qui neq; tristibus & aduersis cōtraheret, neq; læ-
titia & prosperis insolesceret, sed potius iustitiæ arma hæc ipsa reddebat.
Per gloriā & ignobilitatē.⌋ Explicauit iā nobis, qd dextera & sinistra significarent, vt q
& gloriā simul pferant & ignobilitatē. Veꝝ si quæras: Quo pacto pro armis iustitiæ hæc fu
tura sit gloria? Respondebo equidē, Quia multos ad religionē inducat & fidē, qui pceptori
defertur honos. Quid igitur, Pauli ne id erit accēsendū virtuti? Maxime. Quia nihil vel lau
datus is deflaccebat, nec precādo fatigabatur, vel ignominia affectus deterrebatur, quin po-
tius hæc ad patientiam & probitatem, cum prædicationis successu exercebat.
Per infamiā & bonā famā.⌋ Vel hoc magni momēti est, infamiam tolerare. Hæc nanq;
acerrime animū mordet, eo'q; & dñs beatos hos asserit, qui cōuitia, & cōtumelias perferūt. Matth.5
Quæ infamia, vel cruciatibus ipsis videtur acerbior. Nā cū corpus tormentis vrgetur, tum
anima patitur dolorem. Cum vero nota afficimur aliqua, animo incumbit quicquid est one
ris. Vnde & Iob vxoris conuitia molestius longe ferebat, q̄ plagas & vlcera. Iob.2
Vt seductores, & veraces. Sicut q ignoti & cogniti.⌋ Idipsum est qd per infamiā dixit,
& bonā famā. Hi nāq; qbus Paulus curæ esset & cognitus: eundē quasi nusq̄ antea nossent, de
dignabantur. Quod profecto idē prætendit, quod per gloriā dixerat & ignominiam.
Quasi morientes, & ecce viuimus,⌋ Hoc est, quasi morti adiudicati, & condemnati. Nā
quod ad insidiantium nobis animam spectat, hauddubie morimur. Quantum vero ad dei
virtutem, ecce hac vita fruimur.
Vt castigati & nō mortificati.⌋ Fiūt hęc, inqt, ad nři castigationē dei pmissu: quo fit, vt ad
futurā mercedē haudquaq̄ exiguū sit castigatiōis huiusce īterea lucrū, qd sane dictū à Dauid Psalm.114
scriptis desumptū fuisse cōstat, cū inqt: Castigās castigauit me dñs: morti āt nō tradidit me.

Quasi tristes, semper autem gaudentes.⌋Exteriori quidem hac facie videmur mœrore confecti, intus vero incredibili fruimur suauitate: non enim interruptum, nostrum est & instabile gaudium, sed continens & perpetuum. C

Sicut egentes, multos aũt locupletantes.⌋Non solum diuitijs spiritalibus plures ditauit, sed mundanis etiã hisce & tẽporarijs cõplurimos iuuit. Nã & cũ omniũ bonis fideliũ domus paterna opulentior videbatur, multis bona hęc præsentia impertiebatur & victum. Nam & sanctos qui Hierosolymis erant alebat, quod & in sequentibus patefacit. 1.Cor.16 infra. 9

Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.⌋Qui enim nullis vitæ præsentis inhæserit bonis, omnibus nimirum abundat: perinde ac si inquiat: Vos omnia petenti mihi ad nutum suppeditastis, quibus aliorum subuenirem necessitatibus. Quæ autem superius dixit, eo commemorauit, ne in rebus aduersis & mœstis perturbarentur Corinthij.

Os nostrũ patet ad vos o Corinthij. Cor nostrũ dilatatũ est.⌋Enumeratis proprijs certaminibus, ostensoq́ in modũ narrationis, quẽadmodũ necesse sit, vt illi sese imitentur: futurũ est tandẽ eosdẽ vt carpat, vt q̃ supprius haudquaq̃ magna tenerentur beneuolẽtia. Quod tñ anteq̃ ipse aggrediatur, aperit suã erga illos sic charitatẽ. Vellẽ equidẽ perpetuã apud vos habere orationẽ, & multa disserere, palã'q́ & fidẽter vos alloqui, q̃d plane ostẽdit, cũ inqt: Os meũ patet ad vos. Id'q́ propterea dicit, q̃a illos & obiurgaturus est, & facturus pspicuũ, maximũ esse charitatis indiciũ, increpãdi fiduciã. Vñ nõ solũ (inqt) verbis meã erga vos pfero charitatẽ, sed corde, cũ illud apud vos diffusum habeã & ampleatũ. Ardor nãq; amoris ille, nõ modo mihi os patefacit, sed mentẽ dilatat, & ita vt vos capiat vniuersos, q̃d ipm subinfert, dicẽs

Non angustiamini in nobis, angustiamini aũt in visceribus vestris.⌋Vos quidẽ (inquit) & si q̃plurimi sitis, meo in corde, quod sane patentissimũ est, haudquaq̃ in arcto vagamini. Vestris vero in præcordijs & visceribus, in angusto estis, & ita astricti, vt ne vel vnum quidem me largiter possitis excipere: perinde ac si inquiat: Ipse equidẽ ingenti vos prosequor beneuolentia, vos vero etsi erga me aliquo estis amore affecti, & complexum vestris in præcordijs detinetis, arctior tamẽ vestra hæc charitas est, & angustior, qua me complectimini.

Eandem aũt habentes remunerationẽ, tanq̃ filijs dico, dilatamini & vos.⌋Hoc est, eandem ipsi amoris vicissitudinẽ, & parem præstate in me beneuolentiam: estoteq́ & vos, quẽ admodum ipse in charitate effusi. Id'q́ pro debito quodam deposcit, cum inquit: Tanq̃ filijs dico. Neq́ enim videor magnũ aliquid efflagitare, si pater cũ sim, à liberis coli duxerim nõ indignum. Debent nanq́ & filij hoc in patrem præstare officium.

D

Nolite iugũ ducere cũ infidelibus.⌋Ne videatur supprius hæc grã protulisse, ostẽdit pro Corinthiorũ vtilitate, nõ sua, illorũ se exegisse bñuolentiã. Quasi id dicat: Illud sane vestrã erga me patefaciet charitatẽ, si nullũ vobis cũ infidelib' fuerit cõmertium, neq́ ad illorũ partes (declinaueritis.

Quæ enĩ participatio iustitiæ cũ iniquitate?⌋Hoc loco haudquaq̃ se cũ infidelibus cõfert, sed Corinthiorũ virtutẽ & ingenuitatẽ cũ infideliũ cõparat improbitate. Nec secus agit cũ his q̃ pater aliquis solet, q̃ filiũ videat cũ perditissimis hominibus diuersari, ad quẽ verba hmõi habeat. Quænã tuæ esse potest nobilitati cũ illorũ iniquissimis moribus consociatio? Vos itaq́, Paulus inquit, indubitatam præfertis iustitiã: illi vero deperditã quandam nequitiam. Quænam ergo potest & vobis cum infidelibus esse communicatio?

Quæ societas luci ad tenebras? Quæ aũt conuentia Christi ad Belial?⌋Cum vellet omnino apostolus, vt Corinthij ab infideliũ descisserent cõtubernio: haud sane dixit, quæ esse potest conformitas eorũ qui in luce sint, cum his qui in tenebris degant, vel Christi sectatoribus, cum his qui dæmonum partes sectantur, sed res ipsas pro personis induxit, lucẽ scilicet & tenebras. Et quod amplius erat, Christũ ad Belial. Belial vero apostatam dicit & desertorem. Porro ex Christi & Belial appellatione, atrociorem reddit orationem. Belial qu.

Aut quæ pars fideli cum infideli?⌋Hoc loco & personarum meminit, ne simpliciter vel incusare nequitiam videatur, vel virtutem extollere.

Infideles idolorum templa. Qui aũt cõsensus tẽplo dei cũ idolis? Vos enĩ estis templũ dei viui.⌋Sunt quidẽ infideles idolorũ templũ, vel idola potius: vos aũt dei ædes. Nec qualẽ illis fabulis suis cõfingũt, sed viuentis. Qui igitur erit vobis cũ istis consensus, hoc est, similitudo & conuentio?

Leui.26 Hiere.31 Sicut dicit deus: Q̃m inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorũ deus, & ipsi erũt mihi populus.⌋Ne ad grãm hæc dicere videatur, ostẽdit sacrarũ literarũ testimonio, quẽadmodũ dei sint tẽplũ. Anteactæ (inquiẽs) vitæ integritas, deũ in vobis fecit inhabitare, sed vr̃a in posterũ vigilãtia, & inambulare cõpellet. Inerit nãq; homini deus, q̃ pure deget & pie. Deinceps cũ ad aliã bonorũ operũ exercitationẽ prouehitur, & patriarcharũ more ad altiora cõscẽderit, obambulare in eo, & versari dicitur deus, quẽadmodũ & in Iacob & Abrahã & Isaac dicebatur.

Esaiæ.52. Propter q̃d exite de medio eorũ, & separamini dicit dñs, & immũdũ ne tetigeritis, et recipiã vos.⌋Neq́ enĩ dixit, haudquaq̃ q̃ absurda sunt facite: sed ne attigeritis. Est aũt duplex

Immunditia duplex. immunditiæ genus, corporeũ, s. et spiritale. Spiritale quidẽ, vt impuri et sordidi cogitatus, et ocu-

A & oculis lasciuientibus intueri, vel odia exercere, & dolos nectere, & eiusmodi. Corporeũ
vero, vt incestus & adulteriũ, & quicquid reliquũ est praui facinoris. Vult itaq; Corinthios
cũ animi, tũ corporis puritatẽ seruare. Quocirca exite (inquit) de medio infideliũ, & separa
mini, hoc est, illos iam declinate, & puriores efficiamini. Sum nanq; vos tales effectos, liben
ti animo suscepturus. Cum eñ quis malis actionibus liberatur, deo coniungitur.
Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dñs omnipotens.] Vi- Hiere. 31.
des quemadmodũ longe ante prædixit propheta, quæ in nobis baptismi ob gratiam sunt si
nem iam consecuta, regenerationem videlicet, & ipsam adoptionem.

CAPVT VII.

HAs ergo habẽtes promissiones charissimi, mũdemus nos ab omni inquinamẽto car
nis & spũs.] Quas illas narras promissiones? Eas scilicet, quibus nos sumus certio- Supra. 6
res effecti, Templũ nos dei futuros, eundemq; habituros, & inhabitantem nobis &
inambulantẽ, huncq; ipsum nobis in deũ futurũ & patrẽ. Quocirca purgemus nos-
ipsos actionibus malis. Hæ nanq; inquinamenta sunt carnis, & sordidarũ & infectarum co-
gitationum illuuies. Hæ (inquam) spiritus sunt, id est, animi labes.
Perficiẽtes sctificationẽ in timore dei.] Nec plane sat est à sordibus abstinere & vitijs, qn
& boni aliqd peragat necesse ẽ. Sãctificationẽ aũt mũditiã dicit & cõtinẽtiã. In timore vero Sanctifica-
dei eo adiecit, vel qa ex industria fit alia qdã ad hoĩm grãm & laudẽ cõsequendã, nõ p dei ti tio quid.
more seruata cõtinẽtia. Vl' vt nobis oñdat, vt deũ veriti, puriores nosipsos exhibeam' & cõ
tinẽtes. Nã vel si vim inferat carnis cõcupiscẽtia, dissoluet mox oĩs libidinis furor, si deũ ve-
rebimur. Nec solũ continẽtia hæc erit p sctificatione habẽda, sed oĩs deniq; vitæ integritas.
Capite nos. Neminẽ læsim', neminẽ corrupim', neminẽ circũuenim'.] Rursum de cha
ritate disserit. Et qm̃ cũ ab se deficiẽtes dixisset infidelib' adhæsisse, illorũ pculit aĩm nũc eos
mitigatur', sic inqt: capite nos, hoc ẽ recipite, & ample adeo & effuse, vt nõ angusta qdã & te
nui charitate à vobis cõplectamur. Porro vt fraudulẽtos patefaciat aplorũ qrundã mores, sic
infert: Neminẽ læsim', hoc ẽ, neminẽ vel verbis vel factis offendim'. Neminẽ corrupimus, Pecunias
hoc ẽ, seduximus, vel impijs dogmatib' nulli mẽtẽ infecimus. Neminẽ circũuenimus. i. nihil sub obtẽtu
à quoq̃ auaritiæ cupiditate extorsimus, vel pecunias sub pdicationis obtentu subtraximus. pdicatiõis
B Non ad cõdemnationẽ vestrã dico. Prædiximus eñ, q in cordibus nostris estis ad com nullas Pau
moriendũ & ad cõuiuendũ.] Nequaq̃ hæc condemnandi vos grã dixerim. Vñ id liquet, di lus subtra-
cet aliquis? Nimirũ ex charitate ipsa, quia in cordibus nostris estis. Et qm̃ possumus quem- xit.
piam prosequi beneuolentia, nulla tñ subeundi discrimina voluntate, ad cõmoriendũ dixit. Supra. 3
Cũq; pleriq; ob inuidiã nil amicorũ prosperitati cõgaudent, ad cõuiuendũ adiunxit, perinde
ac si summatim inquiat. Neq; in periculis deserturus vos sum, nec secundis vestris & pros-
peris rebus inuidebo, sed vobiscum potius vnà sum vitam ducturus.
Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis.] Qm̃ incessere hos vi
debat, cũ diceret, in angusto estis, & me capite, rñdet nũc velut rogatus, eosdẽ cõsolaturus,
sic inquiẽs. Haudquaq̃ hæc dixi, qa in vos sñiam tulerim, & condẽnarim, sed qa multa mihi
fiducia apud vos est, & vobis cõfido plurimũ, cupidus ad officiũ & virtutẽ traducere. Quod
aũt mihi alienus sit à vestri cõdemnatione iam animus, licet sane ex his conspicari, quæ pro
vobis, hoc est, pro vestro profecto iactare apud alios soleo, & gloriæ ducere.
Repletus sum cõsolatione, superabundo gaudio in oĩ tribulatione vestra.] Quoniã (in-
qt) correcti iam estis, & ab his prorsus alienati, quos ipse per superiorẽ epistolã improbaue
ram, cõsolatione me expleuistis. Nec solum mihi attulistis solamen, quo oĩs mea pelleretur
mœstitia, qn etiã abundatiori qdã iucunditate, me vel plurimis oppressum malis opplestis.
Præfert eñ lætitiæ magnitudinẽ, cũ superabundo inquit. Cõtraria hæc superioribus esse ap
parent, quæ paulo ante de Corinthijs disseruit Paulus, cũ haudquaq̃ diuersa sint. Nã vtrunq;
profitentis est charitatem, & illa quidem castigantis erant, hæc confirmantis, non ex odio
profectam esse castigationem eiusmodi, sed à beneuolentia natam.
Nam & cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra.] Et pres
suras explicat, & verbis extollit, vt ostendat tantam fuisse gaudij magnitudinem, vt vel do-
lores, quibus caro eius affligeretur, decusserit. Recte autem suam carnem nullam habuisse
remissionem, subiecit, quia animus illi & constans erat & insuperabilis.
Sed omnẽ tribulationẽ passi sumus, foris pugnæ,] videlicet q̃ ab infidelibus inferuntur.
Intus timores.] Timebat eñ ne à falsis apostolis infirmiores nõnulli subtraherentur.
Sed qui cõsolatur humiles, cõsolatus est nos deus in aduẽtu Titi.] Qm̃ magna quædam
hic profitet: producit & Titũ in testẽ. Quis aũt ille sit qui cõsolationẽ hanc afferat? Deus est Titus
inquit. Is nanq; & nos consolatus est, quia ad nos Titum remiserit, cuius aduentus satis ad-
modum ad leuandos angores hos meos fecit. Cupit præterea venerationẽ hunc apud Co-
rinthios reddere, cum dicit: Titi aduentum consolationi sibi fuisse.

Non solũ aũt in aduentu eius, sed etiã in cõsolatione, quã cõsolatus est in vobis. ⌋Nõ solũ (inquit) ob idipsum, qa nobis in anxietatis & molestiarũ tpe, & præsto fuit, & cõsolatus ẽ, verũetiã quia de vr̃is virtutibus talia retulit, vt vel ex his solamẽ maximũ cęperim, hoc est, vr̃i grã gaudio sim affectus, ꝙ vos ob vr̃a officia & rerũ optimarũ profectũ collaudauit. Reddidit pterea & Titũ his verbis cõiunctiorẽ Corinthijs, vtpote q eos apud se commendauerit.

Referẽs nobis vestrũ desideriũ, vestrũ fletũ, vestrã æmulationẽ pro me. ⌋Erat sane non indecẽs in luctu illos versari, & dolore torqueri: partim, qa eorũ institutor aplus tot malis affictaret: partim, ꝙ tã diu abesset, Eoq; nõ lachrymas simpliciter dixit, sed fletũ, hoc est, mixtã cũ gemitu q̃rimoniã, Quin etiã Epipothesin intulit, hoc est, acerrimã quandã inuestigãdi cupiditatẽ. Neq; irã dixit, sed aduersus fornicationẽ, æmulationẽ: perinde ac si dicat: Estis enĩ summo ardore accensi exequẽdi quæ iusserã, & mei grãm falsis apostolis aduersari. Hæc aũt dicit, non solũ vt prioribus visceribus, qbus Corinhios ipsos affecerat, medeat: sed vt videat vere emẽdatos hos suscepisse. Erãt nãq; ex his perditis moribus imbuti cõplures, & laudibus hisce non digni, alioqui nil eos secernit Aplus, quin potius & laudes cões his facit & crimina in mediũ impartit, pmittẽs singulis pro eorũ cõscĩa, vt sua vel bona vel praua facinora recognoscant.

Epipothesis, vox græca q̃ significat desiderium.

Ita vt magis gauderem. ⌋Et si ob Titi lætor aduentum, maiori tamen ex his sum iucunditate affectus, quæ ipse mihi de vobis renunciauit.

b. Cor. 1.

Quoniam & si contristaui vos in epistola, nõ me pœnitet, etsi pœniteret. ⌋Et si talia (inquit) ad vos scripsi, quæ castigandi modum excederent, mihi tamen pœnitudinẽ attulerũt, quia immoderatius vos pupugissem. Alioqui quod maximũ vobis obuenit ex his emolumẽtum, nihil me in præsenti vt pœniteat, facit. Hæc aũt dixit, non quia præter modum Corinthios increpasset, sed his vt promeritas laudes augeret.

Videns ꝙ epistola illa, etsi ad horã vos contristauit, nũc gaudeo, nõ qa contristati estis, sed quia cõtristati estis ad pœnitentiã. ⌋Aduerte aũt quẽadmodũ illatã eis tristitiã epistolæ tribuat. Neq; enĩ hãc dixit plurimũ his profuisse, q̃d verius erat: sed virtuti illorũ rem omnẽ adscribit, dicens: Gaudeo equidẽ, nõ quia mœrore sitis affecti, sed qa vos mœror ille ad pœnitendum induxit. Quæ enim mihi posset ex vestro dolore afferri commoditas.

Cõtristati enĩ estis secũdũ deũ, vt in nullo patiamini ex nobis. ⌋Increpiti (inquit) à nobis tristitia quadã quæ deo est placita, vos ipse affeci: quo fit, vt nullã sitis à me aliqua in re iacturã perpessi. Quandoquidẽ vos vniuersi, vel idẽ ille q atrocius fornicãdo deliquit, haud parũ me castigãte & tristitiã afferente iam profeceritis. Solet nãq; præceptor tum magis obesse discipulis, cũ peccantibus nihil cõuiciatur. Nam si cõuitio insectaret delinquentẽ: futurũ esset omnino, vt castigatus ille & acrioribus verbis increpitus, proficeret plurimum. D

Quæ enĩ secundũ deũ tristitia est, pœnitentiã in salutẽ stabilẽ operatur. ⌋Differit nũc de tristitia, ostenditq; haudquaq̃ hãc officere cuiq̃, nisi cũ ex mũdana quadã cupiditate oborit, pecuniarũ videlicet vel iactura, vel quæstu, vel gloriæ auiditate, & charorũ amissione, q vita excesserint. Huiusmodi nãq; tristitia mortẽ parit, & animę quidẽ semp, corpori vero nõnunq̃. Nam & multi eã ob causam fato sunt functi, animiq; & corporis iacturam perpessi. Verũ si quis commissorũ scelerũ gratia mœrore magis torquet, tristitiã hauddubie subit, quæ deũ oblectat. Hæc nãq; vel sola ad huiusmodi morbi facit medelam: quippe quæ adeo salutifera sit, vt cũ acceptæ salutis pœnitere non liceat, tum etiam ꝙ à spiritali mortali hominẽ subtrahat. Nemo enim non seipsum condemnat, qui ob peccata mœrore conficitur.

Contritio, peccati medela.

Ecce enim hoc ipsum secũdum deũ contristari vos: quantã in vos operat solicitudinẽ? ⌋Nullis alijs (inquit) argumentis ostenderim, q̃d secundũ deũ est tristitiæ cõmodũ, nisi ex his quæ per vos impræsentiarum geruntur. Quos non solum nil prorsus pœnitet iniecti mœroris, quin etiam & solicitudo accreuit & studium.

Sed defensionem. ⌋Estis nanque vestram ob pœnitudinem apud me excusati.

Sed indignationem, ⌋qua estis in fornicantem vsi.

Sed timorem, ⌋quia me veriti estis. A timore quidem tanta & tam accelerata processit vestra hæc emendatio.

Sed desideriũ, ⌋mei videlicet. Nã cũ timorẽ dixisset, ne videret tyrannũ agere potius q̃ instructorẽ, statim id dictũ castigat: desideriũ (inquiens) q̃d amorẽ, nõ dominatũ prętendit.

Sed æmulationem, ⌋quæ dei habetur ob gratiam.

Sed vindictã, ⌋diuinæ legis respectu: q̃quidẽ in eius detractores vindictã exercuistis.

In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. ⌋Nõ solũ (inquit) vos estis nil tale facinus ausi, quale fornicator ille commisit, quin etiam neq; illius vsi estis consortio. Et quoniam in superiori epistola dixerat, & vos inflati estis. Quod dictum criminis hos faciebat participes, sic ait. Nunc vero vel eiusmodi detriuistis suspitionem, & palam fecistis eius negotij, hoc est, peccati & labis vos fuisse immunes.

Igit & scripsi vobis, nõ propter eũ q fecit iniuriã, nec propter eũ q passus ẽ, sed ad manifestandam

A ſtandā ſolicitudinē noſtrā, quā habemus pro vobis corā deo.⌋Ne forte obijciēdi eiuſmodi habeāt Corinthij occaſionē. Quid ergo nos obiurgabas, ſi puriores eramus & cōtinētes, & eius negotij plane expertes? Ad hæc ita rñdet apl̃us: Tantas equidē habeo lr̃is illis quas ſcripſerā grãs, adeoq́ꝫ nihil me pœnitet vos increpaſſe, vt aſſerā illas eo me cōſcripſiſſe, vt oĩbus innoteſcerēt. Cū charitas mea vobis iam impertita, tū omnis ſolertia ac ſtudiū veſtri ob gratiam per me ſuſceptū ſit deo corā, hoc eſt, deo ſpectante, & nō ignaro, vera hæc eſſe. Verebar nãqꝫ ne & vos inuaderet peſtis, quæ fornicantē illū inuaſerat. Verū, quē nam Paulus dicit, & intuliſſe, & perpeſſum iniuriā. Eos hauddubie qui inuicē ſunt fornicati. Nā alter alteri mutuā iniuriam intulit: Cur ꝑterea (inquit apl̃us) non propter eū ſe ſcripſiſſe q̄ iniuriā fecit? Scripſerā equidē (ait) illius ſcelere impulſus nefario, haud tñ prior ille mihi vt ſcriberem attulit cauſam, ſed veſtri de cauſa epiſtolā exaraui, cōtendens præcipue ne ciuitas vniuerſa, illius morbo inquinaretur. Quod vtiqꝫ nequaq̄ ab eo diuerſum eſt, quod alibi Paulus dicit: Num de bobus & nulla eſt deo cura? Non enim deum nil boues curare dixit. Nam quo aliter pacto cōſtare poſſent? Sed quia haudquaq̄ principaliter boum gratia tulerit legem.

Inuicē fornicātes, mutua ſe iniuria afficiūt

1.Cor.9

Ideo conſolati ſumus.⌋Quoniā ſtudiū omne meū pro vobis ſuſceptū eſſe, perſpicuum eſt: neqꝫ fefelliſſe me cogitationes & vota, propterea & maximū in modū ſum conſolatus.

In cōſolatiōe aūt nr̃a abundantius magis gauiſi ſumus ſuꝑ gaudio Titi.⌋Ad cōſolationē quā ex vobis (vt dictū eſt) cœperā: acceſſit etiā & abūdātior q̄dā ex Titi gaudio lætitia, cuiuſmodi cōſolatio & gaudiū ꝑ vos mihi ex veſtris operibus iniecta ſunt: & deinceps ſic ſequit̃.

Quia refectus eſt ſpũs eius ab oĩbus vobis. Et ſiquidē apud illū de vobis gloriatus ſum, nō ſum cōfuſus.⌋Propterea (inquit) ſum iucūditate affectus, q̄a tales vos Titus inuenit, quales fore ſibi ꝑdixerā. Vnde & ipſe refectus eſt ſpũ, cū eiuſmodi vos cōperiſſet, & nil ſibi vel iniucundū à vobis occurrerit. Iſtiuſmodi igitur Pauli gloriatio & Corinthios virtute ꝑditos arguit, & ſeſe in eos, vti in liberos beneuolū & propenſiorem oſtēdit. Tales igitur oporteret hoc tempore, vt diſcipuli ſe præſtarent & præceptores, & his moribus viuerent.

Sed ſicut oĩa vobis in veritate locuti ſumus, ita & gloriatio nr̃a ad Titū veritas facta eſt.⌋Quēadmodū (inquit) quæcūqꝫ vobis ꝑdicaui, & vera ſunt & certiora, vel quia merito erant & Titi laudes apud eū explicandæ, quæ haudquaq̄ cōmentitiæ eſſent & fictæ, Sic & quæcunqꝫ de vobis gloriatus ſum, haudquaq̄ conficta eſſe comperta ſunt.

B Et viſcera eius abūdātius ſunt in vobis.⌋Propterea apud Corinthios Titū cōmēdat, vt mutuū & illi in eū amorē repēdāt: vtpote q̄ huic ſit aĩo coniunctiſſim⁹, & illoꝝ ardeat charitate. Viſcera aūt ipſius ideo intulit, vt intimū eius affectū & flagrantē amorē in hos patefaciat.

Reminiſcētis omniū veſtrū obedientiam: q̄uo cum timore & tremore excepiſtis eum.⌋Cauſas exponit, q̄bus tanta in eos afficiat̃ Titus beneuolētia, oſtēdens amoris primordia ab ipſis cœpiſſe, ſimul ad charitatis officia obeunda hortat̃. Neqꝫ eñ (inquit) ſimplicē quendā in Titū amorē vel ſtudiū ꝑtuliſtis, ſed filioꝝ more præcepto facile paruiſtis. Nec ſecus hunc ac principē aliquē excepiſtis venerabūdi & trepidi. Duplicē aūt illos teſtat̃ in Titū beneuolentiā ꝑſtitiſſe, cū quia vt parentē diligerēt, tum quia vt dñm vererent̃, ne charitas ipſa, ſi timore vacaret, ſolueretur, neve in timore charitatis ſit expers, minus ſit gratus.

Timor charitatis expers.

Gaudeo ꝙ in oĩbus cōfido in vobis.⌋Neqꝫ eñ adeo Titi ob grãm lætor, ꝙ honorifice ſit à vobis exceptus, ſed q̄a tales vos reperi, vt nil prorſus exiſtimē ignominiæ mihi poſſe afferre, q̄n potius cauſam attuliſtis, vt queā & vobis cōfidere, & vr̃o profectu gloriari. Poteſt & aliter id dictū intelligi, In vobis cōfidim⁹, videlicet q̄a dicta mea erga vos oĩa & facta aĩo æquiori & libēti ad veſtrā ædificationē accepiſtis. Vel ſi vrgētia nimis ſint viſa, vel in veſtrā laudē ædita, vel factu grauia ſint iniuncta.

CAPVT VIII.

NOtam aūt faciemus vobis fratres grãm dei quæ data eſt in eccleſijs Macedoniæ.⌋Haud temere Corinthijs plurimū collaudatis, his verbis ſubſequitur. Quod eo facit, vt eoꝝ animis prælinitis ad habendā in pauperes charitatē hortet̃. Et ideo ſuperius dixit, in vobis cōfido, videlicet vt quæcunqꝫ dixerim, facturos vos ſperem. Neqꝫ id cōfeſtim adiecit, eleemoſynā cōferre, ſed alioꝝ facta in mediū producēs, ad hos imitādos & illos inuitat. Aduerte aūt quēadmodū dei grãm dicat, mentē aliquā clementiorē & piā: faciatqꝫ item id dictū minus inuidioſum, nitaturq́ꝫ ſimul vt Corinthios prouocet ad dei hanc grãm rapiendā. Neqꝫ hanc illamve vrbem deprompſit, ſed vniuerſam extulit laudibus Macedoniā, vt & Corinthij ſint vniuerſi ſimilibus intenti officijs.

Et quod in multo experimēto tribulatiōis, abundantia gaudij ipſoꝝ.⌋Hoc eſt, plurimū afflictati, & adeo, vt probi ſint tolerando effecti, nil tamen animo conciderunt, ſed lætitia potius afficiuntur. Nec ſimplici quadam & exili, ſed abundanti & profuſa.

Et altiſſima paupertas eoꝝ abūdauit in diuitias ſimplicitatis eoꝝ.⌋Hoc eſt, quēadmodū ꝑſſuræ magnitudo in gaudiū ſe effudit, ſic ingēs illoꝝ & profunda inopia, nō ſolū nulli fuit ad eleemoſynā erogādā impedimēto, ſed potius affluere opib⁹ fecit. Nec rei collatæ dixit, ſed

Macedonũ in paupe-res liberali-tas. simplicitatis diuitias, hoc est, animi vacãtis inuidia, & ad impartiẽdũ facilis. Non em̃ benefi ciorum copia, sed animi promptitudine liberalitatẽ metimur. Hi nanq; q̃d sane debet per-mirum videri, cum ære alieno adeo essent oppressi, vt eorũ vel tenues facultates à creditori-bus diriperentur, nil tamen intermittebant sese in pauperes liberales præstare.

Quia secundũ virtutẽ testimoniũ illius reddo, & supra virtutẽ volũtarij fuerũt, cũ multa exhortatiõe obsecrãtes nos.] Explicat q̃d dixerat supra, atq; pro viribus, imo supra q̃ vires suppeterẽt, illos fecisse. Hoc em̃ præfert simplicitatis abundãtia, vt maiora facere qs cõnita-tur, q̃ eius patiaẽ facultas. Nõ em̃ (inqt) ad id officij à nobis sunt prouocati, sed vltro ipsi adi erũt. Verũ qd illud dixerim, qñquidẽ priores ipsi me vt id agere sunt deprecati, plurimũ cõ-solationis attulerint. Hæc aũt dicit, nõ solũ vt hortet Corinthios vt affatim cõferãt eleemo synam, sed lubenti id animo faciant, & ideo in his differẽdis plusculum immoratur.

Gratiam & cõmunicationem ministerij, quod fit in sanctos.] Deest hoc loco quod me-rito erat dicendũ. Hortabar vos equidẽ ad suscipiendũ id ministrandi munus. Gratiã aũt di xit, quoniam cũ sectatores essent spiritualium gratiarũ Corinthij, vel hãc ipsi ministerij gra tiam aggrederentur, sicuti & superius dixerat. Munus vero ministerij dixit, vt intelligãt fu-as facultates sanctis impartiendo nil contulisse se magis, q̃ accepisse.

Et non sicut sperauimus.] Nulla (inquit) nobis spes erat, vt hoĩes qui tanta rerũ penuria & angustijs tenerentur, enixe adeo à nobis exposcerent precibus, vt eorum ministeriũ, hoc est, eorum bona sanctissimis viris impertienda acciperemus.

Sed semetipsos dederũt primũ dño, deinde nobis p volũtatẽ dei.] Vel alias quasdã hoc loco Macedonũ adstruit suo testimonio, & probat virtutes: perinde ac si dicat, Neq; em̃ cũ erogãdis eleemosynis intenderẽt plurimũ, veluti excæcati, officia reliqua negligebãt. Sed dño potius sese obtulere, in omne opus deo acceptum, animo nõ hæsitabũdo propensiores. Quinetiam & nobis tradere seipsos, hoc est, cũctis in rebus nobis subiecti nutu quo iam di-uinã charitatem prætulere. Quo fit, vt dei voluntate non vllo hominum instinctu id agant.

Ita vt rogarem* Titũ, vt quẽadmodũ cœpit, ita perficiat in vobis etiã grãm istã.] Adeo (inqt) Macedones enixe ad clementiã, & ad id cõferendæ eleemosynæ munus se cõtulerũt, vt ego re ipsa pspecta adiecerim animũ, vt itidẽ & vos faciatis, ne illis sitis iferiores. Et Titũ hortatus sum ad vos iter arripere, quẽadmodũ & ipse cœpit, hoc ẽ, qui priusq̃ esset p me im pulsus, venire ad vos destinauerit. Quibus verbis & Titũ Corinthijs facit cõiunctiorẽ, vt ad uenienti illi, & eleemosynã vbertim impartiendã esse cõsulenti, facilius pareãt. Perinde ac si ea sentiat, & sit cõsulturus, quæ in eorũ sint vtilitatẽ & cõmodũ concessura. Rursum eiusmo-di rẽ ad pietatẽ spectantẽ, grãm dixit. Est nãq; dei dono id adscribendũ, qui eũ sibi pietate si milem reddat, q̃ se ad id muneris & officij connilit. Vnde & sapiens quidã: Magni est qui-dem vir & honore dignus, quẽ alienæ vel abiectioris fortunæ misereat vel inopiæ. D

Sed sicut in oĩbus abundatis fide & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis.] Eos laudando hortaẽ, dicẽs: Quemad modũ & cæteris estis abũde potitisic & in hac gratia abũdetis necesse est, Id est, vel vt Ma cedonas bñficia impartiendo excedatis, vel simpliciter, vel laxiori liberalitate vtamini. Fidẽ aũt dicit donorũ: sermonẽ vero, indubitata sapientiæ verba: scientiã dogmatum: solicitudi nem, quæ alias virtutes exhibetur: charitatẽ demum, qua erga se inessent affecti, prædixe-rat: illud nãq; ostendistis in Tito, quam in me haberetis charitatem, pro me æmulantes.

Non quasi imperans dico.] Hoc est, nihil vos cogens dixerim, perinde ac si aliquam ha-beam in vos potestatem.

Sed per aliorum solicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonũ comprobans.] Hoc est, præterea Macedonas extulerim laudibus, vt illorũ ex studio vestram erga sanctos omnes charitatem testatiorem esse ostendam & clariorem.

Scitis em̃ grãm dñi nostri Iesu Christi, qm̃ propter vos egenus factus est, cũ esset diues, vt illius inopia diuites effetis.] Hoc est, cognoscite, & mẽte ingẽs illud versate mysterium, & nulli rei parcetis. Quod si forsitan diffidis, paupertatẽ diuitias pariturã, cõplectere cogita tione & dñm tuũ, nec vltra his dictis fidem abrogabis. Nam si ille nõ esset paupertatẽ secta tus, hoc est, si carnẽ hanc terreã, abiectã, & honoris immunẽ nõ accepisset, & reliqua igno-miniosa nostri ob grãm, q̃ tantis his sumus beneficijs indigni, non esset perpessus, nunq̃ esse-mus has opes adepti. Verũ quas opes narrat? Pietatis, videlicet religionis, vitiorũ expurga tionẽ, & sanctimoniam, & bona reliqua, quæ ante hac nobis contulit deus, & collaturus est.

Opes, pie-tatis reli-gionis. Et consiliũ in hoc do. Hoc em̃ vobis vtile est.] Attende aũt quemadmodũ minus se gra uem studeat exhibere. Do em̃ (inquit) consilium, non necessitatem impono. Quod eo attu-lerim, vt vobis potius conferat, q̃ cæteris qui illud sunt accepturi.

Qui nõ solũ facere, sed & velle cœpistis ab anno priore, nũc aũt & facto pficite.] Nõ em̃ vltra ex aliena solertia & studio, sed ex ppria animi promptitudine eos hortaẽ, inqẽq;: Nõ solum

A solum vltro ad id officiũ concessistis,nec modo solum ad rem peragendam dedistis initium, quin etiam & ad velle, hoc est, sponte & factis,& nemine impellente rem exequimini.Nũc autem vobis id consulo,vt opus iam cœptum terminetis.

Vt quemadmodũ prõptus est animus voluntatis,ita fit & perficiẽdi ex eo q̃d habetis.⌋ Videlicet vt nõ promptitudine tenus & voluntate,cõstet facinus aliq̃d bonũ,sed ad finẽ vt traducatur.Nam quemadmodum voluntas ipsa animum reddit ad rẽ gerendam propensiorẽ: sic & facta ex rerũ copia perficiuntur.Quicunq; igitur fortunæ bonis potitur,& rem ipsam perficiat,& eleemosynam impartiatur,Qui vero nil habet,voluntate exequatur bñficium.

Si enim voluntas prompta est,secundum id quod habet, accepta est non secundum id q̃d non habet.⌋ Aduerte q̃ prudenter Apl's Macedonibus collaudatis,hoc est, Thessalonicensibus ipsis,quia supra vires eleemosynam contulissent,à Corinthijs vero nil magis deposcat, q̃ eorum suppetant facultates.Si itaq; pauperibus aliquid impartiri libuerit, conferte pro viribus,& erunt hæc voluntate collata deo accepta.

Non enim vt alijs sit remissio,vobis aũt tribulatio.⌋ Neq; em̃, inquit, vt alij per quietẽ & otiũ in delitijs sint necessariũ est pter vires aliq̃d ipsi impertiatis, vñ & indigẽtiã patiamini, & angustior res vestra familiaris reddat.Tametsi dñs eo viduã laudauerit,q̃a oẽm substantiam contulisset,quod tñ in præsentiarum Apl's ab his haudquaq̃ contendit. Tũ quia adhuc infirmiores erant Corinthij,tum quia & opibus affluebant, & ita vt si p viribus singuli collaturi essent,copiosa admodum & insignis futura esset collatio.Sperat præterea illos Thessalonicensium exemplo magis ac magis incitatum iri,& ideo eorum potestati rem omnem permittit,& in sequentibus deniq; caute,& si subobscure idipsum hortatur. Marc.12 Luc.21.

Sed ex æq̃litate in p̃senti tpe vra abũdantia illoꝝ inopiã suppleat.⌋ Hoc est,vos pecunijs abundatis,illi vero plurima in dcũ cõfidẽtia. Date,inquit,q̃bus affluitis bona,cũ illi his careant,vt sitis eoꝝ fiduciæ nõ expertes,q̃ illis vberior inest,& cuius vos estis immunes. Aduerte aũt,quẽadmodũ tacite moliat̃,vt vel pter vires h: sua impẽdãt. Si em̃ vis,inq̃t,frui hac tua copia,largire & ipse copiæ huius portionẽ.Q̃d si solidã cupis mercedẽ accipere,pbe & ipse id integre,quod sane præbitum carentiam affert,& supra vires videtur. Et id quidem tacite sentit Apostolus,alioqui perspicuum est pro suis facultatibus vt conferant,commonefacit.

Vt fiat æq̃litas,sicut scriptũ est:Qui multũ habuit,nõ abũdauit:& q modicũ,non minorauit.⌋ Quo pacto hæc fiet æq̃litas? Nimirũ si alternis q̃ vobis supsunt cõtuleritis,& alioꝝ egestatẽ supplebitis. Vero q̃ esse põt parilitas,si spiritalia p carnalibus repẽsent, Neq; em̃ p precij magnitudiẽ vel paruitate,collati vl' redditi,æq̃litas dr̃,sed cũ ipsi q̃d supest, largiemini,& illi q̃d nimiũ est,cõdonabũt,& rursum:Quæ vobis defuerint accipietis, & illi cõtra, quibus indiguerint,accepturi sunt.Sic fit,vt dici æq̃litas possit.In futuro aũt seculo,maior sane earũ erit reꝝ excessus,q̃s illi cõtulerint,q minus habẽt.Cõtrahamini necesse est diuites,siquidem reꝝ stabilitate & copia vos superãt inopes.Inducit pterea q̃d gestũ apud Iudæos fuerat, cũ legerẽt mãna,vt arguat q̃ pacto fiat æq̃tio hæc.Nã q multis abũdat vir opulẽtus,cũ pauca habenti,q̃d superest dederit,nec sua accrescũt,nec illi decrescũt q paucis potiatur,vtpote qui à diuite ea acceperit. Quod irẽ dici de fiducia põt, q̃ in deo ex optimis vitæ actionibus haberi solet.Aliud præterea quiddam peragit maius.Aperit nãq; diuitibus,quemadmodũ mannæ, siue qui plus collegisset,siue qui minus eandem habuisse mensuram inuenti sint. Deo immoderatam cupiditatem castigante.Nolite ergo & vos maiora & plura concupiscere. Exod.16

B

Gr̃as aũt ago deo,q dedit hãc solicitudinẽ p vobis in corde Titi.⌋ Cũ de eleemosyna q̃ essent necessario dicẽda,differuisset,laudat demũ q eã erãt ad recipiẽdã trãsmissi, vt omi ab his auaritiæ suspitiõe summota,ad maiorẽ illos induceret cõferẽdi pmptitudinẽ. Titũ vero q̃a primatũ inter hos q eẽnt ad eã rẽ destinati obtinuisset,collaudat Paulus,asseritq; eũdẽ ad hmõi rẽ administrãdã dei fuisse opa excitatũ,q̃ppe q eãdẽ illi quã sibi iniecerit solicitudinẽ. Quocirca illos hortat̃, vt liberaliores sint in conferendo, perinde ac si dicat:Si constat deũ, ad id ministerij munus Titum excitasse,sub huius persona deus ipse deposcit.Debetis ergo quæ deo sunt digna conferre munera,& eleemosynam impartiri inopia laborantibus.

Q̃m exhortationẽ q̃dẽ suscepit,sed cũ solicitior eẽt sua volũtate, pfectus ẽ ad vos.⌋ Quæret aliq̃s:Vñ ergo id patet,deũ eã ad rẽ Titũ impulisse? Ex eo pfecto, q̃a à me cohortatus,libẽter hãc meã exhortationẽ exceperit,nihil obmurmurans,sed vltro abiens ad vos iter suscepit.Quo fit,vt nullo meo impulsu,studium id ille & solicitudinem præ se tulerit.

Misimus etiã cũ illo frẽm nr̃m,cui' laus ẽ in euãgelio p oẽs ecclesias.⌋ Nõnulli Lucã hũc esse dicũt,quẽ Paulus euãgelij gr̃a q̃d ille cõscripserat,frẽm appellat. Nõnulli vero Barnabã asserũt,qui etsi euangeliũ minus cõscripsit,pdicationẽ tñ quã exercebat,euangeliũ nũcupat. Cuius tamen in laudes nihil effunditur,quemadmodum in Titi effusus est laudem,& forsan idcirco,q̃a Barnabæ nomen Corinthijs erat obscurius, Titi vero notũ & celebre. Alioq & illi satis laudẽ tribuit,Nõ em̃ simpliciter,inq̃t, euangeliũ prædicat,sed in euangelio laudem Prædicatione Barnabæ,euãgeliũ vocat.

 est ade-

C

est adeptus. Neq; apud duas, trinasve, sed apud omēs ecclesias hmōi est gloriam assecutus. Nō solū aūt, sȝ ordinatus ē ab ecclesijs comes pgrinatiōis nſæ in hāc grām, q̄ ministrat à nobis. ⌋ Laudat hoiem vł ex eoꝝ q hūc delegissent iudicio, nō mō inqēs cū euāgeliū pdicat laudē hic pmeret, vt pbus, sed ab ecclesijs etiā ē institutus, vt nſm iter comitaret. Quocirca & tentationum est mihi & discriminum particeps. Hæc autem Barnabæ congruūt magis, is nanq; fuerat ad id muneris, & grę destinatus. vt cum Paulo vna pecunias administraret.

An domini gloriam & destinatam voluntatem vestram. ⌋ Hoc est, vt ob id & gloriā assequatur deus, & vos conferendi promptitudinem. Quandoquidem & probi sunt, qui collatam per vos pecuniam capiunt, & nihil his inest, nisi quod parere queat suspitionem.

Deuitātes hoc, ne qs nos vitupet in hac plenitudie, q̄ ministrat à nobis in dñi gł'iā. ⌋ Dignū id sane Paulus ſctimonia, & curæ quā p his susceperat magnitudine, & indulgētia. Propterea eṁ (inqt) hos destinabimus, neq; vnū dūtaxat sed plures. Quia deuitātes grē suspitionē veriti sumus, ne quē forte incessat suspitio, pinde ac si haꝝ ipsi pecuniaꝝ partē nobis aliquā vēdicem⁹. Nec tñ dixit ne vos, sed ne qs, ne molesti⁹ ferrēt Corinthij, si qb⁹ eēt forsitā psua sum, sese eiusmodi aliqd de Paulo suspicari, hoc est, pecuniaꝝ hæc copia nobis credita, satis valeret ad inferendā improbis & maledicis suspitionē, nisi futurā ipsi securitatē ptulissem⁹.

Infirmorū conscientiam Paulus veretur offendere.

Prouidemus eṁ bona, nō solū eorā deo, sed etiā corā hoībus. ⌋ Attende Pauli pbitatem. Prçcauebat eṁ ne frēs offenderet, qppe q nō hmōi iactitauit. Mūdus sum ipse & purior, do leat q velit, & flagret inuidia, sed illud intulit, in dei cōspectu puidem⁹, hoc ē illud apprime curam⁹, vt culpa vacem⁹, nec min⁹ & corā hoībus, idipm eo enixi⁹ factitam⁹, q̄ imbecilliores sunt & infirmi, qbus haud secus nos condescendimus, q̄ pueris solemus, qs sumus laturi.

Misimus aūt cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitū esse. Nunc autem multo solicitiorem confidentia multa in vos. ⌋ Alium insuper inducit quē fratrem appellat, commendatq;, quia illum in multis fuerat expertus, & perinde ac si sententiā ferat, studio hunc dicit & industria pollere. In multis vero & sæpe cū ait, huius laudem auget. Solicitiorem demum hunc multa in vos confidentia dicit, quia plurimum ille confideret profusiorem Corinthios eleemosynam facturos quæ esset ab se dispensanda.

Siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor. ⌋ Si quid videlicet de Tito dicendum est, hæc equidem quæ dicam habeo. Quia & socium se mihi & adiutorē in vestram institutionem & vtilitatem exhibuit. Vel aliter: Quod enim Titi ob gratiam egeritis, id oṁe non in alienigenam quempiam, sed in meum comitem & adiutorem contuleritis.

Siue fratres nostri. ⌋ Hoc est, si de alijs libet aliquid audire, iure quidem & illis fides est adhibenda, & fraternum id nomen præstandum, quos pro fratribus ducimus. D

Apostoli ecclesiarum. ⌋ Hoc est, ab ecclesia ad id destinati & instituti.

Gloria Christi. ⌋ Quod omnium erat prçstantius postremo posuit. Perinde ac si inquiat, In Christo rerum omnium vertitur summa, quæ ab illis geruntur.

Ośionē ergo q̄ est charitatis vr̄æ, & nr̄æ gł'iæ pro vobis in illos ośdite in facie ecclesiarū. ⌋ Ostēdite, inqt, hoc tpe, quemadmodū amore psequamini, vtq; & ipsi haud frustra gloriemur in vobis. Qd̄ sane tūc ptuleritis, cū charitate significabitis, q̄ suis in hos affecti, quos ad vos mittim⁹. Id eṁ oṁe in ecclesiæ estis psonā facturi, qd in nos ipsi gesseritis, hoc est, in ecclesiaꝝ honorem. Præferūt enim hi ecclesiaꝝ personam, qui ab ecclesijs transmittuntur.

CAPVT IX.

NAm de ministerio qd fit in sctōs, ex abundāti ē mihi scribere vobis. ⌋ Cū tanta de his superius dixerit, dicturusq; deinceps sit, asserit tñ inane id fore & supuacancū si rursum ısdē de rebus ad eos perscripserit. Id aūt agit prudētius, vt Corinthios magis alliciat. Pudebit eṁ cū tāti se fieri à Paulo viderint, si ei⁹ æstimatiōe argu-

Scio eṁ promptū aim vr̄m p q̄ de vobis glorior apud Macedones, qm̄ & (ant inferiores. Achaia parata ē ab anno pterito. ⌋ Cōperta, inqt, ipse habeo vr̄aȝ animi in cōferēdis pecunijs promptitudinem, quam & iactare consueui, dicereq; non solū ad id paratos vos Corinthijs esse, sed vniuersam Achaiam. Nihil vltra deesse, nisi eorum aduentum qui pecunias sint accepturi. Quocirca vereeundiæ ducam si deprehendar inaniter & falso hæc iactitasse.

Et vr̄a æmulatio puocauit plimos. ⌋ Dixerat supius, spōte illos ad eā largitionē fuisse inductos, & ita, vt nihil ei⁹ vł opa vł instigatōe indiguerit. Cur ergo, inqt: Quia vr̄a ęmulatio puocauit plimos. Nēpe plurimos dixit, nō oēs: qꝛ nōnulli & volūtate erāt ad officiū ppen siores, & Pauli ope indigebāt. Nōnulli vero vr̄i æmulatōe inducti, ad optimū opus puocabant. Hoīes nāq; maiore in partē, vt recte agāt, alioꝝ ducunt exēplo. Vel alr̄, hoc est, qa vo

Exēplis ad bonum ducuntur homines.

lētibus vobis eleemosynā egentibus impartiri, nec consiliū dedimus, neq; adiecimus stimulos, sed laudibus duntaxat profecuti vos sumus, quod satis valere ad vos cohortandos videbat. Vides quemadmodū & Macedones ipsos Corinthijs collaudatis ad bñficentiā excitet, & Corinthios puocet, Macedonum plata ad eam rem promptitudine. Estis enim, inquit,

illorum

A illorum præceptores effecti. Nolite ergo discipulis, cum sitis magistri, videri defectiores

Misi autem fratres, vt ne q̃d gloriamur de vobis, euacuet in parte hac, vt queadmodũ dixi, parati sitis. ⌋ Tanq̃ Corinthiorũ se mẽbrũ adstituit, doletq; eorũ vicẽ, qm̃ gl̃iatus sum, in quẽs, vereor ne vituperatione afficiamur & ignominia. Propterea & frẽs misi, ne q̃d de vobis gloriamur, euacuetur, hoc est, ne inanis & vacua deprehendatur hæc mea de vestro profectu iactantia. Ipse nanq; cum ducerem vos mihi apud om̃es decori, gloriatus etiam apud Macedones sum. Quocirca si fueritis ad officium id obeundum posteriores inuenti: cõmunis futura mihi vobiscũ est ignominia. Et si haudquaq̃ cæteris in rebus, in hac tñ parte, hoc est, in eleemosyna per vos conferenda, vereor ne vituperãdus sim ipse. Estote ergo paratiores, quemadmodum & Macedonibus dixeram, paratos vos esse, simul & reliquum Achaiæ populum. Ita, vt nihil sit quod vos ad eleemosynam impartiendam hãc remoretur.

Ne cũ venerint Macedones mecũ, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt nõ dicamus vos in hac substãtia. ⌋ Rursum hisdẽ in rebus versat, augetq; ꝓ vario q̃dã humani ingenij discursu, illorũ angorem. Fortius nãq; erubescimus, cũ in aliorũ cõspectu ignominia nobis infert. Agitis, inq̃t, mecũ forte fidẽtius, vtpote q̃ vobis indulgeã. Sunt tñ vobis Macedones nõ incogniti, q̃rũ verecũdia tenere vos debet. Siquidẽ mecũ vna ad vos sunt & hi cõcessuri. Qui si vos imparatos inuenerint, hoc est, eleemosynã detrectãtes, & me mẽdacẽ arguẽt, qui vos paratos esse retulerim, & vos auaritię incusabũt. Erubescendũ quippe erit, si in nr̃o aduẽtu vr̃a hæc, nec prõpta sit, nec scita collatio, aut si nusq̃ q̃d deceat in eleemosynã cõtuleritis. Castigat autẽ sermonẽ Apostolus, cum inquit: erubescamus, ne vos dixerim in hac substãtia gloriationis (vt græce habetur) hoc est, in sola vestræ huius eleemosynæ mea iactãtia, præsertim cum cæteris in rebus haudquaq̃ crimini sitis obnoxij. Quod sane non vt his gratificetur, adiecit, sed vt illos faceret ad eleemosynã promptiores. Ne cum in reliquis ꝓfecerint plurimũ, in hac deprehendantur non probi, & seipsis inferiores. Cum autem inq̃t, ne vos dixerim, arguit magis esse erubescendũ, si arguant ad id officij tardiores. Substantiã autem, rem ipsam dicit, & eleemosynæ collationem, vel gloriationis vim & iactantiam.

Necessariũ ergo existimaui rogare frẽs, vt ꝑueniãt ad vos, & ꝓparẽt repromissam bñdictionẽ hãc paratã esse, sic q̃si bñdictionẽ, nõ q̃si auaritiã. ⌋ Ne cõtraria dicere videat, q̃ppe q̃ dixerat supra, supuacaneũ est, vt ad vos scribã, eadẽ illa nũc repetit, & de liberalitate & mu- Capit. 8.

B nificẽtia disserit, & queadmodũ aĩo ꝓmptiori id obeundũ sit opus, cõmonefacit, eoq; & fratres se mittere dicit, ad duo q̃dã exhortãs. Cũ vt liberalr̃ ꝓbeãt, & abũde, tũ vt aĩo libentiori id agãt prudẽter vtraq; sane ꝑtractãs. Nã primo de volũtaria largitiõe disputat, deinceps & alterũ caput aggredit. Ait igit, in bñdictionẽ his q̃ largiunt cõcedere. Siquidẽ nemo q̃ bñdictionẽ fit, hoc ẽ, eleemosynã impartitus, mœrore afficit. Ostẽdit ꝓterea pullulantẽ ex ea mox fructũ, & queadmodũ bñdictiõe expleat, q̃ effusius ꝓbeat. Neq; his dictis cõtẽtus, nõ q̃si auaritiam intulit. Perinde ac si dicat: Neq; enim existimetis cupiditatis & auaritiæ gratia, quæ vos cõtuleritis nos accepturos, sed q̃a sumus bñdictione vos cõdonãdi cupidiores. Quo fit, vt qui eleemosynam ab inuito extorserit, quasi ad auaritiam videatur hanc ipsam exigere.

Fruct⁹ eleemosynarũ.

Hoc aũt dico, q̃ parce seminat, parce & metet: & q̃ seminat in bñdictiõibus, de bñdictiõibus & metet. ⌋ Ad alterũ caput pertrãsit, vic; queadmodũ ad liberalitatẽ sit largiẽdũ, inq̃tq;: Vel id ipse adiecerim ad ea q̃ dixerã, qm̃ nihil sit parce dandũ. Neq; auare dixit, & sordide, sed quod plane honestius est, parcitatis nomẽ ingessit. Et semẽ nuncupauit rẽ ipsam, vt statim ad compensandam mercedem attendas, perdiscasq; plura te accepisse q̃ dederis. Et q̃a abunde conferendum esse disseruit, iterato voluntariam & promptam largitionem commeminit. Nam qui in benedictionibus seminat, illud prætendit quod dictum superius est. ⌋

Vnusquisq; ꝓut destinauit in corde suo, nõ ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarẽ em̃ datorẽ diligit deus. ⌋ Immoratur diutius rõni eiusmodi differẽdæ volũtariæ largitõis; haud sane ignarus, satis iã exẽplorũ dedisse Macedones, q̃bus & Corinthij possint ad munificentiã excitari. Quippe q̃s pudeat his munificẽtia videri inferiores. Eorundẽ ꝓterea & mentẽ sanat: vt virtutis sit, q̃d illi cõtulerint, nõ necessitatis. Nã lõge à virtute abessent, si inuiti q̃d agerẽt. Quærit itaq;, tanq̃ verus ꝓceptor, vt virtutis rõne discipuli factitẽt, q̃dcũq; his est peragendũ. Quin etiã vt merita illis sint integra, q̃ vltro q̃ recta sunt, peragũt. Queadmodũ cõtra, q̃d iniq̃ aĩo fit, promeritũ primũ intercidit. Et ideo vnusq̃sq;, inq̃t, scd̃m quod destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate, quod vt testatius faciat, ex Salomonis dictis, exemplum ꝓducit. Tametsi hæc à sapientissimo illo ad liberalitatem sint dicta, & beneficentiam. Ecci. 35.

Potẽs ẽ aũt deus oẽm grãz abũdare facere in vobis. ⌋ Cõfutat his verbis opinionẽ, q̃ capti pleriq; sumus illud ꝓcipue soliti vsurpare. Si alijs multa cõtulerimus, verendũ ne ad egestatẽ ipsi mox redigamur. Inq̃t igit: Potest haud dubie deus adeo nos om̃i immunes reddere indigentia, vt omnẽ gratiã, hoc est, vt omnẽ eleemosynã possimus abunde facere. Cõferte ergo affluenter, vt vestra eleemosyna magis ac magis, & perpetuo quodam fluxu redundet.

Vt in

C

Vt in omnibus semper oẽm sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonũ.] Vides quemadmodũ non opes illis cõprecetur Apl's, sed quod ad vitã sit satis. Id aũt (inquens) arguit nequaq̃ se illos cogere, vt aliis ea impartiantur, quibus ipsi indigeant. Sic etiã instruit, q̃bus in rebus sint dei dona vtenda, vt abundetis vel in oẽ opus bonũ. Perinde ac si dicat: In his equidem quæ carnis sunt sufficientiã vobis optauerim. In spiritalibus vero (id enim prætendit in omne opus bonũ) abundantiam. s. & vbertatem. Vt non solum magnum in modum quis clementior sit, sed omne opus quod deum oblectet, liberaliter obeat.

Psalm. III. Sicut scriptũ est: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi.] Dixit superius, vt abundetis, idipsum itaq; confirmaturus, prophetæ inducit testimonium, cum dispersit inquit. Hæc quippe dictio, munus, affatim datum, & affluentiam monstrat. Nam pecuniæ quidem, quia fluxæ & fragiles sunt, haudquaq̃ diu consistũt. Iustitia vero, hoc est, pietas ipsa atq; clementia (per iustitiæ enim nomen pietatem designat, vtpote quæ iustiore hominem reddat, & soluat peccata) in om̃e ẽ æuum permansura, in præsens vsq; seculum, & futurũ. Qui enim pietatem seruauerit, & præstiterit se clementiorem, non solum ab omnibus

1. Timot. 4 colitur quandiu egerit in humanis: sed eius insuper futura & soboles charior posteris erit.

Qui aũt administrat semen seminanti, & panẽ ad manducandũ præstabit, & multiplicabit semẽ vestrũ, & augebit incremẽta frugũ iustitiæ vr̃æ.] Simul his quæ cũ corpori, tũ aĩæ conferunt, comprecatur. Facitq; ex sensibili hac terræ cultura verbis suis fidem. Nam si terrã serentibus semen subministrat deus, & cibũ nutrientibus corpus suppeditat, longe magis & his qui cœlũ colunt, & animã alunt, daturus est semen. Cũ aũt præstabit & multiplicabit semen vestrũ (inq̃t) de tẽporariis hisce opibus disserit. Quod plane semen mauult vt egentibus distributũ spiritale reddat, & transferat in aĩam. Ex hoc eñ quiduis boni operis nobis succrescit, & iustitiæ insuper manipuli augescũt, ob idq; & illud subiungit, & augebit incrementa iustitiæ vr̃æ. Non aũt hoc loco, queadmodũ deũ inducat, cibũ nobis & escã, nõ deli-

Hiere. 52 tias subministrantẽ. Panem eñ (inq̃t) in cibũ præstitit, q̃d dictũ ab Hieremia accepit Apl's.

Vt in oĩbus locupletati abundetis in oẽm simplicitatẽ, q̃ operat̃ p̃ nos gr̃arũ actionẽ deo.]

Quomodo vtendum opibus. Rursum demõstrat, q̃ pacto vtẽdę sint opes, aitq; minus has esse cõdẽdas, sed hñdas potiꝰ ad oẽm simplicitatẽ, hoc ẽ, cũ liberalitate has esse euacuãdas. Et q̃a eãdẽ pleriq; in scortis & mimis donãdis p̃ferunt simplicitatẽ, sic infert: Talẽ aũt dixerim simplicitatẽ, q̃ p̃ nos deo gr̃as referat. Quin potius nec gr̃as solũ, sed alia pleraq;, quæ in p̃cessu patefaciet orõnis, vt ostensa bonorũ copia, quæ ex eiusmodi simplicitate gignuntur ad eam promptiores nos reddat.

D

Qm̃ ministeriũ huius officii, nõ solũ supplet ea q̃ desunt sanctis, sed etiã abũdat p̃ multas gr̃arũ actiones in dño, p̃ probationẽ ministerii huius, glorificãtes deũ in obediẽtia confessionis vr̃æ in euangelio Chr̃i, & simplicitate cõicationis vr̃æ in illos & in oẽs, & in ipsorũ obsecratione pro vobis, desiderantiũ vos propter eminentẽ gratiã dei in vobis.] Ministeriũ (inquit) hoc est, pecuniarũ præbitio plurimũ valet. Nã non modo supplet per vos fratrũ egestas, sed etiã abũdat, hoc est, vltra quã satis sit, necessaria illis subministratis. Vñ & plurimas hi gr̃as referunt deo. Nec minus eundẽ & laudibus p̃sequunt, quia tãtopere estis euangelio

Matth. 6. Luc. 11. 12. ipsi morigeri, vt illius iussa abundantius exeq̃mini. Euangeliũ nanq; eleemosynã impartiri instituit. Deũ p̃terea vel aliã ob causam illi extollũt, & gr̃as agunt, q̃a simplicitas hęc & bonitas vr̃a nõ eorũ satis dũtaxat necessitatibus facit, sed in oẽs fideles paupertate oppressos diffundit. Neq; eñ hi liuore ducunt, vt solẽt reliq; paupes, q̃n & gr̃as agũt, q̃d vel in alios bñficii fitis, quod profecto haud mediocre est illorum virtutis indicium. Necesse est itaq;, & his q̃ adeo cæteros virtute præcellunt, vt nil p̃rsus inuideãt aliis, effusius aliquid condonari. Accedite etiã, q̃d vr̃i gr̃a deũ precãt, vt vos sit eis aliq̃n visendi facultas: nõ pecuniarũ respectu, sed diuinæ gr̃æ vobis concessæ p̃stantia. Rursum & gratiã eleemosynã nuncupat, oĩm summã deo permittẽs, ne forsan illi his largitionibus intumescant. Cum aũt eminẽtem gratiam dicit, concitat eos, vt ampliora munera facitent, ita vt nemini sint largiendo inferiores.

Gratias ago super inenarrabili dono eius.] Donum dicit, quæ per eleemosynam prouenĩut bona, tum largitoribus ipsis, tũ his qui ea acceperint. Vel bona ipsa commemorat, quibus ob Christi incarnationem dignati nos sumus. Perinde ac si dicat, nequaquam ipsi existimate magnum aliquid, nequeunt enim quæ à deo bona accepimus explicari. Quod si quid & ipsi per exiguum & corruptibile egentibus impartimur, quid magni egimus.

CAPVT X.

Ipse aũt ego Paulus obsecro vos p̃ mãsuetudinẽ & modestiã Chr̃i.] Cũ finẽ iã de eleemosyna differẽdi fecisset, aggrediẽ q̃ duriora sunt, & admodũ grauia, inuehiturq; in falsos ap̃los, & sui obtrectatores, q̃ se inscitiæ incusarẽt, inanisq; iactãtiæ. Dicturus p̃terea in sui laudem pauca, inuitus tamen, ne eius prædicatio contemptui haberetur, enumerat & sua officia, & gratiã, quæ sibi à deo sit tradita. Quo fit, vt nequaq̃ fallatur, si q̃s in Pauli laudem dixerit hãc esse conscriptam epistolam. Dicere aũt incipiẽti, respondentiq; ad eos, qui se

A qui se infirmū dicerent & insolentē, & prsus ignauū, eiusmodi videt sensus inesse. Obsecro vos Paul⁹ ipse ego, terrarū orbis instructor. Dignitatē pręfert, cū ipse ego Paulus inqt, quē-admodū alibi: Ecce ego Paulus dico vobis, & obsecro vos, ne me cogāt detractores vri po- testate mea in eos. Nec sane parui sunt faciēdæ Pauli ꝓces, cū & Chri interponit māsuetudi nē, ꝑinde ac si inqt: Vereamini Chri, p quā vos oro, māsuetudinē. Sitetiā patefacit, cur il- lis parcat, id. s. quia saluatoris Chri imitet māsuetudinē, nō quia ad obiurgādū sit impoten- tior. Nolite ergo nolēti mihi occasionē præbere, vt ab hac absistā benignitate, quā tantope- re cōcupisco, vt vel hāc ad meū erga vos aīm conciliandū interponendā irām iam censeam. — Pauli facti iactantia. Ephe. 3. Colos. 1.

Qui in facie quidē humilis sum inter vos, absens āt cōfido in vobis. ⌋ Vel id ironice dicit, ꝑinde ac si obtrectantiū verbis vtat. Hoc eñi illi in ore habebāt. Cū primū aderit Paul⁹ ille, nullius esse momēti deprehēdet. Est eñi ille abiectior, & facile contēnendus. Cū vero abest, intumescit & gliat, audētiorq́ꝫ in nos est & cōminat. Vel certe de seipso hæc differit, vcꝫ apd vos ipse cū præsto sum, me humilem præbeo & benignum. Nunc vero si absens magni ali- quid loquor, haudquaquam desperatione id egerim, sed quia plurimum vobis confido.

Rogo āt vos ne pñs audeā p eā cōfidētiā, q̄ existimor audere in q̄sdā, q arbitrāt nos, tanq̄ se cundū carnē ambulemus. ⌋ Oro, inqt, ne me cogatis, vt mea fidētius vtar ptāte. Cōfidentiā eñi suā appellat potentiā, q̄ existimor audere, hoc est, in suspitionē venio, q̄a falsi me vrgent apli aduersum me inuehētes, q mihi obtrectādo, & hypocrisim, & simulationē obiectant & insolentiā, id eñi sentit, cū inqt: Tanq̄ secundū carnē ambulemus. Aduerte aūt quēadmodū confidentiā vocet à nōnullis illatā vlcisci iniuriā, tametsi nihil sui ob gratiā, sed pro ipso euā gelij præconio vindicando id esset facturus. Magis est tamen præceptori consentaneum, tardiorem semper se ad pœnas inferendas præstare, nec ad castigationem mox prosilere.

In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus, ⌋ hoc est, carne obducti, ni hil carnalibus armis nos vtimur. Prædicationem autem hoc loco cōmeminit, arguēs haud quaquam humanam hanc esse, vel terrena ope aliqua indigere. Militamus autem, cum in- quit, ostendit plane se prædicando bellum & certamen aliquod iniisse.

Nā arma militiæ nr̄æ nō sunt carnalia. ⌋ hoc est, nō opes ꝓferunt, nō gloriā, non sermonis lenocinia, non dicta quædam blandiora, & simulata: istiusmodi nanqꝫ sunt carnis arma. — Sermonū lenocinia.

Sed potētia deo ad destructionē munitionū. ⌋ Nec sane spiritalia dixit, q̊d dicere ad carna liū differētiam consequens erat: sed potentia intulit, arguensq́ꝫ obtrectātiū dicta, imbecillio ra esse, & nullius momēti. Aduerte insuper & Pauli humilitatē. Nō eñi seipsum id posse, di-

B xit, sed arma deo potētia, hoc est, validiora hæc deus parauit. Nā cum veri apli diuexarent, nōnulli & vapularēt, impotētiæ esse indiciū videbat, ait igitur: Potentia quidē hæc deo sunt arma, his quippe vel maxime dei potētia innotescit, & ille est, q hæc factitat & pręliat, tam- etsi nos videamur istiusmodi esse armis operti. Verū vbinā illa potētia sunt, & vbi vires suas exercent: in euertendis nimirum munitionibus quæ quales sint, ita subiungit.

Consilia destruentes. ⌋ His nanqꝫ armis, inqt, gentiliū syllogismos & captiunculas & tu- morē prostrauimus. Vel illorū cōmenta & cogitationes euertimus, & aīos eorū deijcimus, q erroribus detinent, & veritati subijcimus. Nam & Areopagitæ illius ea mētis elatio, Paulo prędicante, ab impietate subtracta est, & ad veram religionem deflexit. Aduerte aūt, quēad modum nulla dixerit, debellandi gr̄a tormenta admouimus, sed mox destruximus, intulit: vt & victoriæ facilitatem, & spiculorū, quibus hominū animos percellebat, vim patefaciat. — Actorū 17.

Et omnem altitudinem extollentem se aduersus sapientiam dei. ⌋ Immoratur eiusmodi euersionibus, vt clarius faciat, quod eius animo insidebat. Infert itaqꝫ: Vel quamcunqꝫ di- xeris altitudinem siue animi, siue locorum, quæ perpetua sint & bene munita, quę dei sapien tiæ aduersetur, vel euangelio obsistat, hanc ipsi omnem demolimur.

Et in captiuitatem redigentes om̄em intellectum in obsequium Chri. ⌋ Per captiuitatis id nomen duo prætendit, & à libertate prolapsum, & absolutam capturā. Cum itaqꝫ qs ca- pitur, vt nequeat reluctari, nec se capienti obsistere, postremā hanc significantiā ꝓfert Apls, cum in captiuitatem dicit redigentes, perinde ac si inquiat. Nō modo humana quæqꝫ consi lia & cogitationes tollimus & superamus, quin & in seruitutem redigimus. Quod sane per- fectiorē designat victoriā. Moxq́ꝫ & ad graue illud seruitutis nomen subiungit, in Christo obsequium, hoc est in eam hos deducimus seruitutem, quæ libertate quauis est honoratior, Nam à perditione in salutem, à morte in vitam sese Christo subijciunt homines. Repete il- los memoria, qui Chri iugo deuincti, magicæ artis volumina cōcremarūt, cognosces haud dubie quo pacto & alios plerosqꝫ Apostolus huiusmodi captiuitate obstrinxerit. — Actorū 19.

Et in prōptu habētes vlcisci oēm inobediētiā, cū impleta fuerit vr̄a obediētia. ⌋ Hoc loco Corinthios terrefacit, illud, inqēs, expectamus, vt vobis me cohortāte iā emādatis, & à con sortio falsorū aplorū semotis, illos incurabili morbo affectos, & p vos destitutos, mox ꝓdice mus. In prōptu nāqꝫ habem⁹ supplicia, q̄ his, vobis inter eos versantib⁹ ꝓhibemur inferre,

nc & vos

ne & vos corripiat illata plaga. Cũ aũt infert; vſa fuerit impleta obediẽtia, oſ̃dit etſi morigeros ſe Corinthij ad id tp̃is pręſtiterint, non tñ perfecte obtẽperaſſe. Hæc aũt ſic cõminat̃ vt cũ hi, tũ illi, q̃s aſſerit pœna afficiẽdos, & in viã redeãt, & eoꝝ offendat neminẽ. Atq; nobis cogitationes ſæpe oboriũtur diuerſæ potioribus prauis reluctantibus, ſubſequunt̃ deinceps ſuperãtium cogitationũ elationes, cũ aduerſus diuinam ſapientiam ipſi extollimur, ita vt in furias conuertantur. Eſt præterea & intelligentia quædam & mentis impræmeditatus occurſus, quę longe melius rem ipſam demonſtrat, quàm index aliquis poſſet. Inſunt demum & his qui à dæmonibus circumueniuntur tales animi cõceptus, quales Paulus, & quiuis alius qui cum Paulo ſentiat, & in ſeruitutem redigit, & Chriſto facit obſequentiores. C

Quæ ſecundum faciem ſunt, videte. ⅃ Non ſolum ſeductoribus formidinem incutit, quin etiam & ſeductos obiurgat, & ideo inquit, ex his quæ ſecundum faciem ſunt, hoc eſt, quę videntur, videte, id eſt, iudicate, ſi quis videlicet inflatus ſuperbit, ſi quis opibus affluit, ſi q̃s demum virtutis figura vel vmbra opertus eſt.

In falſos & inſolentes apoſtolos. Si q̃s cõfidit ſibi Chr̃i ſe eẽ, hoc cogitet iteꝝ apd̃ ſe, q̃a ſicut ipſe Chr̃i ẽ ita & nos. ⅃ Iactabãt nãq; falſi apl̃i, Chr̃i ſe ſectatores eẽ, eũq; forſan & ꝓprijs oculis cõſpexiſſe, à ſeipſo aũt in eã ſententiã dicit, nihil expectet iſtoꝝ q̃ſpiã ſeſe à me obiurgatũ iã iri, ſʒ intelligat velim, etſi ſe Chr̃i diſcipulũ gl̃iet̃, nequaq̃ plus quippiã ſe q̃ nos aſſecutũ. Nõ enim is Chr̃i miniſter erit, ipſe vero à Chriſto alienus. In progreſſu tamen orationis pateſacit, quantum illos excedat.

Nã etſi amplius aliq̃d gl̃iatus fuero de ptãte nr̃a, quã dedit nobis dñs in ædificationẽ, & nõ in deſtructionẽ vr̃aʒ, nõ erubeſcã. ⅃ Haudq̃q̃ dixit ipſe, & cruciãdi & occidẽdi ptãtẽ ſum nactus, cũ illi nil habeãt iſtiuſmodi, ſed ſubmiſſius ꝓtulit amplius q̃ppiã. Neq; ſi glorior dixit, ſed ſi gl̃iatus fuero. i. ſi gl̃iari velim de ptãte quã mihi cõtulit dñs. Rurſum deo vniuerſa permittit. Accepi eñ hãc (inq̃t) à dño facultatẽ, vt iu ſidẽ aliq̃d exædificẽ, bñficia cõferẽdo, nõ vt tormẽtis afficiã quẽpiã. Veꝝ cur illud, dicet aliq̃s: Cõſilia deſtruẽtes intuliſti, nimiꝝ q̃a & putrida demoliri, & impedimẽta ꝓſternere plurimũ facit ad noua molimina. Cur præterea his comminaris, ſi minus ad internitionem hãc acceperis poteſtatem? Fateor equidẽ hãc me in primis ad ædificandũ accepiſſe potentiã, veꝝ ſi quis inſanabili morbo laboret ad perniciem demolitione mox vtar. Igitur ſi gloriari voluerim, quia plus quippiam deus ſit mihi q̃ cæteris elargitus, ita vt & benefacere poſſim, & ſi neceſſitate cogar, nil me pudeat ad demolitionem & cruciatus ingerere. Hoc eſt, nihil ipſe vel mendax deprehendar, vel inſolens D & elatus, vt ea mihi adſciſcam, quæ mihi nequaquam fuerint per deum conceſſa.

Vt aũt nõ exiſtimer tanq̃ terrere vos ꝑ ep̃las. Q̃niquidẽ ep̃læ, inquiũt, graues ſunt & fortes, p̃ſẽtia aũt corporis infirma, & ſermo contẽptibilis. Hoc cogitet q̃ eiuſmodi ẽ, q̃a quales ſumus in verbo per ep̃las abſentes, tales & p̃ſentes facto. ⅃ Quod (inquit) tale eſt. Poterat equidem gloriari, veꝝ ne videar vos per literas paruifacere, quemadmodũ dictitãt detractores, qui aſſerunt me ꝑ ep̃las iactare multa, & ad terrorem plura conſcribere, præſentem vero facile contemni, cõuincitq; haudquaquam talem me eſſe, qualem me literæ præferunt. Intelligat velim quicunq; ſit ille, qui iſta obiecerit, nõ ſolum nos grauia comminari abſentes, quin etiam præſentes poſſe ad facta comminationes deducere.

Non eñ audemus inſerere, aut cõparare nos quibuſdã, qui ſeipſos commendant. ⅃ Hoc loco falſos apl̃os & inſolentiæ & inanis gloriæ arguit, perinde ac magna quædã de ſe aſſuetos iactare. Inquit igitur: Nequaquam ipſi audemus inſerre, hoc eſt connumerare, vel comparare, hoc eſt oponere noſipſos horum nonnullis, qui laudibus ſeipſos extollunt.

Sed ipſi in nobis noſmetipſos metiẽtes, & cõparãtes noſmetipſos nobis. ⅃ Illi (inq̃t) nequaq̃ dignũ exiſtimãt, ſeſe cũ vllo poſſe cõferri mortaliũ, q̃n potiꝰ ſibijpſis ſe cõparãt mutua q̃dã cõcertatiõe, neq; intelligũt, q̃ ſint irriſiõe digniſſimi, q̃ hũc in modũ ſuperbiãt. Nã cũ ſinguli potiores eſſe ſe gl̃iant̃, alijs detrahũt. Quo ſit, vt oẽs ab inuicẽ arguant̃ improbitatis. Q̃d q̃ ridiculũ ſit, nil ſentiũt. Nos vero cõtra, noſipſos metimur, cũ nihil aliud nobis q̃ q̃d iniunctũ eſt vendicamus, & cõparamus nos nobis. Quia q̃d noſtrum officium exigit factitamus.

Nos autem non in immenſum gloriabimur. ⅃ Illi forſitan arrogantes, & iactabundi dictitabant eiuſmodi. In vltimas terras profecti ſumus, & orbem vniuerſum prædicando obiuimus. Nos vero, Paulus inquit, haudquaquam talia quæ immenſa videntur factitabimus.

Sed ſecundũ menſurã regulæ, qua menſus eſt nobis deus, menſuram pertingendi vſq; ad vos. ⅃ Deus (inquit) nobis terminos præfiniuit, vt noſtra gloria ad vos vſq; pertingeret.

Pſeudoapoſtoli. Non eñ quaſi nõ pertingẽtes ad vos ſuperextẽdimus nos, vſq; ad vos ꝑuenimus in euangelio Chr̃i. Credi põt falſos apl̃os nulla gr̃a p̃dicandi, ſed temere q̃cunq; ꝓfectos, ex ſolo acceſſu fuiſſe gl̃iatos, & ita vt oĩm ſummã ſibi adſcriberẽt. Dicit itaq; Paulus: Nequaq̃ ad vos pertingentes ſuperextendimus noſipſos, peruenimus nãq; nõ fruſtra, ſed in euangelio Chriſti, hoc eſt, non ſimpliciter, vt illi, ad vos profecti ſumus, ſed euangelij gratia prædicandi.

Non in immẽſum gloriãtes in alienis laboribus. *Spem* aũt habentes creſcentis fidei vr̃æ,

in vobis

A in vobis magnificari secundũ regulã nřam in abundantia, etiã in illa q̃ vltra nos sunt euãgelizare, nõ ĩ aliena regula in his q̃ pperata sunt gl̃ari.]Ostẽdit hoc loco illos gloriam sibi in aplorũ laboribus vendicasse, & in infinitũ gl̃ari: hoc est, maximũ in modũ in alienis laboribus gloriã cõparare. Ipsi vero nequaq̃ hoc pacto agimus, sed ad vos vsq; ptingim⁹, & in vobis nostra oĩs gloria terminaẽ. Spem aũt habemus in deo, videlicet q̃m satis vos nřa doctrina iam pfeceritis, quia vobis & fides accreuit, ita vt vři huius pfectus gr̃a & ipse sim auctus. Sunt nanq; vel ad dignitatẽ, vel famã pceptoribus incremento, discipulorũ ampliatæ virtutes. Et ipsius regula in abundantiã fuerit puecta: hoc est, cũ mensura, quã ille fortitus est, abunde pfecerit. Quid igit speremus, si q̃ras? Id certe, q̃d ad eos etiã, qui vltra vos sunt euãgeliũ pdicabimus, futurũq;, vt vel de his forsitan nobis sit gl̃andũ, si etiã aliqd pfecerimus. Regulã aũt & mẽsurã tanq̃ optimus architect⁹, & orbis terrarũ fabricator appellat, vt ostendat in deo rem oẽm consistere, qui & regulam præbeat & mensuram. Vnde & ita subsequitur.

Qui aũt gloriatur, in dño glorietur.]His itaq; operibus potiti, nihil vobis vel gloriæ ducimus vel accensemus, sed deo cuncta, vel hanc ipsam quam adepti sumus mẽsuram, adscribimus. Oportuit igitur & falsos apostolos in huiusmodi gloriari.

Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus cõmendat.]Non enim dixit, probatiores nos sumus: sed, ille quem dominus commendauit, hoc est, quem certiores res gestæ & veri labores dei cum gratia assumpti, probum demonstrant.

CAPVT XI.

Vtinã sustineretis modicũ qd insipiẽ meæ, sed & supportate me.]Proprias laudes explicatur⁹ apl̃s, pluribꝰ modis illas castigat, ne alios, se laudãdo offendat, defugiens q̃s ad laudes de se pdicãdas, necessitas q̃dã induxit. Verebat̃ ei ne in discipulorũ iacturã cõcederet sui cõtẽpt⁹, & falsorũ aplorũ nimia autoritas. Qd̃ aũt necessitate q̃dã & vtilitate discipulorũ ad id rei pcesserit, neminẽ latet, qppe q̃ & pterita cõmissa baptismo deleta cõmemoret, idigneq; se adstruat aplm̃ dici. Alias nãq; re nulla vrgẽte tã magna de se haud temere pdicaret. Inqt itaq;: Vtinã sustineretis me ĩ paucis delirãte, q̃n potiꝰ me, supportate. Cõfido eñ ĩ posterũ, vos me bñuolẽtia psecuturos, foreq; vt me p oĩa toleretis. 1.Cor.4 Galat.4

Aemulor eñ vos dei æmulatione.] Ne arbitrẽt̃ Corinthij, p rebꝰ humanis, pecuniarũ vĩ delicet, vel gloriæ gratia, apostolum sui charitate deuinci, dei zelo adiecit. Dicit̃ nanq; & de us nostri zelo teneri, quia nos plurimum amet, non vt lucrum aliquod assequatur, sed vt sal uos nos reddat, cum ad se trahit & applicat. Talis est igitur meus erga vos zelus, non vt mi hi aliquod commodum pariam, sed ne in perniciem ipsi penitus prolabamini.

B Despondi eñ vos vni viro virginẽ castã exhibere Chr̃o.] Despondi, inquit, vos dño, cuius gr̃a zelo hoc ducor, non mei. Nõ eñ sponsus ipse futurus sum, sed spõsæ ductor. Attende quemadmodũ nõ illorũ se pceptorem profiteaẽ, vt debeat sui ab his exigere toleranti am, quin illos in spõsæ modũ, se vero pronubæ loco cõstituit, nubẽtẽ compositurũ. Mirum sane quod ecclesiæ contigit, q̃nquidem post nuptias non amplius nuptæ seruant virginitatem. In ecclesia vero, vel quæ non antea virgines extitere, nuptijs hisce confectis, virginitati reddunt, quam æque vniuersa tutatur ecclesia. Hæc equidem ad oẽs differit Paulus, tum q̃ vxores duxerint, tum quæ denubũt. Verum quænã dona afferens, despondet apostolus? Ni mirum cœlorum regnum. Huius rei figuram, & Abraham præferebat, qui seruum dimisit ad gentilem fœmina desponsandã. Hoc vero seculo, & deus seruos suos destinauit, prophetas, vbi ecclesiam ipsam Christo filio suo despondit, sicut & Dauid inquit: Audi filia & vide & obliuiscere populi tui, & domus patris tui. Quin etiã & apostolos misit, vt Paulus ipse testatur, dicens: Pro Christo legatione fungimur. Est itaq; præsens hoc tempus desponsationi accommodum, futurum vero & nuptijs, cum fiet vox illa: Ecce sponsus venit. Gene.24 Psalm.44 Supra.5. Ephe.6

Timeo aũt ne sicut serpẽs Euã seduxit astutia sua, ita corrumpant sensus vři, & excidant à simplicitate q̃ est in Chr̃o.]Vobis quidem impendet interitus, me vero vrget formido. Neq; eñ tanq̃ decernens, corrupti iam estis inquit, tãetsi essent illi coinquinati, sed id in ambiguo posuit, dicens, ne forte vt serpens Euã seduxit. Is nãq; ingentia pollicendo Euã decepe perat, ita & apl̃i isti mendaces & iactabundi, p magna q̃dã vobis edisserũt, vt sua versutia vestrã circũueniãt simplicitatem. Sed quemadmodũ, neq; serpentis astutia, neq; Euæ simplicitas satis illi ad veniã fuit, sic quidẽ neq; illorũ dicta nřis anteponẽt. Nec pterea Adã intulit, su isse à serpẽte seductũ, vt arguat facile deceptionibꝰ mulieres patere. Neq;, nolite decipi, dixit: sed, ne corrumpant sensus vři. Corrũpi nãq; & virgines ipse dicunt, videlicet ne corrũpant vřa ignauia, qua erga Christum vtimini, hoc est, nequaq̃ habetis pre vestra inertia decipi. Nonnulli vero ita intelligunt. Nolite. s. & fidei simplicitate ad exteriorem vos hanc solertiam accommodare & studium. Hæc enim maxima est humani sensus corruptio. Gene.3

Nã si is qui venit, aliũ Chr̃m pdicat, quẽ nõ pdicauimus, aut aliũ spm̃ accipitis, quẽ nõ acce pistis, aut aliud euangeliũ, quod nõ recepistis, recte pateremini. Quid inquis o Paule, qui ad Ga

Galat.1 ad Galatas scripseris: Si quis aliud vobis euãgeliũ ꝑdicauerit, vltra id q̃d accepistis, anathe- C
ma sit. Nũc vero īqs, si aliũ qs Iesum ꝑdicauerit, recte pateremini, Qđ sane sic excusat. Glria
bant nãq; fallaces illi apłi, q̃d plus aliquid ipsi, q̃ veri ꝓpagãdæ fidei attulissent, & quia pluri
mũ delirabãt rerũ inaniũ & externæ sapiæ nixi iactãtia, sic Paul' subdit. Si Chrm aliũ ꝑdica
rẽt, quẽ ꝑdicari oporteret, & eiusdẽ ipse ꝑconiũ ꝑterissem, vł his in hoc ꝑdicãdo viderer ĩfe
rior, recte pateremini, hoc ẽ, iure illorũ ferretis ineptias, qppe q haudquaq̃ de eo mẽtionẽ fe
cissem, qui erat merito ꝑdicãd'. Verũ si fidei ipsi' ꝑdicãdo iecim' fundamẽta, & ea ꝓfecto q̃
principalia sunt patefecimus, quid ergo illi ampli' quippiã attulerũt, q̃ ipsimet attulerimus?
Attẽde aũt quẽadmodũ nõ veniẽtẽ quẽ piã dixerit plus aliquid ꝑdicaturũ. Nã lõge plura, &
si superuacua, loquebãt fallaces illi & maiori licẽtia, & verborũ ingẽti ornatu, aliũ tñ Iesum
hũc, ꝑter quẽ Paulus ꝑdicasset, nihil inferebãt, q̃d vtiq; minus indiget oratione exculta. Vel
spm̃ aliũ accipitis, hoc ẽ, nũ vos ditiores spiritalib' donis effecti estis, ad q̃ cõsequenda nihil
opus est expoliti sermõis lenocinio. Nũ euãgeliũ aliud, qñ neq; id qdẽ ad explicãdũ vlla sint
verba necessaria, q̃ cõpta sint & ornata. Vbiq; igit patefaeit, nihil eẽ penit' aduertẽdũ, si qđ
vltra illi ꝓtulerit, q̃ sit necesse, sed si qd afferũt, q̃d dici oporteat, ab se intelligãt accepisse. At
tẽde aũt, cũ dicit aliũ Iesum, quẽ nõ ꝑdicauerim', spm̃ aliũ quẽ nõ accepistis, & euãgeliũ ali-
ud q̃d nõ recepistis, id velle ꝑtẽdere. Cũ eadẽ hęc ꝓferãt illi q̃ nos ꝑdicauim', cur eos cũ tãta
attẽtiõe vos audistis? Dicet aliquis: Cur igitur Paule si eadẽ illos, q̃ tu, dicere ꝓfiteris, eos ꝓ-
hibes loqui? Quia simulatione vsi, alia quædam inducunt decreta, à nostris & veris aliena.

Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis. ⌋ Confert se tandem cum his,
qui apud Petrum erant, apostolis tanquam id inquiat. Si me plus quidpiam effecisse illi iam
norũt vel his se apostolis, præferunt qui maiores habentur, absurdum videtur. Attende vi-
1.Cor.15 ri huius humilitatem. Existimo inquit, i. puto: & nihil pręterea de se iactat, neq; simpliciter
Galat.1. apostolis dixit, sed à magnis adiecit, Petrum videlicet, Iohannem & Iacobum indicaturus.
Hæc aũt in pręsentiarũ de se licentius differit, quia res ita deposcit, cum alibi pro rei ipsius dĩ
gnitate, andem præferẽs humilitatẽ, sic inquiat: Qui non sum dignus appellari apostolus.

Et si imperitus sermone, sed nõ sciẽtia. ⌋ Cũ hanc sibi dicẽdi peritiã præcipue glię duce
rẽt falsi apostoli. Oñdit hic Paulus nihil se ruditatẽ defugere, quin vel maxime de hac glori
ari. Neq; id dicit, ideo ipse expers sum literarũ, quia & reliqui veri apłi lřas nesciũt, ne & illis
simul detrahere videret. Sed exterioris sapientiæ vim oẽm subuertit, quẽadmodũ in priori
epła, hãc demonstrauit nõ mõ inutilẽ esse, quinetiã & crucis gloriã deuastare. Sum itaq; ser- D
mone, nõ scientia, imperitus. Quibus dictis & illos arguit, quo magis eloquentiã iactent, eo
etiã maxime diuinę esse notionis expertes. Et q̃ntũ ad eã spectat, deprehẽdi ꝓrsus ignaros.

In oĩbus aũt manifestus sum vobis. ⌋ Nequaq̃ falsorum more apostolorum, alijs q̃ sim
ipse moribus imbutus me præfero, sed vobis in omnibus dictis factisve pareo. Neq; vlla no
bis, vt illis, vel duplicitas inest, vel simulatio, qui facie duntaxat quadam modestiæ & lenita
tis obducti, quæuis deterrima factitent.

Aut nunqd pctm̃ feci, meipm humiliãs, vt vos exaltemini? Qm̃ gratis euangeliũ dei euã
gelizaui vobis? ⌋ Nũ id (inqt) deliqui, vel eo à vobis sum accusandus, vel mihi idcirco insur
gitis, qa meipsum depresserim? Famelicus. s. & mendicãs, vt ipsi extollamini, hoc ẽ, vt in fi-
de ædificati, efficiamini firmiores & stabiles. Qua in re eo acrius erãt Corinthij insimulãdĩ
ꝙ min' ægre ferebãt se non aliter iri ædificatũ, nisi Paul' esuriret, qa & illi absentẽ apłm sup
bi' ĩcusabãt, & ꝑsentẽ humilẽ se ꝑstare obijcerẽt. Ideo nũc eos respõdẽdo ꝑcellit, sic inqẽs.
Et si humilis quidem sum ipse effect', vos tñ ex hac mea humilitate estis ad altiora ꝓuecti.

Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministeriũ vřm. ⌋ Poterat sane id dicere
Actor.20 Hisce quidẽ manib' victũ mihi subministraui: sed vt acriorib' verbis hos vrgeat, ab alijs in
quit accepi stipẽdia, vobis vt inseruirẽ, Quippe, q alios vobis euãgeliũ subministrãdi grã ex
poliauerim, & imminutos reddiderim facultatib'. Hos aũt Macedonas fuisse arguit, q cum
essent summa rei familiaris adstricti inopia, & me, inqt, habebãt se atterẽtẽ, tãetsi minus ad
delicias, sed ad necessitatẽ sumptib' indigerẽ. Accipiebã nãq; ab his stipẽdia, q̃ tñ ipsi mihi
haudquaq̃ suppeditastis. Quo fit, vt maxime sitis ob id incusãdi, qui cũ vobis euangelium
prædicãs subministrarem, & agerem rem vestram, ab alijs eleemosynam desumebam.

Et cũ essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui. ⌋ Triplex ea in re facinus admisistis.
Nã & apud vos cũ manerẽ, & vobis subministrarẽ, & essem egenus, nulla mei est habita ra
tio. Quippe qui nõ solũ nihil absenti mihi aliquo transmisistis, quod vtiq; Macedones facti
tarunt, sed ne ꝑsentẽ quidẽ vos aluistis. Arguit ꝑterea Corinthios ad eleemosynã erogan-
dam tardiores effectos. Nõnulli vero illud, onerosus fui, sic interpretãtur, hoc est, me haud
quaquã ad prædicandum vel negligẽtem præstiti, vel inertem & torpidum. Quin oĩa sunt
per me quæ facto ecclesiæ opus erant, ad vestrã salutem effecta. Ipse vero cũ in egestate ver
sarer, nihil vnquã deflagitando vos expilaui, cum torpidior essem tolerando iam redditus

Nam

A * Nam quod mihi deerat,supplerunt fratres,quæ venerunt à Macedonia.] Ad æmulatio nem istos inducit,vt ad impertiendam eleemosynam conticet magis, perinde ac si in se alē do cum fuissent à Macedonibus superati,& in conferendis fortunæ bonis vincantur.Cum autem quod deerat inquit,ostendit nihil se præter necessariam indigentiā accepisse.Erant nanq; & Philippenses,qui sibi vitę necessitatem suppeditarent.

Et in oībus sine onere me vobis seruaui,& seruabo.] Arguit Corinthios oneri sibi duxis se alimoniā Paulo subministrare. Recte aūt seruabo inquit, pinde ac si dicat. Neq; ei velim existimetis eiusmodi me dixisse,tanq̃ aliquid ī futurū à vobis sim accepturꝰ. Sed seruaui,hoc est,abstinui añ hac,ne vobis oneri essem,& seruaturus in posterū sum, & abstinebo. Quod pculdubio hos acrius ferit,q̃nquidē his minꝰ cōfisus aplš,desperet etiā aliquid se accepturū.

: Est veritas Christi in me,qm̄ hæc gl'iatio nō infringetur ī me in regionibꝰ Achaiæ.] Ne forte arbitrentur Corinthij Paulū(seruabo me)eo dixisse,vt se magis pelliceret, est veritas Chrī in me,ait,hoc est,pro veritate,q̄ in Chro Iesu inesse cōstat,asseuerauerī,inquit,haud q̃quā à vobis me aliquid accepturū. Et ne dolore vel ira impulsum existimet aliquis hęc in tulisse aplm,gl'iationem,rem ipsam appellat. Gratis quippe euangelium prædicare ingenti illi erat gloriæ. Qui Chrī ob glam,vel Chrī iussa transiliret, id imperantis, vt de euangelio viueret,qui euangelium prædicaret. Non infringetur aūt,ex q̄dam fluuiorū metaphora ex pressum est,tanquā vndeq; Pauli fama manante. Non igitur, inquit, infringet vlla vestra rum rerum cupiditate optimus meus iste & gloriosus defluxus,& vitæ institutio. In regio nibus vero Achaiæ eo subiecit,vt magis hos angeret. Nam si gl'iæ debet illud haberi,gra tis videlicet euangeliū pdicare,vel vbiq; id erat seruandum. Quod si apud Corinthios dum taxat hac vtitur pertinacia,perspicuum est non ea hos esse,qua cæteri,fidei valetudine. Matt. 10 Lucæ 10 1. Cor. 9

. Quare quia nō diligo vos. Deus scit.] Causam cur ab istorū abstineat donis,iam allaturꝰ & pseudoaplorū id grā ageret,primum confutat,q̄d forsitan præmeditati obijcere possent Corithij. Quia nos odio habes,eo & nr̄a munera aspernaris,sic ait: Quin potius,quia vr̄i de tineor bñuolentia,nolim vllā vos pati iacturā, vtpote qui facile offendimini. Haud tñ apte hęc loquit̄,ne illorum perspicuā faciat imbecillitatē,sed ad aliam causam diuertit sermonē.

. Quod aūt facio & faciā,vt amputē occasionē eorū qui volūt occasionē,vt in q̄ gl'iant̄,in ueniant̄,sicut & nos.] Apertissime hoc loco causam patefacit,cur ab his nihil acceperit. Nā cū calleret diabolus,his qui pſentibus bonis incūbūt esse pgratū, eos se nactos pceptores su isse,qui ab se nihil deposcāt,instruxit & falsos aplos,vel id callida q̄dā & latēti exigendi arte

B dissimulare. Qui sane,& si erant pdiuites,cū nihil capere viderēt,clā oblata captabāt,& ideo nō in q̄ pmerent,sed in q̄ gloriātur subiecit. Quod plane illos superbiæ arguit. Cuius rei cū esset aplus nō ignarꝰ, statuit aīo secū nihil à quis se vel pressum inopia accepturū,vt illis de meret occasionem,ne quā inuenirēt se criminādi opportunitatē. Tāetsi id nil sibi vr̄in labē, vel in crimē cōcederet,quippe q̄d erat dei iussu & legi iniūctū, vt de euāgelio victitarēt. Ali oqui quia facile offendebant Corinthij,cauendū sibi maxime cēsuit. Quocirca cum & in cę teris essent falsi apl'i Paulo ipso inferiores,neq; hac ipsa in re superabāt,ni forte dixerit quis piā, hos vel in hoc imminutos fuisse. Quia cum opibus abundarēt,nihil acciperēt. Paulū ve ro vr̄egestate oppressū munera respuisse. Et q̄a q̄d illi dissimulabāt,re ipsa Paulus exeq̄bat̄. Cur dona non accipe ret Paulus.

: Nā eiusmōi pseudoapl'i sunt operarij subdoli,transfigurantes se in aplos Chrī.] Quid ais Paule,eos ne qui Chrm prædicant,qui euangelium aliud(vt dixeras supra)nullum induxe rint,nunc pseudoapostolos nominas? Ita quidem. Nam eiusmodi oīa dissimulātes, clam tñ vel impia quædam decreta subinferunt, operarij subdoli. Quid ni? Q̃nquidem sub boni & recti operis specie,plantata reuellunt,& figuram duntaxat apostolorum dum præferunt,& tergore ouillo obducti,lupi sunt prorsus ferociores & rabidi.

Et nō mirū,ipse em̄ satanas trāsfigurat se in angelū lucis.] Cū em̄ horū īstructor satanas ille ad q̄duis facinus sit audentior,nil mirū si hūc eius discipuli imitant̄. Angelū aūt lucis eum asserit esse,qui fidēs illi splēdori assistit,denūciatq; & pſitet deū lucē esse,cū ipse lux sit. Trāſ figurat itaq; in huiusmodi angelū diabolꝰ ipse,nō tñ talis efficit̄. Sic igit̄ & hi figurā dūtaxat præ se ferūt apostolorum,non vim eandem & actionē. Qua ex re perdiscere possumus, q̄d cunq; ad ostentationem & iactantiam geritur,id præcipue dæmoniacum esse.

Non ergo est magnum si ministri eius transfigurent se, velut ministri iustitiæ,quorum fi nis erit secundum opera ipsorum.] Hoc est,tanquam ministri euangelij iustitiam continen tis. Vel quia hi iustorum hominum gloriam vsurparunt,veruntamen haudquaquā tandem sunt euasuri. Erit nanq; pro eorum operibus & finis futurus,hoc est,malus. Quo fit,vt eos si mus ex proprijs operibus cogniturі. Nam & finem parem factis habebunt.

Iterū dico,ne quis me putet insipientē,alioq velut insipientē accipite me, vt & ego modi cū quid gl'ier.] Et si his ad castigationē est vsus,alioqui nequaq̄,inq̄t,superioribus dictis cō tentus,rursum hæc repeto,ne quis existimet insipientē me esse. Est nanq; illud insipiētiæ ar

gumētū,temera & nulla occasiōe iactari. Ipsi vero nequaꝗ̄,vt demens id egerim,sed inuit⁹ C
& necessitate vrgente. Veꝝ si veniā mihi nullā dederitis,velim equidē vel insipientē me ꝑr
sus vos iudicetis,tāetsi nō vltro sim gloriatus. Me igit̄ suscipite .i. tolerate,dicentē:vt & ipse
.i. quemadmodum & illi,quid glorier,tametsi moderatior futura sit mea hæc gloriatio.

Quod loquor,non loquor secundum deum,sed ꝗ̄si in insipientiam,in hac substantia glo
riæ.⌋Quod loquor,inquid,secundum deum non est,hoc est,quæ nuper dixi, procul à deo
sunt. Verborum vero admodum secūdum deum est sensus. Neq̃ insipientia dixit,sed ꝗ̄si id
dicat,apparet forte quod glorior ipse insipiens,cum minus sim. Ne forte existimes,insipiē
ter eum vbiq̃ non pro dei nutu,& voluntate cuncta profari,in hac substantia gloriæ dixit,
hoc est,in hac gloriandi parte non cæteris tamen in rebus.

Qm̄ multi gloriant̄ secundū carnē,& ego gl'iabor.⌋Hoc ē,à bonis externis erit mea hęc
gl'ia,videlicet à generis nobilitate,à circuncisiōe, & quia Hebręos sim ꝓgenitores sortitus.
Id nanq̃ erat ꝙd nequaꝗ̄ secundū deū loqui se dixerat,de istiusmōi videlicet gloriari. Quid
enim ꝓdest,ab Hebræis esse aliquem oriundū? Nō ergo virtutis loco id duxerim,sed cū illi
inquit,id gloriæ ducant,cogor & ipse me eis vel hisce ex rebus non imparem facere?

Libenter eñi suffertis insipientes,cum sitis ipsi sapientes.⌋Vos(inquit) me cogtiis hmōi
Insipiētes, qui carnalia iactant. dicere. Nā si nō illos excepissetis,idq̃ & vobis obfutuꝝ nō antea ꝓuidissem, nequaꝗ̄ & ipse
ad hæc descendissem. Insipientes aūt dicit,qui rebus carnalibus gloriant̄. Nā si dementis est
spiritalia sibi in gloriā accēsere,q̄nto magis q̄ nullius sunt ꝓrsus momenti iactare,insulsum
videbit̄? Illud aūt,cū sitis sapiētes,& si ad grām dictū videt̄:vrget tñ hos acri⁹ & criminat̄,vt
q̄ sciētes delinquerēt. Nā si fuissent demētiæ morbo correpti, veniā forsan promeruissent.

Sustinetis enim,si quis vos in seruitutem redigit.⌋Attende ꝗ̄ abiectioris & infimæ Co
rinthios arguat seruitutis. Quippe qui maximum in modum falsis apostolis succubuissent.

Si quis deuorat,si quis accipit.⌋Vides quemadmodū hos ipsos ap̄los patefaciat,excipiē
dis muneribus esse intentos. Nā cū deuorat inquit,idip̄m ꝑtendit. Nō em̄ poterat illoꝝ ex-
pleri cupiditas. Quo fit,vt ꝙd superius dixerat,in quo gloriantur,rectius dixerit. Iactātiam
nanq̃ & ostentationem hi præferebant,non veritatem,qui se nihil accipere simularent.

Si quis extollitur.⌋Si quis in vos dominatum exercet & insolentiam. Non enim humi-
les se in subditos exhibent principes,sed molestos & graues, quoꝝ hi insistebant vestigijs.

Si quis in faciem vos cedit,secundū ignobilitatem dico.⌋Vides vt Corinthiorū & igno
miniā auget,& iniuriā,quādoquidem his haud secus ac seruis falsi illi vterent̄ apostoli. Hæc
aūt dicit,non quia in faciem cederentur Corinthij,sed quia non minoris essent iniuriæ,quæ D
illi patiebātur ꝗ̄ si in faciem vapulassent. Quod sane his ad vituperatiōem obiecit. Quid em̄
hoc fieri vel inhonestius,vel turpius potest,quando his ipsis libertate adēpta,honore priua
tis,& demum subtractis pecunijs vterentur pro seruis?

Quasi nos infirmi fuerimus.⌋Cuius rei hos gratia toleratis? Num quia imbecilles nos
inualidi sumus,eoq̃ & vobis vti illorum more nequimus. Non se ita res habet, Possumus &
nos superbe item & intemperanter vos conculcare,sed minus id libet. Omnem itaq̃ istoꝝ
dementię causam,Corinthiorum seruituti adscribit. Vos enim,inquit,quia nimium illis suc
cubuistis,& illatæ vobis iniuriæ & præsentium nobis verborum præbuistis occasionem.

In ꝗ̄ quis audet,ī insipientia dico,audeo & ego.⌋Vide vt rursum audaciā & insipientiā
rē ipsam,de ꝗ̄ agit,appellet. Quasi id inquiat:Eā equidē ad rē coactus deuenio,tāetsi supius
ad castigationē plurimis sit vsus verbis,& alias sæpe hos castigarit. Hæc aūt eo subiecit,vt
nos etiā cōmonefaceret,min⁹ eē ad eiusmōi verba diuertēdū,nisi cogat necessitas. Ait igit̄:
Quacunq̃ in re gloriari quis audeat,& ipse ausim. Deiceps enūerat qb⁹ illi ī rebus gloriāt̄.

Hebræi sunt,& ego: Israelitæ sunt,& ego: Semen Abrahæ sunt,& ego.⌋Cū nequaꝗ̄ He
bræi oēs essent Israelitæ,siquidē & Moabitæ,& Amonitæ,Hæbræos se dicerēt,ꝓpterea ge
neris nobilitatē definiens intulit,semen Abrahæ sunt,& ego,Isaac ipsum designans.

Ministri Chr̄i sunt,& ego,vt minus sapiens dico,plus ego.⌋Dicunt nōnulli,nequaꝗ̄ re-
cte ꝑ cōparationem deprompta esse hæc verba, sed fuisse oīno negandū, nō Chr̄i illos esse
ministros. Respōdemus aūt idipsum expressisse ap̄lm,cum pseudoapostolos dixit: Nūc ve-
ro à compassionibus exorsus sermonē,ex rebus ipsis argumenta ꝓducit. Et si ministri sunt
Christi,plus tamen ego,hoc est,hos quidem ministrandi hoc munere longo interuallo ex-
cesserim. Cum vero id minus sapiens inquit,suæ humilitatis profunditatem demonstrat.

In laboribus plurimis,ī carceribus abūdātius,ī plagis supra modū.⌋Enūerat ꝗ̄ vere apo
Actor.16. stolū exprimūt,& signa ꝑteriēs à tētatiōib⁹ ipsis ordit̄,inquitq̃: Nō solū subeo equidē labo
2. Cor.11. res innūeros,& vagus ꝑ varia loca noctu & interdiu multos ad fidē erudio, ꝗ̄netiā manibus
opor,& plagis affligor,& his supra modū. Et ꝙd plane grauius est,& plagis carcer hisce ad
ijcit. Supramodū aūt & abundātius ad falsorū ap̄lorū cōparationē sunt posita,ꝑinde ac si di
cat, Et si illi labores susceperit,abūdātius tamē ipse hos cepi, & lōge maiores. Nōnulli vero
nulla

A nulla cōparatiōe dicta his eē affirmāt, sed simplicē q̄ndā laborū abūdātiā & magnitudinē si- 1.Cor.15
gnificare.
In mortibus frequenter.] Non solum voluntate demoritur Paulus, sed periculis etiam mortem haud dubie afferentibus destinatur. Deuter.25
A Iudæis quinquies q̄dragenas vna minus accepi.] Cur vna minus? Quia lege cautū erat vt qui vltra q̄dragenas vapulando acciperet, honorum esset in posterum & dignitatum immunis. Iussere itaq; vna minus plagis infligi, vt si forsitan percussor ille verberando euectus plagam vltra constitutum, vel vnam aliquam inferat, quadragena fit illa: nec cedat ad ignominiam vapulanti, vtpote qui vltra numerum vapularit, qui lege fit præfinitus.
Ter virgis cæsus sum. Semel lapidatus sum.] Haud sane vniuersa quæ perpessus est Paulus, Lucas conscripsit. Vides nanq; vt pleraq; hoc loco enumerata discrimina ille omiserit, quia nō ad ostentationem scribendi laborem ille insumpserat. Actor.16 Actor.14
Ter naufragium feci, nocte ac die in profundo maris fui, in itineribus sæpe.] Dicet aliqs: Quid ergo ad euangelium, si naufragium feceris? Quia euangelij gratia diuulgandi, longius sæpe maritimum iter, nauigando emensus, naufragus fui. Diem vero & noctem in profundo subnatans egit.
Periculis fluminum.] Nam & flumina trāijcere cogebatur.
Periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari.] Vbiq; & diabolus oppugnabat ap̄lm, & dn̄s certamina proponebat. Nam & à pyratis ille diuexabatur, & in vitæ sæpe discrimen. Gentilibus ipsis, tum à Iudæis ꝓpinquioribus deducebat, qui ei longe q̄ cæteri acrius efferati, & liuore impulsi aduersabant. Erat ergo apostolus in ciuitatibus tutior? Minime. Num in heremo? Neq; hoc quidem loco. Hunc enim vel si e terris abscesserat, pericula maris excipiebant. Actor.vlt.
Periculis in falsis fratribus.] Hoc rursum aliud est tentationis genus, quod sane dolore afficit acerbiori. Quandoquidem à fratribus, & nomine simulatis & fictis, parantur insidiæ: id quidem & Dauid deplorat, cum inqt: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq;: tu autem homo vnanimis. Et alibi: Homo pacis meæ. Psalm.54 Psalm.40
In labore, in ærumna, in vigilijs multis.] Haud satis erant apostolo, quæ ab externis inferebantur, quin sponte & ipse laboribus se, & ærumnis & vigilijs macerabat.
In fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, ꝓter illa q̄ extrinsecus sunt.] Tanta ꝑpessus terrarū orbis instructor, nōdū erat vel necessarij victus copiā assecutus & vestiū, sed nudus affligebat, & decertabat famelicus. Maiorē ꝓterea tentationū partē obmisit, q̄d vtiq; ꝓter illa q̄ extrinsecus sunt cū inquit, ꝓtēdit. Quin potius neq; ea q̄ meminisset sigillatim expressit, sed illa recensuit, q̄rū nūerus facile potest cōprehendi. Quinquies dicens, & abundantius,
B & frequēter. Aduerte aūt queadmodū tot rebus aduersis cōnumeratis, numerū tn̄ eorū nullū expresserit, q̄s ad Chr̄m cōuerterat. Quod eo fecit, vt partim hūilitatē seruaret, partim cōmonefaceret, vel si aliud nihil insudandi pro Chr̄o præmij obueniret, sat tn̄ id fore mercedis.
Instantia mea q̄tidiana.] Hoc ēst, furibundus insultus, & insidiæ, quas aduersum me populi communi consensu diebus singulis parant.
Solicitudo oīm ecclesiarū.] Id plane est oīm maximum. Nam & si ei, qui vel domus vnius curam susceperit, eius præsertim, q̄ seruos habeat & dispensatores multos, vix detur respirandi facultas: quidnam pati existimadū est animulam vnam, tot cum periculis vniuerso terrarum orbi prospicientem, certantemq; pro animarum salute?
Quis infirmatur, & ego non infirmor?] Ne quis dixerit, suscepisse hunc quidem dolorem vel mūdi curam, sed simplicem quandam & admodum tenuem: Ostendit cuiusmodi illa sit cura ꝑ se suscepta. Neq; enim tristitiæ particeps ego sum dixit, sed haud secus me habeo, ac si ipse ægrescerem, cum aliquem sentio esse infirmiorem, vel animi morbo, vel corporis laborare Quis autem .i. siue egregius aliquis sit ille & præpotens, siue vilis & tenuis.
Quis scandalizat, & ego nō vror?] Attende quemadmodū doloris exprimat magnitudinem. Vror enī, inquit, & ardeo, tāetsi cū talia pateref, lætitia gestiebat, haud quippe ignarus hæc se Christi ob gratiam perpeti. Infert itaq; cū quempiā specto, vel abiectioris fortunæ viri offendi, incredibili dolore conficior. Dauid aūt nobis demonstrat, quid illud scādalum pati significaret, cum inquit: Dum superbit impius, incenditur pauper, hoc est perturbatur aīo pauper, cōspicatus & opibus abundare indignos efferri. Et quemadmodum dixerat Paulus: quis infirmatur, & ego non infirmor? Sic inquit, & si quis scandalizat, & ipse hauddubie scandalizor, studioq; alienæ ægritudini medicari, haud secus ac meæ. Psalm.90
Si gloriari oportet, q̄ infirmitatis meæ sunt gloriabor.] Infirmitatē ꝑsecutiōes appellat siquidē in fame ac flagris, & naufragio tolerādis, hoīs arguit imbecillitas. Nullā aūt hoc loco signorū facit ap̄ls mētionē, q̄a dei munere singulari, nō humana virtute hæc ædebat. Aduersa aūt hæc dei nutu patiebatur, in quibus ferēdis, summā eius tolerantiam demōstrabat.
Deus & pater dn̄i nr̄i Iesu Chr̄i scit, qui est b̄ndictus in secula, q̄d nō mētior.] Cū nusq̄ q̄ superius dixerat, cōfirmasset, hæc ꝑsentia, & q̄ subsequūt, certiora reddit, & fide obfirmat

Quod eo facit, quia antiquiora sunt hæc & magis obscura, cũ cætera essent his non ignota, C
quemadmodum & curam pro se suscepisset apostolus, & huiusmodi reliqua.

Acto. 9 Damasci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet.] Attende quale sit bellum. Quandoquidem Pauli gratia excubaret Damasci præpositus, & ciuitatem dispositis custodijs communiret. Neq; enim talem se gereret gentis huiusce præses, nisi Pauli zelus oĩa incendisset. Areta autem socer erat Herodis.

Areta, socer Herodis,

Et p fenestrã ĩ sporta demissus sum p murũ, & sic effugi man⁹ ei⁹.] Enasu qdẽ, vt dñi legẽ adipleret, q etiã de loco ĩ locũ sæpe migrabat. Nõ ẽi par ẽ, vt nosipsi vltro tẽtatiõib⁹ offeram⁹, q̃ vbi defugi nõ possunt, dei op⁹ ẽ adiumẽto, ab eoq; & expetẽda & expectãda ẽ liberatio. Alioq cũ tẽtatio ipsa nõ vehemẽs nobis infert, aliqd erit vł nr̃a industria excogitãdũ, vt illa tollatur. Tametsi deo vel in tẽtatiõe hmõi reꝝ oĩm summa sit pmittẽda, quẽadmodum Paul⁹ fecit, q restis psidio fugæ remediũ adinuenit. Quãuis versari cũ Chr̃o cõcupisceret, & mortẽ subire, nihilomin⁹, hũanæ salutis nimio detẽt⁹ ardore, sese ad pdicandũ seruabat.

CAPVT XII.

SI gloriari oportet, nõ expedit quidẽ, veniã aũt ad visiões, & reuelatiões dñi.] Cũ aliam gloriæ speciẽ trãsit, reuelatiõis videlicet, q̃ eum cõspicuũ & clarã effecerat, sic inquit: Haudquaq̃ mihi id expedit, ne me in elationẽ forte deducat. Quid aũt dicet aliquis: Si nemini hæc patefeceris, num ppterea nõ ea intelliges? Intelligã equidẽ inqt, sed nõ æquo aio extollemur, si taciti abstrusa illa & arcana pnoscimus, ac alijs palàm fecerimus. Hæc aũt dicit, nõ vt ipse tale quid sit ppessurus, sed nos vt castiget, & cõmonefaciat, vt eiusmodi dei arcana, & nobis credita silentio premere debeamus. Potest & aliter, expedit illud intelligi, videlicet: Nõ eñ est mihi in cõmodum id cõcessurum, vt quis me maioris existimet, q̃ ipse me dixerim, q̃d in sequentibus explicabit. Enimuero pseudoapl̃i illi, q nihil essent hmõi cõsecuti, multa ad populum cõcionantes iactabãt. Paulus vero & si complura esset & visionum & reuelationum dona iam nactus, vnam duntaxat & hanc quidem inuit⁹, reuelationem commemorat. Noueris autem reuelationem pluris esse, quàm visio sit. Hæc nanq; spectandam solum rem præbet. Illa vero profundiora enudat, quàm res ipsa sit visa.

Scio hoiem in Chr̃o ante annos q̃tuordecim.] Neq; oĩm meminit reuelationum, Nam cum plurimæ essent, molestior in his enarrãdis foret & grauis. Nec tñ vniuersa silentio pterit, sed cæteris omissis, de sola & vnica disserit, vt ostẽdat vel hãc haud spõte se explicaturũ. In Chr̃o vero adiecit, ne obijcere falsi queãt apl̃i in Simonis morẽ, Paulũ à dæmonib⁹ fuisse D
arreptũ, & sublatũ in aera. Nec temere quidem hmõi rei haudquaq̃ tẽpus aliq̃d pfiniuit, sed vt intelligas, qui q̃rtum & decimũ annum reticuisset nõ sine causa, sed necessitate in præsenti impulsum, reuelationem hanc propalasse, & qui iam quartum & decimum annum tãta re fuerit à deo dignatus, q̃lem nunc existimare debemus pro Christi noĩe tãdiu periclitatum.

Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit, raptum hmõi vsq; ad tertiũ cœlum.] Vide q̃ modeste id dicat, vt iactantiã fugiat. Nescire nãq; se profitetur, siue in corpore, siue
Psalm. 7 extra corpus, quod raptum est, fuerit. Tertium autem cœlum dicit, quod à principio simul
Gene. 27 cum terra conditum fuit. Nam sacræ literæ primum cœlum aereum dicunt: vt, volatilia cœ
Gene. 1. li & ros cœli: & secundum id cœlum firmamentum vocant.

Et scio hmõi hoiem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio. Deus scit, q̃m raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, q̃ nõ licet homini loq.] A tertio (inquit) cœlo in paradisum sum raptus. Sublatus est igiť in paradisum, ne in eo fruendo, inferior cæteris apl̃is esset, q cum Chr̃o iam versarenť. Paradisum pterea dixit, quia loci ei⁹ celeberrima esset apud oẽs iam fama, quẽ & latroni dñs in cruce pollicitus est. Arcana aũt, & q̃ dici nõ possunt, audiuit .i. q̃ humana sapientibus & nihil in se habẽtibus spiritale, eloq haudquaq̃ fas est. Hinc liquido patet, Apocalypsim eam, q̃ vulgo Pauli diciť, falso fuisse hoc titulo annotatã: quia narrari nõ poterat, q̃ ille puiderat. Atqui alium quendã paradisus sortitus est locũ, & aliũ cœlum. Anagogice tñ pares erunt, paradisus & cęlum, vel forte dissimiles. Sumus tñ ppauca de his, q̃ cognitu sunt faciliora dicturi. Est itaq; primũ cœlũ, mortalitatis terminus quidã & diffinitio, cũ quispiã suos cõposuerit mores. Hoc deinceps naturalis subsequiť institutio, hoc est secundũ cœlũ, cum quis totius naturæ cognitionẽ, vt necessariã circũscripserit. Mox & theologica q̃dã, tertiũ cœlũ ptendit, cũ aliquis desideratã eaꝝ reꝝ cognitionẽ, qui diuinæ sint, & homini incõprehensibiles, cõtemplãdo adeptus sit. Paulus itaq; in ea loca arreptus est, q̃ circa trinitatẽ sunt, & sublat⁹, hoc ẽ, oĩa creata trãscendẽs. Et neq; in corpore quidẽ existẽs, quippe, qui nihil p corporis sensibus tũc factitaret, neq; extra corpus, nam & interea cũ sic rapereť, vel intellect⁹ ipse ĩ eo cessarat, ita vt nihil posset vera cognitiõe cõplecti. Vacat eñ diuinis in rebus mens oĩs humana, & penitus torpet, cũ hõ à deo fuerit arreptus, & ita vt ab eo educi necesse sit, & à corpore ipso efferri, & eiusdẽ ducta oĩa operari. Vel alias in paradisum arripiť, qa in diuinitatis arcanis, & mysticis rebus versatus est. Quas qa incognitę sunt & inex-

A &iexplicabiles,nisi qs mortalē hāc &abiectā cōditionē excesserit assequi cognitōe nō poterit

Pro huiusmodi gloriabor.] Aduerte quàm sit superbiæ om̄is expers Apostolus. Sic em̄ de se hoc differit loco,quasi de alio narret. Inquit enim pro huiusmodi gloriabor.

Pro me autem nihil.] Nihil horū si non cogerer,frustra ac temere dicturus sum,nec laudi id mihi adscribam.

Nisi in infirmitatibus meis.] Hoc est,in pressuris & persecutionibus.

Nam & si voluero gloriari,non ero insipiens,veritatem enim dicam.] Quo pacto cum dicturus inferius sit. Insipientia est gloriari,nunc si gloriari voluero,non ero insipiēs,inqt: Non enim hoc loco,ne insipiens sit,iactantiæ gratia dicit,sed ne mendacij arguatur. Adiecit nanq;,veritatem dicam. Igitur tanquam veridicus,nil ero insipiens.

Parco aūt,ne quis me existimet supra id,q̄d videt in me,aut audit aliquid ex me.] Eam p̄cipue ob causam Paulus obticebat,ne hoīes se in deū referrent,eoq; ꝑpetuo de seipso silētio vtebat. Et si qñ dicere quidpiā cogebat,obscure tñ & adumbrate verba iactabat,ne mai' aliquid de se hoīes opinarent. Neq; em̄ dixit,ne quis de me loquat,sed ne quis cogitet,q̄d p̄ter meā sit dignitatē. Nā si tauros illi immolare,& pro deo colere,signoꝝ stupore cōtenderāt, Acto.14. quid ei honorum deferre intermisissent,si & reuelationes quas habuit,edidisset.

Et ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ vt me colaphizet.] Angelū satanæ & stimulū nōnulli capitis dolorē,q̄ Paulus angeretur,existimabāt,ꝑinde ac à diabolo illatū,q̄d absit. Nō em̄ Pauli corpus diabolo traditū ē diuexandū. Qñquidē Paulus illi q̄ vellet,iniungeret,& sæpe terminos p̄finiret. Tū maxime 1.Cor.5. cū fornicantē quempiā ei in carnis ꝑniciem demādasset,neq; ꝑ se ille impositas metas excessit. Quid igitur satan designat? Nimirum Hebræa aduersariū lingua. Angeli ergo satanæ,hi hauddubie oēs fuerūt,qui Paulo aduersabant,faber videlicet Alexāder ille, Hymnæusq; & 2.Tim.4. Philippus,ac cæteri qui huic & p̄ssuras iniecerāt,& praua satanæ opa exequebāt. Inquit igitur: Nequāq̄ ꝑmisit deus,meū hoc p̄dicādi munus sine piculis & labore ꝑficere,ne ipse extollar,qui multis sim reuelatiōibus ab eo dignatus. Veꝝ cur nō angeli satanæ sunt dati,sed angelus? Forte quia ꝑ loco vnus aliquis reperiebat,qui Paulū diuexaret, cōcitaretq; forsan & populū,eundēq; ducē reliqui sequerent. Vel q̄d satius est: Veneris incitamēta,quibus maxime vrgebat,his verbis expressit. Vel q̄ p̄dicāti sibi imminerēt picula,vel q̄d sibi obsisterēt Paulus Veneris stimulo vexatus. hoīes,dixit. Veꝝ à q̄ datus sit stimulus ille,si q̄ras? A deo certe,cuius ꝑmissu satan hæc audebat. Id nāq; cum datus est(inquit)demōstrat. Neq; vt semel,sed vt cōtinue me colaphizet,

B atq; diuerberet,traditus est. Illud aūt ne extollar, nonnulli ita interpretant. Hoc est,ne magni ab hominibus fiam. Nec tñ id hoc loco sentit Apostolus, tametsi hoc ipsum superius dixit, sed id præcipue ne ipse efferar inquit,& insolescam. Erat quippe & ipse humanus.

Propter q̄d ter dñm rogaui,vt discederet à me,& dixit mihi: Sufficit tibi gr̄a mea.] Ter, hoc ē,sæpi' rogaui,q̄d plane ei' p̄fert hūilitatē. Fatet nāq; nequāq̄ se aduersarioꝝ diuexationes & isidias potuisse ꝑferre,q̄ vt ab se tollerēt,orabat: Dixit āt mihi: Sufficit tibi gr̄a mea, hoc ē,sat habeas velim,q̄a & mortuos tibi suscitādi,& p̄rātib' cūctis īperādi,cōtuleri gr̄am. Nolim igit id vltra efflagites,vt tua expers discriminis sit p̄dicatio. Id nāq; tibi supuacaneū foret,q̄ q̄d satis ē iādudū acceperis. Vel aliter: Et si ꝑmiserim te diuexari,adsum tñ & tueor

Nam virtus in infirmitate ꝑficitur.] Velut dicat: Id forsitā doles o Paule,ne me illud impotentiæ arguat,quia verbis tibi & maledictis insidient pleriq;. Cōfide tñ: Nam tunc maxime ꝑfectior mea patebit potentia,cū illoꝝ euiceris ꝑtinaciā,qui te insectant. Aduerte autē, quemadmodū deus ipse tētationibus finit nos tradi,ne q̄uis mō insolescamus. Vel aliter: Deus videlicet tunc eius virtutem perfectiorem(inquit)esse iam nactam,quando in infirmitate,hoc est,in persecutionibus,&periculis,eius sectatores affligtabuntur.

Libenter igit gl̄iabor in infirmitatibus meis,vt inhabitet in me virtus Chr̄i.] Postq̄ inqt,ipse aīaduerti, dei virtutē iri ī infirmitate ꝑfectam, gl̄iabor ergo in infirmitatibus meis. Hæ nāq; q̄ adfluēt magis,eo mihi dei virtutē,allaturæ vberius sunt. Nolite ergo existimare q̄si dolēs quærar stimulum hunc mihi fuisse iniectum,sed lætior potius & iactabundus id dixerim. Quippe qui maiorē in se dei virtutē præ intētioribus pressuris conciuerit.

Propter q̄d placeo mihi in infirmitatibus meis,in cōtumelijs,in necessitatibus,in ꝑsecutionibus,in angustijs ꝑ Christo.] Cupiebam equidē(inquit) à grauiorib' hisce & minus gratis liber euadere,sed postq̄ ea accepi,& intellexi quæ meis his aurib' hausi,glorior plane & mihi placeo,hoc est,incredibili iocunditate afficior,& in infirmitatib' ipsis oblector & malis. Moxq; ne corporis morbum infirmitatem intelligas, contumelias dixit,& huiusmodi alia. Ex his præterea pseudoapostolos illos vituperat, qui sese vt deo æquales de prauis quibusdam & peruersis actionibus iactitarent, & discipulos suos hortatur,ne quoquam modo hos pudeat sui,sed honori potius & gloriæ ducant. Quandoquidem pro dei nutu hæc in se fiant,& pro Christo sint obeunda discrimina.

Cum eñ infirmor, tunc fortior sum.⌋ Quid(inquit) miraris, si dei virtus, vel aduersantibus vniuersis patescat? Nã & ipse tũc fortior sum, cũ magis diuexor, & dei ob grãm hãc adeptus sum fortitudinem, q̃ laboranti mihi præsto est semp, & maximum in modũ opitulat. Nã cũ in carcerẽ esset ille cõiectus, qui se asseruaret, ad fidẽ instruxit. Cũ naufragiũ fecit, Barbaros insulæ accolas, ad quã adnatauit, in sui admirationẽ cõuertit. Iudicẽ pterea, cũ illi vinctus assisteret, & accusatores simul puicit. Cum demum infirmaretur, hoc est, cum periculis agitaret, & affligaret pressuris, tũc robustior erat, & animo fortiori oĩa tolerabat. C

Actor. 16. & 28.

Factus sum insipiens, vos me coegistis.⌋ Iterato excusat iactantiã. Superius quidẽ, insipientẽ me dixerat, tanq̃ in insipientia excepistis, nũc vero tanq̃ animi cõpos, Insipientẽ aperte se nuncupat. Et qm̃ q̃ voluerat, cõparauit, fidenti⁹ tandẽ dãnat iactãtiæ vitiũ. Instituens, nil vnq̃ esse cuiq̃ gloriandũ, ni cogat necessitas, q̃ cũ & ipse iam vrgeret, insipientẽ se dicit: pinde ac si inquiat: Vos me ad id cõpulistis. Nã cũ vr̃æ salutis curã suscepetim, & fallaces Aplos cõspicarer, sua iactãtes, vos ad se applicãdo corrupisse, ad meã gl̃iam his verbis vterer, fuit necesse. Hac igit de causa satius duxi, vel aliquid ipsæ vestræ salutis gratia de me gloriari.

Ego enim à vobis debui commẽdari.⌋ Decuit(inquit) vos potius prędicasse res à me gestas, & laudibus extulisse, qđ tñ haudquaq̃ egistis. Sed quia illis potius adhærentes corrupti iam estis & inquinati, eiusmodi sum ob vestram salutem locutus.

Nihil eñ minus feci ab his, qui sunt supra modũ Apl̃i, tãetsi nihil sum.⌋ Superius q̃si sub dubitãs dixit, existimo me nihil esse inferiorẽ Apl̃is ipsis cæteris, idipsum nunc fidentius inquiens repetit: Nihil eñ minus feci, hoc est, haudquaq̃ inferior sum, vel p fide minora gessi magnis Apl̃is, qui Petri tempore extitere. Nihil sum tñ vel hoc loco innatæ humilitatis oblitus, & si nihil sum, dixit: Aduerte aũt hoĩs sapientiam. Nam non solum nil amplius se cum falsis Apostolis, confert, sed ne illos quidem vllius esse momẽti dicit, & parem se veris Apostolis adstruit. Vtpote qui longe alios antecedat. Perinde in veros Apostolos contumeliosos esse Corinthios arguit. Siquidem se, qui sit illis æquandus, falsis dicant inferiorem.

Signa tñ apostolatus mei, facta sunt sup vos.⌋ Equidẽ(inquit) & si nihili sim, haud tñ p vos id debet aduerti, sed illud potius, quemadmodũ. s. nihil sit per me intermissum, q̃d Apostolum exprimat, formetq̃. Et vos mihi testimonio eritis, vt cuncta sim executus.

In omni patientia.⌋ Prior Apostoli forma, tolerantia est, & oĩa vt ferat viriliter. Aduerte viri modestiã. Quot eñ discrimina, q̃t bella domi sibi & foris illata, tam breui designans oratione, præterijt? Quinetiam quod eius fuerat virtute effectũ, patientiam dico, vnico verbo expressit. At quæ ad signa & miracula pertinent, quia non suæ erant industriæ, sed gratiæ diuinæ & muneris, pluribus explicauit. Sicuti in subseq̃ẽtibus audies. D

Signis, & pdigijs, & virtutibus.⌋ Quid à pdigio differat signũ, dictũ est supra. Et ne qs

1. Cor. 1. 14 forte existimet, vt libentius sua impartirẽt Corinthij, hæc dicta fuisse, & virtutibus addidit. Quibus liquido spẽm q̃ndam ptulit castigandi hisdem virtutibus in mortuos, cæcosq; & dęmone correptos vsus est Paulus, quos oẽs maximis affectos beneficijs charitate psequebat.

Actor. 13 Nec secus ac qui castigati contentiores sunt redditi; qualis Elymas fuit.

Quid est eñ q̃d minus habuistis præ cæteris ecclesijs.⌋ Ne quis dicat: Magni sane Paulus est, alioq haudquaq̃ tãta hic gessit, q̃nta ĩ alijs ecclesijs cæteri Apl̃i factitarũt. Ita q̃dẽ ait: Quid eñ min⁹ p cæteris ecclesijs habuistis, hoc est, nũ minorẽ estis p cæteris grãm assecuti.

Nisi q̃d ego ipse nõ grauaui vos, donate mihi hãc iniuriã.⌋ Acerrime eos obiurgat, sic ĩquiens: Si eius me rei insimulatis, quia nulli vobis oneri fuerim, sed gratis euangeliũ pdicarim, veniam postulo. Id si quid est criminis, dono date, simul & illorũ laudes explicant his dictis. Siquidẽ ideo iniuriã sibi inferri à Paulo autumant, quia nihil ab se dignetur accipere.

Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos & non ero grauis vobis, non enim quæro quę vestra sunt, sed vos.⌋ Ne videatur idipsum sæpe pferre, tanq̃ de cætero sit ab his quidpiam accepturus sic inquit: Neq; enim quia nihil accipiam, idcirco neq; ad vos pficiscor, quin bis ad vos commigrem, & tertio me paro iturum. Neq; grauabo vos, non quia vel sitis tribuẽdo offensi, vel opibus nil valeatis, sed qm̃ nõ vestra à vobis deposco, hoc est, pecunias, & fortunæ bona. Sed vos hoc est animæ vestræ salutem.

Nec eñ debent filij parentibus thesaurisare, sed parẽtes filijs.⌋ Qm̃ nõ iniuria obijci hoc loco id posset, neq; ergo nobis fas est nostris potiri, & frui rebus, q̃nquidem non æquo sis erga nos animo. Propterea his occurrit Apostolus, dicens: Parẽtes debere liberis suis thesauros comparare præceptorum & auditorum substituens loco, genitoris loco se ducat, & hos in filios habeat, quibus prospicere potius q̃ quicq̃ adimere sit necesse.

Ego aũt libentissime impendam, & superimpendar ipse, pro animab⁹ vestris.⌋ Ipse(inquit) non solum à vobis nihil accipiam, sed dono sum potius & gratis daturus. Id enim prætendit cum impendam dicit. Verum quid dixerim pecunias me impensurũ, q̃nimo ego ipse impendar. Hoc est, si vel caro hæc mea sit pro vestra impendenda salute, nil parcã.

A Licet plus vos diligens minus diligar.⌋Hæc & criminantis sunt, & amantis dicta. Dicit enim: Hæc quidem eorum gratia fecerim, quos ipse prosequor beneuolentia, non qui æque amori respondeant meo. Vide quot modis hos vrgeat. Primum, quia nihil acciperet, quod iure capere poterat, & quia necessarijs rebus careret, gratisq́ꝫ & his euangelium prædicaret ac largiretur potius quàm acciperet. Nec simpliciter quidem & parce, sed abunde & liberaliter. Quodq́ꝫ permaximum est, seipsum & dedat, colatq́ꝫ qui se minus ament.

Sed esto: Ego vos nõ grauaui, sed cũ essem astutus, dolo vos cœpi. Nunq̃d p aliquẽ eorũ, q̃s misi ad vos, circũueni vos?⌋Quod (inquit) tale est. A vobis equidẽ nihil ad auaritiã fligitãdo exegi, tãetsi forsitã aliquis suspicet calliditate me q̃dã, & astutia potius, nil à vobis accipere destinasse, sed meos ad vos trãsmisisse, qui aliquid à vobis efflagitarẽt. Ea arte, vt vl' accipiẽs nihil videar accepisse, q̃d sane est à vero penitus alienũ. Velim itaq́ꝫ consideretis, vtrũ ita se habeat res, nec ne. Carpit p̃terea Corinthios ipsos, vituperatq́ꝫ, tanq̃ aĩo iniq̃ aliquid collaturos, existimantesq́ꝫ ab se extorqueri quicquid in præceptotis alimoniam erogassent.

Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem, nunquid Titus vos circũuenit?⌋Vel id quidẽ ad horum contumeliam infert. Non enim misi (inquit) sed rogaui. Arguens merito hunc accepisse, si quid acceperit. Rogatus nanq́ꝫ ad vos concessit, tametsi apud vos vestrarum rerum immunis permanserit. Erat autem Lucas quem dicit Tito in comitem transmisisse.

Nonne eodẽ spũ ambulauimus?⌋Hoc est, num eadẽ spirituali gratia ipsi incessimus? Gratiam enim appellabat abstinentiã ipsam, quia ab his q̃ minus acciperet quidpiã, abstinuerit. Quod & si eius sit virtute effectum, deo tamen adscribit id gratiæ.

Lucas Tito comes additus ab apostolo.

Nõne eisdẽ vestigijs?⌋Neq́ꝫ vel paululũ inq̃t, à meo hoc instituto decessi. Et nõ solũ ipse id egi, sed mei insup sectatores acerrime mea sunt sectati vestigia. Atq́ꝫ nõ mõ seipsum his legibus Paulus castigabat, q̃n & qui secũ essent, instituebat, ne q̃ vel iustiori lucro inquinarẽt.

Olim putatis q̃ excusem' nos apud vos. Coram deo in Christo loquimur.⌋Veritus ne assentatoris fungi officio videretur, sic inquit: Nequaq̃ ad gratiam vobis hæc loquimur, tanquam excusatione vtentes, sed perinde ac deo spectante, & in Christo loquimur, hoc est, per Christum ita enuntiamus. Quo fit, vt ea narremus quæ facta iam sint, & deo ipsi præcognita, vt non me apud vos laudem, quod sane & in ipso epistolę exordio dixerat.

Supra.3

Omnia autem charissimi propter ædificationem vestram.⌋Neq́ꝫ enim (inquit) eam hęc ob causam egerim, vel à vobis nil prorsus ea ratione accepi, quia infirmiores vos sitis & imbecilles. Horum nanq́ꝫ animos offendisset, sed ædificandi vos gratia & nihil accepi, ne vos
B obturbarem, sed iuuarem potius & prodessem.

Timeo enim ne forte cum venero, non q̃les volo inueniam vos, & ipse inueniar à vobis q̃lem non vultis.⌋Vides Pauli diligentissimam curam, & prouidentiam spiritalem. Delinquentibus alijs, ipse formidine angebatur. Nec peccantes condemnat, sed q̃si anceps & dubius inquit, ne veniens vos forte deprehendam, q̃les non velim, hoc est, corruptos & deprauatos. Deprehendarq́ꝫ item & ipse qualem nõ vultis. i. castigator & pœnarum ingestor.

Ne forte cõtentiones, ęmulatiões, animositates, dissensiões, detractiões, susurratiões, inflatiões, seditiões sint iter vos.⌋Debuerat priori loco ĩflatiões ponere, sed cauẽs ne sua videretur expostulare & q̃rere, quippe quia in se Corinthij superbirẽt, prius q̃d cõe est, differit. Ab æmulatione nanque & detractionibus, vitia istiusmodi cætera oriũt, ab hisq́ꝫ & contra æmulatio incẽdebat. Susurrationem aũt, criminationem dicit. Inflatiões vero superbos quosdam & tumidos mores, cum in naturam vertitur animi tumor. Cum itaque in Paulum insolentiores essent Corinthij, falsos Apostolos efferebant, & honore p̃sequebantur.

Ne iterũ cum venero, humiliet me deus apud vos.⌋Hoc est: Satis sint q̃ ante hac admisistis. Vereor equidem, ne ad vos cum venerim p̃fectus, vobis cogar vti seuerius. Pœnis nãq́ꝫ, quibus illorum nõnullos esset acrius affecturus, humilitatem appellat, tametsi castigari à Paulo pleriq́ꝫ gloriæ ducerent. Non enim dixit, ne humilis reddar, sed ne me humiliet deus arguens vel dei ob gratiam id se facturum, cuius imperio pareat, sit necesse, vt se erga hos p̃beat duriorem. Cum vero deus meus (inquit) ardentissimum suum in deũ patefacit amorẽ.

Et lugeã multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnĩam sup immũditia & fornicatiõe, & impudicitia quã gesserũt.⌋Aduerte Pauli clementiã & charitatẽ immẽsam. Deplorat eñ & luget peccãtes. Neq́ꝫ oẽs dixit, sed multos. Nec peccatores simpliciter, sed pœnĩam nõ agentes. Sũt nãq́ꝫ istiusmodi nõ iniuria deplorãdi, qui sunt in vulnere accepto p̃tinaces. Neq́ꝫ hos p̃terea patefacit, vt eis facilẽ tribuat ad pœniam redirũ. Cuius eo cõmeminit, vt hãc statim arripiant, neve ad eos p̃ficisci cogatur, & pœnis afficere, vel inuitus. Id nãq́ꝫ cũ lugeã, inquit, p̃tendit, hoc est, mœrore summo afficiar vos castigando. Immunditiã vero p̃ q̃uis scelerum intelliges genere, q̃ vel singula per se, & priuatim immundos reddũt vel inexplicabilia quæq́ꝫ facinora. q̃ in ipso cõcubitu admittunt. Neq́ꝫ vnus aliquis erat qui fornicando deliquerat, sed multi, & varijs ac detestabilibus impudicitię modis.

pauli summa clementia.

Ecce

CAPVT XIII.

Deuter. 17 Matth. 18 Iohan. 8 Hebræ. 10

ECce tertio hoc venio ad vos, in ore duorum vel trium testium stabit omẽ verbũ.] C Quemadmodum deus multa añ supplicium cõminatur, sic eius imitator Apostol⁹ multa ante testatue, subditq́ꝫ: Vt eñ ex scripto constat, in duorum trium ve testium ore, hoc est, testimonio, omne verbum statutum. i. omne q̃d ambiguũ est, cõfirmatũ iri, sic & in tertio meo aduẽtu, q̃dcũq́ꝫ sum cõminatus, stabit, & aduersum vos cõfirmabit nisi vos pœniteat cõmissoꝝ. Pro testibus aũt suã posuit frequentem ad eos profectionem.

Prædixi eñ & p̄dico, vt p̃ns vobis, & nũc absens, his q̃ añ peccauerũt, & cęteeis oĩb⁹. Qm̃ si veneeo iteꝝ, nõ pcã.] Et p̄dixi (inqt, & rursũ peędico. Nã queadmodũ cũ scd̃o me ad vos cõtulissem, sum hæc p̃ns præfat⁹, ita & ĩ p̃nti p meas has l̃ras ꝓclamãs denũtio his, q̃ pręteritis sunt pc̃tis obstricti, tã q̃ correctiõe indigẽtib⁹. Cæteris veeo pinde ac testibus. Q̃d si postliminio ad vos cõcessero, nõ pœnis afficiã, dixit, sed nõ eqdẽ paecã mitiori vsus, & q̃d patrẽ deceat verbo. Si itaq́ꝫ iemẽdatos deprehẽdã, haudq̃q̃ vltra, q̃ vos manẽt tormẽta distuleri.

An experimentũ q̃eitis eius qui in me loquit̃ Chr̃s?] Indignabund⁹ sane & ira succẽsus, eos alloquit̃, qui se vt imbecillũ & cõtemptibilẽ aspernarent̃. Perinde ac si dicat: Qm̃ periclitari iam vultis, vtrũ in me Chr̃s inhabitet, & idcirco me vt infirmũ & destitutũ à Chr̃o vulgo iactatis, intelligetis plane, si incoerecti estis adhuc ꝑmansuri, nec ne. Ostẽdit insuper spiritalia esse q̃ dicat, eoq́ꝫ & formidãda q̃ comminet̃, tã q̃ Chr̃i sint dicta q̃ loquit̃. Nec ꝓpterea hos castigabat, tã q̃ experimẽtũ his allaturus: sed quia insanabiliter illi deliquerãt. Si itaq́ꝫ vobis (inquit) pœnas cogar, & tormẽta ingerere, re ipsa q̃d quæritis experimentũ intelligetis.

Qui in vobis nõ infirmat̃, sed potẽs est in vobis.] Cur in vobis adiecit, cũ constet Chr̃m oĩbus esse in rebus potentissimũ? Quia par erat hos diuinã in se potentiã expeeiri. Ait itaq́ꝫ: Vel ab his, q̃ iã ipsis experimẽtis ꝑfecto cognoscitis, liq̃t, q̃a nihil sit ĩ vobis ĩfirmior Chr̃s, quem accepistis, sed potens & validus. Vel quia in hac vita cũ liceat vobis errata corrigere, suas in vos vires ostẽdit, vrgetq́ꝫ in p̃nti & vexat, vt in futuꝝ venia donet. In infideles veeo vĩ suam oẽm est effusurus, cum iudicatur⁹ adueniet. Significat præterea quemadmodũ & ipse sit delinquentes supplicijs affecturus, quæ alioqui non ab se, sed à Chr̃o dñ̃o inferẽtur.

Nã & si crucifixus est ex infiemitate, sed viuit ex virtute dei.] Et si his dictis pturbentur Roma. 14 plèriq́ꝫ existimãtes præ infiemitate, hoc est, impotentia, Chr̃m cruci fuisse affixũ, notificãt Supra. 12 tñ & corpis esse infirmitatẽ, & mẽtis. Et hac quidẽ multos ęgrescece, q̃rum fides & putris ẽ, & infirmioe, vt alibi Paul⁹, qui fide infirmãt̃ suscipite. Porro insidiæ, discrimina, & ignominiæ, infirmitatis hoc noĩe designant̃, vt illud: Delectoe ĩ infirmitatib⁹ meis, & eiusmõi reliq̃. D Secundũ igit̃ postremã hãc infirmitatis significantiã, præ infirmitate dñ̃s fuit in crucẽ sublatus, ꝑpessus insidias discrimẽ & ignominiã. Hæc nãq́ꝫ vident̃ præ imbecillitate inferri & im- 1. Cor. 1. potẽtia. Vt eĩ stultitiã Paulus prædicationẽ appellat, nõ q̃ ita se habeat, sed quia id increduli opinent̃, & infideles, sic & infiemitatis ob causam dñ̃m ait patibulo fuisse suffixũ, q̃a & infideles opinarẽt̃, nõ q̃ vlla illi inesset infirmitas. Viuit aũt ex dei virtute, hoc est, p̃ris vel sua. Sũt eñ filio q̃ & p̃ris cõia, & p̃ri q̃ filij, q̃ fit, vt vna insit vtrisq́ꝫ qui vnũ sunt, & eadẽ virtus. Iohan. 2 Quin poti⁹ fili⁹ p̃ris ẽ virt⁹, ergo & fili⁹ semet suscitauit, vt dixeeat: Soluite tẽplũ hoc, & triduo suscitabo illud. Hæc oĩa eo intulit Paul⁹, vt Corinthios ꝑtinaciæ & insolẽtiæ admoneret, q̃ se paruifacerẽt: ꝑinde ac ꝑsecutionib⁹ & insidijs agitatũ, existimarẽtq́ꝫ ex impotentia q̃dam eũ hæc ꝑpeti. Ostẽdit itaq́ꝫ & dñ̃m nihil noxiũ fuisse ex eiusmodi infiemitate ꝑpessum.

Nã & si nos infiemi sum⁹ cũ illo, sed viuim⁹ cũ eo ex virtute dei ĩ vobis.] Hoc ẽ, ꝑsecutionib⁹ præmimur & afflictamur. Hæc q̃dẽ ĩfiemitatis videt̃ plerisq́ꝫ ĩdicia. In ipso, hoc ẽ, in ipsi⁹ gr̃a, & sui noĩs prædicatiõe. Sed queadmodũ illi nihil ĩsidiæ obfuere, ita & nos ĩoffensi manebim⁹. Neq́ꝫ id solũ, q̃n cũ eo simul victuri sum⁹, hoc ẽ, ĩsupabiles dep̄hẽdemur ĩ vob̃, hoc ẽ, ad v̄ram vtilitatẽ. Peride ac si id eos ꝑterrefaciẽs dicat. Et si vob̃ videmur ipsi ĩfirmiores, ĩ vob̃ tñ nos viuim⁹: Id ẽ, si nihil ĩ meli⁹ ꝓficeritis emẽdati erimus ad vos castigãdos fu-

Vosmetipsos tẽtate si estis ĩ fide, ipsi vos ꝓbate.] At q̃d de me dixeri, q̃a in me (ꝓtites, loq̃t Chr̃s, vtq́ꝫ & si ptãs sit mihi & vis afflictãdi, cruci tñ affixũ sectat⁹, nihil v̄ra disq̃ro, & si vobisipsi velitis diligẽti cura rimaei, & v̄ra facta expẽdere, Chr̃m in vobis spectabitis, si fidẽ estis ꝑfectioeẽ adepti. Vel si id min⁹, simplicẽ tñ aliquã eeitis & tenuẽ cõsecuti. Credẽtes nãq́ꝫ tũc t̃pis miracula factitabãt. V̄r fidẽ signoꝝ dicit, quã magis singuli vendicabãt. Fit itaq́ꝫ, vt si in vobis discipulis astruat̃ Chr̃s inesse, lõge magis & in me peæceptore est ꝑmansurus.

An nõ cognoscitis vosmetipsos, quia Chr̃s Iesus ĩ vobis ẽ nisi forte reprobi estis.] Hoc est, ni forte ex signoꝝ gr̃a excidistis, quã olim excepeeatis. Arguit aũt ipsos corruptos esse his vitæ bonis. Nã & si pleriq́ꝫ fidẽ habeeent, ædere tñ mirãda nõ poterãt. Vtpote qui vita essent, & moribus deprauati. Inquit igit̃: Vti ꝑspicuum est nullã habetis vestri cognitionẽ, neq́ꝫ q̃d in vobis sit Chr̃s sentitis. Nec manet quidẽ ille in vobis, qui repeobi vita estis. Nec tamen istorum aperuit scelera, ne eos incesseret aceius, sed posuit quod dixit, ambiguum.

Spero

A Spero aūt q̄d cognoſcetis, q̄a nos nō ſum⁹ reprobi.] Ingētes vł hic cōminatiōes īpēdēt. Qm̄ (inquit) experimētū vultis ex vr̄is pœnis accipere, ſpero equidē nec ingeniū defuturū, q̄ minus me nō reprobū eſſe apud vos patefaciā, nec ex ſignorum & virtutis grā decidiſſe. Vł aliter: Non enim ipſi in vita ſumus corruptiores, vt à nobis defugiat Chr̄s, ſed vitæ ob probitatem hic apud nos habitat, & qui inter vos contumaces ſunt, tormentis afficiet.

Oramus aūt deū, vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus ſed vt vos q̄d bonum eſt faciatis.] Attende Pauli in eos charitatem. Contemptui apud eos erat, & cōtumelijs inceſſebatur, tanq̄ nullius eſſet momenti vir, & nihil virtute, ſed epiſtolis niteretur iactabund⁹ & inſolens. Nūc vero nō ſolū differt illoꝝ debitas ſceleribus pœnas, quin & precib⁹ poſtulat, vt nil vnq̄ delinq̄nt ne ipſe e meritis iſ ferre pœnas cogat. Nō em̄ ſtudeo (inq̄t) vt videar probus, ob idq̧ & alios caſtigādi aſſeq̄r facultatem, ſed vt ipſi q̄ recta ſunt continenter agatis. Vtiq̧ & ſi in aliquod fueritis crimen prolapſi, vos eius pœniteat & ego vt reprobus ſim, hoc eſt, vt videar multis infirmus & impotens, vtpote qui nullā in vos animaduertēdi occaſionem inuenerim. Neq̧ enim vero reprobus futurus erat Apl̄us, ſed probus & innocens eſſe cōperiebat. Nam ſic diſcipulos ad fidem erudiebat, vt à prauis oino abſtinerēt facinorib⁹, hortaret. Sed ideo, vt reprobus ſim, dixi, quia iſtiuſmodi eſſe hunc illi exiſtimarent.

Nō poſſumus em̄ aliquid aduerſus veritatē.] Ne ad gl̄am videat hæc loqui, ſic inq̄t: Mēte placatiori id quidē exeq̄r, nō ſupba, & inſolēti. Nā ſi imparatos vos eſſe deprehēdero, & nil cōmunitos, ſed obnoxios crimini, & ſi haudquaq̄ nobis ſatis viriū ad vos caſtigandū ſuppeteret, vł id aggredientib⁹ nobis, opem allaturus eſt deus. Hāc ei ille nobis cōtulit facultatē, vt verā ferani⁹ ſniam, & veritati nil aduerſantē. Is em̄ ꝓ veritate ſniam tulerit, q ſontē & noxiū tormētis affligit. Veritatē vero aduerſus ille decernit, q nil delinquentē afficit pęnis.

Gaudemus em̄ qm̄ nos infirmi ſumus, vos aūt potētes eſtis.] Iterato oñdit ſe Corinthijs eſſe aīo cōiunctiſſimū, inquit em̄: Nequaquā æſtimetis, q̄a vł ſi nullis ſitis pc̄tis obſtricti, eo me nō poſſe quid valeā virtute oñdere. Ergo id doles, dicet aliq̄s: Nequaquā, quippe q maxime læter cū infirmior ſum, hoc eſt, inualid⁹ & infirm⁹ exiſtimor, quia nihil viriū valeā aliis caſtigādo præferre. Vos vero ſitis potētiores, hoc ē, virtutib⁹ ꝑditi, & q̄uis crimīe vacui.

Hoc & oramus veſtram conſummationem.] Non modo (inquit) id velim, quin & votis nitor & precibus, vt innocentes voſipſi & perfectos exhibeatis, & ita vt nullam cuiquam detis vos incuſandi occaſionem. Conſummationem autem perfectionem dicit.

Ideo hæc abſens ſcribo, vt nō p̄ns durius agā ſcd̄m p̄tātem quā dn̄s dedit mihi in ædifi-
B catione, & nō in deſtructionē.] Poſtquā hos plurimū cōminādo iā ꝑtulit, excuſans inquit: ideo ad vos iſtiuſmodi vel abſens ſcribo, quia mallē ſolis literis hāc meā terminatū iri duriciem, nō re ꝑſerri. Nā ſi nōdū edomitos vos ipſe & emēdatos cōperero, acriorib⁹ neceſſe erit vos pœnis afficiā. Q̄ñquidē p̄tātem hāc mihi cōtulit dn̄s, quib⁹ ex dictis oñdit ſuo noxios interuētu dn̄m cruciare. Arguēs aūt ſe nil cōcupiſcere in eoꝝ tormētū iſtiuſmodi vti licentia, nō in deſtructionē, ſed in ædificationē adiecit, velut dicat: Dn̄s quidē in primis haudquaquā vult vł deſtruere, vel tormētis quēpiā diuexare, ſed ædificare, hoc eſt afficere beneficijs. Alioqui his qui corrigi nequeunt, ſi exitium inferatur, ædificationis loco habendum eſt.

De cætero fratres gaudete.] Ipſe (inquit) pegi q̄ mea interfuit, reliquum eſt, vt & vos cōferatis quæ veſtra ſunt. Videlicet vt correcti, & emendati ex recti conſcientia, vobis lætitiam comparetis, nequaquā proculdubio defiturā, tametſi iniucunda & triſtia vobis differui.

Perfecti eſtote.] Hoc eſt, ꝑfectionem aſſequamini, cum ea q̄ recta ſunt, ſentiendo, & dogmata veriora ſectādo, tum vita & moribus voſmet excolēdo, quæ vobis deſunt, ſupplete

Exhortamini.] Cū plurimæ eēnt tētatiōes & ꝑicula, exhortamini (iq̄t) hoc ē, & ꝓpria & mutua q̄dā exhortatiōe ad meliora nitamini. Apprime em̄ recti conſc̄ia cōſolari nos ſolet.

Idipſum ſapite, pacē habete.] Vel id quidē in priora epiſtola ab his exegit Apl̄us, cum factionibus illi intenderēt. Eſt aūt idipſum ſapere, idē de fide, & dogmatib⁹ ipſis ſentire. Habere aūt pacē mutua ſe charitate complecti. Vtrūq̧ itaq̧ à Corinthijs ipſis depoſcit.

Et deus pacis & dilectiōis erit vobiſcū.] Nō ſolū cōmonefaciētis officio fungit, ſed cōpſātis, tāetſi nihil hoc loco his videat ꝓcari, ſed ꝓdicere q̄ deīceps futura ſint, videlicet: Si vos pace vtemini, vobis aſſuturus ē de⁹. Dilectiōis aūt hic dr̄, vł quia charitatis fons ſit & origo, vł quia immēſam erga nos q̄ndā ꝓ ſe ferat bn̄uolētiā. Vł q̄a vbicūq̧ fuerit amoris cōiūctio, ibidē & de⁹ adſit, neceſſe ē, & charitatis huiuſce tenere appareat pricipatū. Pacis āt dr̄ deus & q̄a ex ea ortū pax habeat, & q̄a cęleſtia & terrena pacauit, tū q̄a eā dn̄atiōis iure poſſideat.

Salutate inuicē in oſculo ſc̄tō.] Nō ficto & ſub dolo, vt Iudas ē Chr̄m deoſculatus. Idcirco em̄ oſculū exhibemus, vt maiorē in modū accēdam⁹ bn̄uolentiā, q̄ñquidē ꝓ cæteris mēbris, os ipſm deuīciat aīos. Quinetiā domū pegre redeuntes, vt aioꝝ ꝓferamus cōiūctionem ore oſculamur. Vel aliter: Cū em̄ dei nos tēplū ꝓferimus, os equidē q̄d huius ē tēpli veſtibulū, deoſculamur. Per idipſm prætcrea & Chr̄s ingredit, cum ſacro ſanctū ſumimus corpus. Matth. 27 Marc. 14 Lucæ. 22

Salutāt vos sancti oēs.] Præsentes qdē p osculū, absentes vero appellatiōe & scriptis im- C
partita salute facit cōiunctiores, qn hos etiā ipm os copulat. Ab ore nāq; & salutatio pfluit
Grā dñi nři Iesu Chři, & charitas dei, & cōicatio sancti spūs sit cum oibus vobis, Amē.]
Postq̃ vniuersos charitate, osculo, & salutādi officio copulauit, comprecatur & his pro sua
cōsuetudine filij gratiam, qua nullis operib', sed sua sola benignitate, morte adita, nos saluos
effecerit, & patris pterea charitate donarit, q̃ nos ille enixe adeo cōplexus est, vt nostri gra-
tia traderet vnigenitum. Nec secus q̃ à quopiam huiusmodi rogaretur Apostolus, vnde er
go filij gratia procedit? Sic ait: Nempe ex patris charitate. At quid ille peregit? Certe spūs
sancti communicationem, hoc est, ipsius spūs quo sumus sanctitatem adepti, participatio-
nem, & haustum. Ob paracleti in nobis aduentum, illius effecti participes, quem spm̃ & nos
ipsi participādo proferimus. Vbinam gentium sunt, qui eos esse spm̃ negant, quia hūc i epi-
stolarū suarum primordijs nusq̃ expresserit Paulus? Sed ecce iam nunc apertissime spm̃ no
minauit, & trinitas tibi ex eo integro numero redditur, & explicatur. Per quā velim eqdē,
vt decreta ipsa seruātes, percepta firmius veritate, degentesq; sine corruptione, & labe, vita
nosipsos tutatū iri, vt in vero simus perfectiores, & vtrinq; recte nobiscum agatur, & perspi
cuum sit, pfecte in trinitate dei, pfectos nos seruos esse, cui gloria in secula seculorum, Amē.

¶ Missa fuit e Philippis per Titum & Lucam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE AD GALATAS.

¶ Galatæ sunt Græci. Hi verbum veritatis primū ab Apostolo acceperunt, sed post dis-
cessum eius, tentati sunt à falsis Apostolis, vt in legem & circumcisionem verterentur. Hos
Apostolus reuocat ad fidem veritatis, scribens eis ab Epheso.

THEOPHYLACTI IN PAVLI AD Galatas epistolam, Prologus.

Matt. 16 Lucæ. 14. 1. Cor. 5 2. Co. 11. 13.

PAuli epistola hæc à principio fere ad calcē vsq;, ai cōmotione, &
ira oppleta ē. Qui ei se i discipulos, castigatiōe idigētes, supra quā
rō postulat idulgētiorē & mitē pstiterit, haud sane pceptoris boni
officiū explet. Nā & dñs Petrū cū bñm pnūtiasset, mox & iurgat,
& discipulos stultitiæ arguit. Ad alios itē Paul' scribēs seueritatē
sectat, vti & i Corinthios egit, & nūc i Galatas pcipua vtit austeri
tate. Causa aūt cur ad hos scriberet, hmōi fuit. Cū ex Iudæis q cre D
didissent, qa adhuc à patrijs istitutis pēderēt & instruere alios cu-
perēt psuadebāt Galatis circūcidendos esse credētes, obseruariq;
& sabbata, & neomenias oportere. Asserētes, nec q apud Petrum
Acto. 16 essent Aplos, hæc phibere. Et sane nil phibebāt, nō q ita faciendū decernerēt, sed vt illo;
cōdescenderēt infirmati, qui nup & fidē excepissent, & quibus ipsi euangeliū pdicarāt. Pau
lo aūt qui gentes pdicando ad fidē formaret, nequaq̃ erat necesse, vt huiusmodi indulgētia
vteret, sed hāc vt opportunū erat, de se pstabat. Nā & Timotheū circūcidit, & ipse pro lege
purgatus est. Seductores tñ illi, cum causas nullas proferrent, cur Petrus, & qui cū eo essent
id agerent, imperfectioribus circūuentis, id quidem Paulum carpendo iactitabāt. Quod ali
as. s. circūcisionem permitteret, & alias tolleret, varie itidem & incōstanter alia atq; alia p-
dicaret, nec vllam esse illi fidem præstandam, qui nec Christum viderit, nec Christi fuerit,
sed Apostolorum discipulus. Esse aūt omnino admittendos, qui apud Petrum diuersarētur
& proprijs oculis Chřm spectassent, His itaq; cōmotus apostolus, componit epistolam. Et
primū quidē ad ea ingenij vires intendit, quibus illi suam conscientiam offendebant, asseren
tes alios quidē Christi esse, se vero Apostolo; discipulum, vnde hunc in modum orditur.

CAPVT I.

PAulus Apostolus, non ab hoībus, neq; per hoīem.] Confutat initio statim sese nō
hoīm esse discipulum, quod illi obijcerent. Neq; enim ab hoībus, sed superne est &
cœlitus euocatus. Neq; per hoīem, sed per Christum. Quem & si homo quidā ba
ptismi aqua abluerit, non tamen pridem vocauit, sed e cælo Christus exuit. Quæ-
ret aliquis: Cur non Paulus dixit, vocatus Apostolus, sed Apostolus duntaxat? Quoniam
erat apud omnes iam sermo vulgatior, fuisse hūc per homines in Apostolum cōfirmatum.
Id itaq; nequaquam se ita habere contradicendo. Paulus obluctatur & negat.
Sed p Iesum Chřm, & patrē, q suscitauit eū à mortuis.] Designāt hauddubie Aplorum
Acto. 13. acta, p spm̃ sanctū Paulū ipsum segregatū ad apostolatus munus fuisse. Vnde & liquido pa-
tet, eandē eē filij, spūs, & pris ptātem. Nota aūt & p patrē adiecisse, & prius filiū posuisse, hæ
reticorum ob causam, q hmōi superuacanea, vel diligenti cura disquirūt. Oportune præterea
& mortis meminit, & resurrectionis, vt his psuadeat, non esse amplius veteri lege intēdēdū

Vtpote

A vtpote quæ nihil inducat quod eis sit profuturū,sed Christo vacandū, qui eoꝝ salutis gratia & obierit mortē,& postmodū resurrexerit. Moneatq; ab eo,qui tā maxime sit de se benemeritus,aliqñ desciscere,summæ esse ingratitudinis argumentū. Eo aūt dixit patrē filiū suscitasse,vt infirmiores & labantes confirmet. Et quia patri nō oia accensentur quæ filius egerit:neq; eñ impotens erat seipsum à mortuis excitare, qui mortuos reducendi ad vitam vel ex sola præsentia & corporis vmbra,in se credentibus præbuerit facultatem. Iohan.14 Acto.5

Et qui mecū sunt oēs fratres.]Cū hunc aduersarij carperēt,quia velut solus, & consulto nemine,hmōi prædicaret,ostendit alios se plerosq; habere,qui suæ sint mentis participes.

Ecclesiis Galatiæ.]Attende q̄ acriter Paulus & aīo erat commotus,& vrgeret dolore. Nō eñ vt in aliis cōsueuit epistolis,dilectis pfatus est & sanctificatis. Neq; dei ecclesiis, sed Galatiæ simpliciter dixit,Et iure quidē:Nā cū factionibus & dissidiis illi intenderent, idcirco & his plures adscribit ecclesias.i.plures diuersosq; & dissidētes cōuentus. Simul etiā vt occasiōe obiecta,qua hos oportebat instabilitatis pudere,& incōstātiæ,ecclesiaꝝ hoc nomine in vnū cogat redire dispersos. Nō eñ hi possunt,q̄s cōstat inter se plurimū dissidere, ecclesiæ appellatione merito nuncupari,quæ concordiā & conuentionem designat. Roma 1. 1.2.Corin.1 Philip.1.

Gratia vobis & pax.]Cū ex priscæ legis attentione in discrimē venissent ex grā dilabēdi,hāc ipsis precatur,optatq;. Et qm̄ infensos se deo & hostes reddiderant,quia legem quā ille iam abrogarat,adhuc sectarentur & affirmarent,ad pacem eos reduxit.

A deo patre.]Hauddubie in genitorē nobis effectus est deus. Veꝝ qua ex re,nū à lege, cui vos inhiatis?an à Christi baptismo?Cur igitur aduersū,beneficia afferentē contemnitis?

Et dño nr̄o Iesu Chrō.]Nomē vtrūq; bñficētiā pfert. Iesus nāq; saluator dr̄,qm̄ à pc̄tis exemerit populū & saluū fecerit. Chrs vero vnctus interptat,vt q̄ spūs sit vnctione oblitus, & nostri ob grām,cognomēq; nobis sua ex noīe reliqt,& mortalē hāc sanctificauit naturā. Matth.1

Qui dedit seipsum pro pc̄tis nostris.]Ecce vt seipsum tradidit filius,nō in serui morem quicq̄ hic gessit. Cū igit audis à patre fuisse hūc ipm oblatū,& bñplacitū id patri,& sic voluisse illū intellige. Se aūt dedit,vt nos pc̄toꝝ solueret vinculis,à qbus lex ipsa nō poterat liberare. Cur igitur(inquit)destituto liberatore,legi intenditis,q̄ nihil potest vtilitatis afferre?

Et eriperet nos de p̄senti seculo nequā.]His dictis profiliūt Manichæi dicētes:Ecce nūc Paulus p̄sens hoc seculū,vel vitā hāc nostrā nequitiæ arguit,q̄d tñ longe est secus. Nō eñ ali

B qd inest diebus hisce suapte natura malignitatis. Nā q̄ potest vel solari illi decursui,vel dieꝝ his interuallis inesse nequitia?quinetiā neq; vita hæc nostra & aura quam spiramus,aliqd in se cōtinet prauitatis,in qua & dei habemus cognitionē & de futuris philosophamur. Sed nequā seculū prauas ipsas actiōes appellat & corruptos animi appetitus, queadmodū vsurpare istiusmodi dictū solemus. Malū nactus sum die,nō tēpus ipsum,sed discrimē,& q̄ obtigere aduersa,culpātes. Neq; eñ vt nobis exitio esset,vel ex p̄senti hac tolleret vita,mortē oppetiit Chrs,sed vt à prauis nos erueat in reliquū facinorib⁹. Nā & illud,q̄d dixerat supra,pro nostris seipm obtulit ille delictis,ita interpretanť,Hoc est,moriēs ab his q̄ olim cōmisimus, liberauit. Ait igitur vel tutiores nos fecit,vt eximat ab improbis vitæ huius operibus. Lex vero neq; præterita aboleuit delicta,neq; aliquid habet ad futura potentiæ. Nequā seculū quid apud Paulum.

Secūdū volūtatē dei & patris nr̄i.]Cū illi existimarēt lege omissa,nequaq̄ se deo obtemperaturos:eoꝝ mox corrigit p̄sumptā suspitionē,demōstrās deo libitū eē,vt p filiū liberemur. Vides queadmodū nō ex patris iussu,sed volūtate dixerit dei,hoc est,q̄ deo sit bñplacitū. Cū aūt & patrē nr̄m deū appellat,rursum bñficia ī nos cōferētis cōmeminit Chrī q patrē suū & nostrū effecerit. Cur ergo ab eo deficitis,q̄ sese erga nos tantopere liberalē exhibeat?

Cui est gloria in secula seculoꝝ. Amē.]Cū Amē nullibi in exordiis antea posuisset apostolus,hoc loco adiecit,indicās orationē cōsummatā eē iā sibi,& satis ad Galataꝝ incusationē esse iā dictū. Cōmemoratis qppe inexplicabilibus dei muneribus,qbus hi ingratitudinis cōdemnanť,quia Christū destituissent de se bene meritū,deinceps q; & diuinā munificentiā admiratus,quā verbis extollere nō poterat,ampliori in dei laudē oratione concludit.

Miror q̄ sic tā cito trāsferamini ab eo q vos vocauit in grām Chrī.]Ostēdit magnā quā dā de Galatis opinionē se p̄sumpsisse. Miror eñ(inqt)qui tantū insumpsistis in fide laborē fuisse tā celerrime immutatos. Duobus sane modis sunt hi incusandi,& qa diuerterint alio, & qa ocyssima adeo fuerit illoꝝ defectio,vt fallendū nulla indigeāt tpis dilatiōe,seductores. Quod certe hoꝝ arguit leuitatē,qui illoꝝ deceptionibus paruissent. Neq; eñ trāspositi estis,dixit:sed,trāsferamini,hoc est,nōdū crediderim,neq; existimo istiusmodi hoīm fallendi artes finē fuisse iam cōsecutas,& circūuenire iam desiuisse. Vide q̄ prudenter hæc tractet aplus. Nā cū crederēt illi legi inhærēdo se posse & patri gratificari,asserit queadmodū à patre desciscāt,q legi vacēt. Ab eo nāq;,qui vos,inqt,vocauit,tam cito vos transferimini,hoc est,à patre in grā Christi,vt à Chrō videlicet iustificemur,& eius ex gratia,nō nostris operibus. Filius quippe delictoꝝ veniam in gratia præbet:pater vero ad eam nos euocat.

Galatæ se ducti a pseudoapostolis.

In aliud euangeliũ, q̃d nõ est aliud, nisi sint aliqui, q vos cõturbãt & volũt cõuertere euangeliũ Christi. ⌋ Cũ suas deceptiunculas seductores illi euangelium esse adstruerẽt, euãgelico nomini insistit apostolus, atq; aliud nullũ euãgeliũ esse præter id q̃d vos accepistis. Vnũ est em̃ q̃d rectã cõtinet fidẽ, quod nos p̃dicauim⁹. Ni forte animoꝝ vestroꝝ obtutus perturbẽtur, rogãtq; quasi q̃busdã præstigijs, alia vos pro alijs cõspicari, adnitẽtes à proprio sensu ad falsa diuertere. Tametsi nõ oĩa quæ euãgelio cõtinentur, illi præuerterẽt: sed de sabbato dũtaxat & circũcisione vetus illud mãdatũ desitũ iamdiu, reducerẽt. Ostẽdit itaq; Paulus, vel si paululũ fuerit euãgeliũ immutatũ, totũ corrũpi. Quẽadmodũ dici de regio nummo põt, qui vel leuiter circũcisus, totus adulterat. Atqui pleriq; id factũ parui existimãt, dicũtq; non magni esse momẽti, vel idipsum asserere, q̃d illi induxerint: Ipse vero acerrime duxerim, horũ esse opinioni obstandũ. Arripiẽt nãq; id dictũ Marcionistæ, dicẽtq; nequaq̃ esse quatuor illa ab euãgelistis cõscripta euãgelij volumina admittẽda. Perinde ac si qui cõfundendo nõnulla, demendoq; ea cõposuere, sed vnũ & solũ suscipiendũ, q̃d Paulus hoc loco euangeliũ dicit. At quid illud, & nos itẽ quatuor illa pro eoꝝ cõuenientia vnũ esse assueramus. Neq; em̃ hoc loco de voluminũ numero, sed de varietate ac differentia disserit Paulus. Quia dissentiunt (inquit) inter se, & seductoribus euangelia prædicantibus. Sic itaq; deprehẽditur quidem & plane cõuincitur manifestissima Marcionis hæretici deliratio.

Malach. 2 Sacerdotes angeli dicuntur.

Sed licet nos aut angelus de cœlo euãgelizet vobis, præterq̃ q̃d euangelizauimus vobis, anathema sit. ⌋ Ne q̃s forte obijciat inanis gloriæ cupiditate apostolũ sua dogmata extulisse & seipsum cũ cæteris, si id ageret, detestat. Et q̃m hi ad eos cõfugiebant, q dignitate præcellerẽt, & vitã cũ Petro & Iacobo duxerãt eosdemq; cæteris longe præferrẽt. Propterea angeloꝝ nũc meminit, & de cœlo adiecit. Cumq; & sacerdotes angeli vocarẽtur, supernas potestates expressit. Neq; em̃ si cõtraria solũ p̃dicauerint, intulit: sed si euangelizauerint, id præter q̃d ipsi euangelizauimus, hoc est, si plusculũ quidpiã ipsi adiecerint, execrationi subdant. Cũ itaq; vel angelos detestat, si modo aliter p̃dicarẽt, quãuis aliã vult, vel hoc ipso obstringi anathemate dignitatẽ. Se vero cũ execratur, nec familiaritate cõiunctis vel amicis parcit. Nec mihi obieceris (inquit) meos apostolos, alia atq; alia prædicare. Q̃nquidẽ nec meip̃m exemerim, si aliquid id præterq̃ prædicatũ est, addidissem. Hæc aũt, non vt apostolos ipsos condemnet, adiunxit, sed vt eorum qui his erroribus tenerentur, ora obstrueret, ostẽderetq; nullam esse dignitatis rationẽ habendam, vbi de dogmatibus ipsis & fide agatur.

Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis vobis euangelizauit, præter id quod accepistis, anathema sit. ⌋ Ne forsan existimẽt illi, vel præ ira hæc Paulum, vel gloriæ gratia vendicandæ dixisse, iterato eadem illa exponit: indicans, non temere & incerto iudicio, sed vera animi sententia, firmiter hæc apud se decreuisse. D

Modo em̃ hominibus suadeo, an deo, an quæro hoĩbus placere? ⌋ Futuꝝ est vt obiecta, quoꝝ fuerat insimulatus, excuset. Ne itaq; illi q̃a perinde ac si in iudiciũ eũ præceptore contendat, efferãtur, sic inquit: Nequaq̃ existimetis me vobis vel responsuꝝ, vel id eniti & quærere, vt persuasos vos reddã. Quin potius meus oĩs ad deũ intendit sermo, q̃circa nequaq̃ id scripserim, quasi p̄ vos cupiã mihi laudẽ parare, vel vt discipulos cõpararẽ, sed ideo id scripsi, q̃a deo sum rationẽ de decretis ipsis & euangelio redditurus, eoq; nec velim hoĩbus gratificari. Vel aliter: Cũ eum caperẽt multi, tanq̃ alia pro alijs prædicaret, accommodaretq; se hominum volũtati, sic ait: Nunquid hominibus persuadere studeo & illis placere, an deo morem gerere? Si enim vellẽ placere mortalibus, facerem prorsus quæ ipsi obijcitis.

Si adhuc hoĩbus placerẽ, Christi seruus nõ essem. ⌋ Cõfirmat quẽadmodũ & hoĩm gratiã nil facere se quispiã studeat. Dicet aliquis: Qui em̃ fieri poterit, quin hic bãdiẽdo, nõ hominũ aucupetur beneuolẽtiam, vel diuersa alijs itẽ atq; alijs prædicet? Si hmõi (inquit) rebus incumberẽ, nunq̃ ipse à Iudaicis desciuissem, vel Christo deniq; adhæsissem. Neq; necessitudine mihi & beneuolẽtia coniunctos, vel tantum gloriæ contẽpsissem, vel persecutionibus maluissem, & periculis obiectari & ignominijs.

Notũ em̃ vobis facio frẽs euangeliũ, q̃d euãgelizatũ est à me, quia nõ est secũdũ hoĩem. ⌋ Ostẽsurus quẽadmodũ hauddubie legẽ deseruisset, anteactæ meminit vitæ, & immutatiõis tam repẽtinæ, indicans, nequaq̃ potuisse se tam subito immutari, ni diuinitus certius aliq̃d compertisset, Idcirco inquit: Non enim est secundum hominẽ euangelium meum, hoc est, non hominẽ habui instructorẽ, sed Christi ipsius sum factus discipulus.

Euangeliũ Paulo reuelatum.

Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed p̄ reuelationẽ Iesu Christi. ⌋ Id nanq; aduersarij obiectabant, nequaq̃ Paulum vt cæteros apostolos Christũ proprijs auribus audisse docẽtem, sed accepisse ab hominibus cuncta. Inquit igitur: Ille idẽ & mihi euangelium reuelauit, qui Petri contubernales instruxit & socios.

Audistis em̃ cõuersationẽ meã aliq̃n in Iudaismo. ⌋ Vnde liquet, si q̃ras, euãgeliũ p̄ reuelationẽ me accepisse? Nimiꝝ ex pristina meæ vitę cõsuetudine. Nã quo pacto, q tam acerrimus

A mus fuerã ecclesiæ ꝑsecutor, repente adeo animũ immutassem, nisi mihi diuina maiestas retexisset arcana, & furentẽ ad se traxisset? Quod aũt rã acriter dei sim ecclesiã insectatus, vel ex eo perspicuũ est, quia & ad vos de me fama peruenit, qui tãto interuallo à Iudæa distatis.

Quoniam supra modum persecutus sum ecclesiam dei, & expugnabam illam. ⌋ Aduerte vt singula magis amplificet. Neq; cũ solum persequebar dixit, sed supra modum vniuersam sum ecclesiam persequutus. Neq; eo contentus: sed expugnabam, hoc est, euertere cupiebam & tollere. Id enim erãt persequentis negotium. Acto.9

Et proficiebã in Iudaismo supra multos coætaneos meos in gñe meo, abũdãtius æmulator existẽs paternaꝝ meaꝝ traditionũ. ⌋ Præ cæteris (inqt) q̃ mea erãt ætare, ardoris plurimũ præ me ferebã proficiebãq; bello, q̃d aduersus ecclesiã dei susceperã, & à Iudeis mihi maximi honores deferebant. Nec miꝝ, vt quẽ ardẽtissimũ viderãt paternaꝝ traditionũ & legis æmulatorẽ. Neq; eñ existimes Paulũ iræ vel odiȷ, vel inanis gloriæ grã fuisse ecclesiã ꝑsecutũ, sed dei zelo & legis. Ignarus tñ, q̃ deo ipsi ingratũ facinus eẽt aggressus. Ait igit: q̃ eñ fieri potest, vt q̃ talẽ me in Iudaismo ꝑstiterim, nũc cognita veritate, ob humanæ gloriæ cupiditatẽ alia atq; alia ꝑdicem, nõ ea quæ veritas ipsa deposcit, & Christus ipse me docuit. Ecclesiã ꝑsequebatur Paulus zelo legis & dei, non odio.

Cum aũt placuit ei, qui me segregauit de vtero matris meæ. ⌋ Quæret aliquis: Si ex matris vtero in euangeliũ segregatus est Paulus prædicandũ, & à deo electus, cur mysteriȷ dispensatione tamdiu est in Iudaismo relictus? Id scilicet, vt tam repentina illius immutatio & multis faceret fidem, & traheret ad Christum multos. Segregauit aũt hunc, non forte deus, sed præscientia, vt quem dignum euangeliȷ præconem longe ante vidisset.

Et vocauit ꝑ grãm suã. ⌋ Vocauit hũc deus sua virtute & grã, Vas nanq; electionis mihi (inquit) futurus est iste. Is vero pro hmõi gratiæ munere à deo suscepto, humilior redditus, vocatũ se dicit: nõ ꝙ id fuerit ipse promeritus, sed quia ita sit diuinæ clementiæ placitum. Acto.9

Vt reuelaret filium suum in me. ⌋ Non enim mihi dixit: sed, in me reuelaret. Arguens, non verbis solum se hũc didicisse, sed corde interioris hominis scientia circumfuso, & Christo in eo loquente, multo spiritu fuisse imbutum.

Vt euãgelizarẽ illũ in gẽtibus. ⌋ Reuelauit mihi & filiũ, vt nõ mõ eũ his oculis cernerem, sed ad alios etiã illius nomẽ perferrẽ. Nec solũ quia in eũ crediderim, dei effectum est gratia
B sed vt ab eodẽ etiã confirmarer. Cur ergo me dicitis ab hoĩbus fuisse instructũ? Nec simpliciter, vt euãgelizarẽ, hic dixit: sed, in gẽtibus. Perinde ac si inquiat: Si eñ ad gẽtes erat illius nomen per me deferendũ, quo pacto & gentibus circuncisionem prædicauerim?

Continuo nõ acquieui carni & sanguini. ⌋ Hoc est, nequaq̃ me ad apostolos colloquendi gratia cõtuli. Hos nanq; carnẽ vocat & sanguinẽ, à natura eos denominãs. Vel simpliciter de vniuerso hoĩm genere loquit, perinde ac si dicat: A nemine ipse mortaliũ quicq̃ perdidici. Vel forte de necessariȷs & sanguine sibi coniunctis nunc dicit: quia nulla illoꝝ habita ratione, protinus se ad Christi nomen vulgandum contulerit.

Neq; veni Hierosolymã ad intercessores meos apl̃os. ⌋ Cur Paulus his vtitur verbis, nũ adeo erat cæcitate offusus, vt satis se tãtæ rei factuꝝ virtute propria existimaret: nec crederet vllo se indigere ad eã rem cõsultore? Cur eñ dicẽtẽ illũ nõ intellexit? Ne sapiẽs sis apud teipsum, & heu q̃ sibiȷpsis sapiẽtes vident, q̃d tñ procul à Paulo absuit, q̃ hæc dicere cogebat, nõ quo se magnificaret, sed vt detractores frenaret, qui passim iactarent ꝑter se reliq̃s nõ esse sectãdos apostolos, q̃ vel ipsum dignitate ꝑcederẽt. Erat quippe nil æquũ, vt qui deũ habuerat instructorẽ, humanæ demũ doctrinæ studeret. Nõ igitur arrogãter hoc loquit, sed vt ꝑdicatiõis patefaciat dignitatẽ. Cõcessit tñ & Hierosolymã lõge post, nõ discẽdi grã, sed aliȷs ꝑsuadẽdi. Deinde haudquaq̃ statim reuertit, in ipsis videlicet fidei susceptæ primordiȷs, sed longo post tẽpore repetiȷt Hierosolymam, & tunc quidẽ persuadẽdæ fidei gratia. Acto.26

Sed abiȷ in Arabiã, & iteꝝ reuersus sum. ⌋ Incultiora sane hęc loca & pene agrestia pagrabat. Nã si fuisset apud apl̃os cõmoratus, poterat forsitan eius ꝑdicatio interpellari, ne celeriter adeo euãgeliũ vulgaret. Et ideo ad rudiores gẽtes & loca minus exculta se cõferebat. Attende Pauli humilitatẽ, q̃ ciuitatib⁹ & locis enũeratis, in q̃bus euãgeliũ ꝑdicasset, nequaq̃ expresserit q̃t hoĩm millia ad fidẽ traduxit. Qui vel Damasci Iudæos adeo cõfundebat, vt vel à ꝑside ciuitatis ꝑpessus insidias sit. Fit ergo vt haudquaq̃ iactãtiæ & laudis gratia dicat, q̃ videt de se ingẽtia ꝑdicare, sed ne illius ꝑdicatio offendat, si fides ꝑdicãdi sibi detraheret. Quãdoquidẽ vilẽ eum & parui momẽti dicerẽt detractores & discipuloꝝ discipulum.

Deinde post annos tres veni Hierosolymã videre Petrũ. ⌋ Vel hoc quidẽ ꝑfert humilitatẽ: siquidẽ qui tantas res gesserat, ad Petrũ se contulit: nõ vtilitatis cuiuspiam gratia, sed visendi, vt eũ qui eẽt ætate prouectior, veneraret & magnificaret. Et quẽadmodũ ipsi viros sanctitate ornatos visum procedimus, tametsi ipsi id agimus, vt aliquid virtute proficiam⁹: ita & Paulus honoris duntaxat gratia, vt Petrum spectaret, accessit.

Et mãsi apud eũ diebus quindecim. ⌋ Quod Petrũ hic viserit, delatũ ꝑtendit honorem.

Quod secū manserit, charitatis est summæ & amicitiæ argumentū. Non eñ ab eo edoctus sum aliquid, dicit, sed apud eū dies quindecim mansi, hoc est, cum eo. C

Aliū aūt apostolo℞ vidi neminē, nisi Iacobū fratrē dñi. ⌋Petrū spectādi cupiditate Hierosolymā iuit, adeo illū venerabat̃ & coluit. Vidit ꝑterea & Iacobū, quē honoris causa dñi fratrē appellat, tametsi erat necessitudine dño iunctus, propinquitate ac vulgata quadā hominū opiniōe. Cleophes nāq; & Ioseph germani fuere: Cleophes nullis relictis liberis, vita excessit. Huic semē excitauit Ioseph, suscepitq; filios, Iacobū, & reliqs fratres, & Mariā, quā Cleophæ esse, & Mariæ Christi genitricis sororē, euangeliū asserit. In hac itaq; beatissima virgine tutanda, patris curam exhibuit Ioseph, non viri affectum seruauit.

Cleophes & Ioseph germani fuere.

Quæ aūt scribo vobis, ecce corā deo, qa nō mentior. ⌋Tanq̃ esset pœnas in iudicio subiturus, ita verbis & oratiōe contēdit, vt fide nō indignus appareat, & veridicus deprehēdat̃.

Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Erā aūt ignotus facie ecclesijs Iudeæ, q̃ erant in Chr°: tm̃ aūt auditū habebāt, qm̃ qui ꝑsequebat̃ nos aliqñ, nūc euāgelizat fidē. ⌋Cū per causam Petrū visendi Iudæā adijsset, ex ea rursum abscessit: tū quia eēt gētibus ad ꝑdicandū iam destinatus, tū qa minus æquo animo ferret, fundamētis maximas moles imponere, quæ alij haud firma iecissent. Et ideo inqt: Erā equidē Christianis, q in Iudæa tūc versarent̃, incognitus facie. Qui ergo fieri poterat, vt circūcisionē his ꝑdicarē, qbus nō essem ex facie notior? Ob id nāq; Pauli facta hi detrectabāt, qa in Iudæa de circūcisiōne iā ꝑdicasset. Vnde hoc infert, dūtaxat auditu pceperant, qa ad Christū essem cōuersus, & hūc ipsum mox prædicarē.

Et in me glorificabāt deū. ⌋Vel humilitatē his ꝓtulit dictis, qa nihil de se ad iactantiā dixerit, sed mirabant̃ (inquit) meā cōuersionē, & stupebāt. Quo fit, vt eā rem oēm deo adscribat. Inquit eñ, deū glorificabāt & efferebāt laudibus, qui rem tantā esset in me operatus.

CAPVT II.

Deinde post annos quatuordecim, iter℞ ascēdi Hierosolymā cū Barnaba, assumpto Tito. Ascendi aūt scdm̄ reuelatiōnē. ⌋Prioris ascensus occasionem Petrus exhibuit, quē visere cupiebat. Secūdi, reuelatio ipsa. Titū vero & Barnabam prædicationis suæ secum vnà testes reduxit, eo q̃ hæc res grata sit apostolis visa.

Acto. 15

Et cōtuli cū illis euangeliū q̃d prædico gentibus. ⌋Hoc est, q̃d absq; circūcisionis mētione per me ꝑdicat̃. Quæret aliqs: Quāobrē euangeliū hoc tam longo post tp̄is interuallo cū apostolis cōtulit, q̃d erat initio statim cū his cōferendū, & intelligēdū, vtrū recte an minime iter accelleraret? Esset vtiq; insipiētiæ accēsendum, vt ei q festinus adeo curreret, & regiones tā multas iā peragrasset, si lōge post pdiscendū fuisset, vtrū cucurrisset in vanū, nec ne. At si ob id Hierosolymā repetebat vt certior de proprio cursu efficeret̃, visum eēt id plane absurdius. Sed cū multos videret iri offensum, animaduertētes Petrū circūcisionē admittere, & prohibere, eoq; & legē præuaricatū existimātes, ex spūs reuelatiōe iterato Hierosolymā petijt, spū eodē vt eo pergeret suggerēte, vt hi q fuerant hac dissensione offensi, ꝑsuasum haberēt nihil à Petri ꝑdicatione differre, q̃d ipse iam prædicasset, crederētq; qui circūcisionē etiā permisissent, dispēsatione quadam ꝑmittere. Qn̄quidē & circuncisis euangeliū prædicarēt. Cur ergo id factū absurdū debet & iniquū videri, ꝑsertim cū spiritus ipse alios tunc dirigēdi gratia Paulum instigaret, vt iter Hierosolymam versus remetiretur? D

Paulus cur Hierosolymā reuersus.

Seorsum aūt his qui videbant̃ aliquid eē. ⌋Qm̄ erāt (vt diximus) ea re ꝑmulti offensi, seorsum, q cū Petro essent alloquit̃ Paulus, ne factio aliqua oriret̃, & acrior longe q̃ erat accepta, excitaret̃ discordia. Erāt nāq; fere innumeri, q ægre ferrēt, circuncisionē apostolū inanē iam & superuacanam reddidisse. Quocirca, si publice prædicantē hūc audissent, & eā tollentē, nimis tumultuatū forsitan p auditores deniq; foret, & oīa obturbata. Propterea igit̃ seorsum cōcionatur Titū habēs in testē & Barnabā, q apud oēs possent bona venia cōfirmare, cæteris apostolis visum, haudquaq̃ aliud prædicandum q̃ ipse iam ꝑdicasset. Qui vident̃ aliqd eē, cū inquit: nequaq̃ his apostolus imminuit dignitatē, sed eos potius vt sua, sic & aliorum sentētia comprobet, quēadmodū & de seipso iā dixerat: Qm̄ videor & ipse spm̄ dei habere. Neq; eñ id dixit, vt spiritū sese habere negaret, sed vt cōmunē induceret opinionē id affirmantium, qui videbātur aūt aliquid eē, hoc est, qui magni sunt & præclari.

1. Cor. 7

Ne forte in vacuum currerē aut cucurrissem. ⌋Hoc est, vt eos commonefaciam, quos ipse perculerim, nil prorsus inanē meum esse decursum. Non vt ego ab his aliquid discam, quippe cui à patre, & filius sit reuelatus & filij euangelium.

Sed neq; Titus q mecū erat, cū eēt gētilis, cōpulsus ē circūcidi. ⌋Cū Titus (inqt) eēt incircuncisus, haudquaq̃ circūcidi cōpulsus est, q̃d fanè maximo est argumēto, neq; apl̃os ipsos, nisi dispēsatione quadā & arte, ne circūcisos fideles offenderēt, circūcisionē hāc permisisse, neve Pauli prædicatiōnē detrectādi haberēt occasionē, cuius discipulus eēt incircuncisus.

Sed propter subintroductos falsos frēs, qui subintroierūt explorare libertatē nostrā, quā habem⁹ in Christo Iesu, vt nos in seruitutē redigerēt. ⌋Perinde ac si dicat: Nō eñ pro indu

ctijs

A ẽtitijs fratribus circũcidi cõpulsus est Titus, hoc est, Vel si þsentes essent, mihi q aduersantur haudquaq̃ illorũ respectu, veri apli Titũ, vt circũcideret, cõpellerẽt. Verũ q̃ pacto falsos hos frẽs, q circũcisionẽ induxerint, nũcupat, qñquidẽ vel hanc ipsam apostoli excepissent? Quia cũ apli credẽtibus, lõge anteq̃ ad fidẽ venissent circũcisis, vt ad eorũ solamẽ aliqd indulgerẽt circũcisionẽ hmõi admittebãt: vtpote q apud Iudæos & cõcionarent & euãgeliũ þdicarẽt, q circũcisi iã erãt, & lege in primis circũcisionẽ sanxissent, tanq̃ legẽ ipsam tutantes, Quocirca falsorũ his fratrũ indidit nomen. Quinetiã cũ subintrogressi sunt inqt, latẽtes illorũ þtẽdit insidias, eoq; & libertatẽ hos nostrã cõplorasse affirmat. Vnde & hostes hos esse designat. Exploratores nãq; dimissi, nihil ob aliud clãdestino ingressu subeũt castra, nisi vt hostiũ perspectis cõditionibus, delere illos & subigere queãt facilius. Qđ sane & hi factitabãt, Nã quales essent circũcisi perscrutabant, q in Christo haberẽt libertatẽ, hoc est, q nequaq̃ legi subiecti essent, vt eos deprehẽdãt, cogãtq; circũcidi, & nos iterato legis seruitute obstringãt, qua Christus exemit. Inde igit liquet, aplos eo promisisse quæ legis essent, vt pedetentim à legis subtraherent seruitute. Hi vero cõtra, vt seruitutẽ huiusmodi stabilirent, machinabantur.

Circũcisio þmissa ab aplis per indulgentiã.

Quibus neq; ad horam cessimus subiectioni, vt veritas euangelij permaneat apud vos.] Nec verbo dixit, sed subiectioni: quippe qui id nõ instruendi nos gratia facerẽt, sed vt subactos redderent & seruituti obnoxios. Vnde & apostolis quidẽ nos cessimus inquit, his vero qui circuncisionem inducunt, nequaq̃ vt firmiora permaneant & indubitata, quæ vobis ipsi iam þdicauimus, Cuiusmodi illa fuerint, si quæras, hæc equidẽ dixerim. Et quia vetera transiere, & lex ipsa inanis sit & vacua reddita, & demũ quia circũcisos, nil vltra Chrs admittat nec iuuet. Illis itaq; obsistẽdo docuimus vera eẽ, quæ vobis de legis vacuatione prædiximus. Nolite ergo à veritate eiusmodi per me prædicata procul abesse.

Ab his aũt q videbant esse aliquid, quales aliqñ fuerint, nihil mea interest. Deus enĩ persona hoĩs nõ accipit.] Quoniã nec immerito posset hocloco quisq̃ hunc in modũ occurrere. Deute 10
Cur ergo, si res ita se habet vt inquis, circuncisionẽ apostoli iniunxere? Soluit itaq; obiectio Iob 34
nem hanc Paulus, tametsi non certã rei huiusce causam exprimat, quẽadmodũ videlicet dis Sapient. 6
pensationis cuiusdã gratia (vt dictũ est) circuncisionẽ permisissent apostoli. Ne forte qui ex Roman. 2
Iudæis crediderant: hac ipsa de causa, ab apostolis ipsis descisserent, vt qui eorũ soluerẽt legẽ, cũ interea his inhærerẽt, quia legẽ viderẽtur tutari. Hanc itaq; rationẽ (vt dixi) occultat

B aplus. Vrget aũt hoc loco valde apostolos, inquiens: Nihil mea interest, hoc est, nulla de his mihi est cura, qui aliquid eẽ vident, apostolis. s. qui þstantiores sint, siue circuncisionẽ hanc þdicent, siue minime. Ipsi nãq; hac de re deo sunt rationẽ aliqñ reddituri, neq; enĩ illorũ psonã, quia & dignitate þstent, & aliorũ sint principes, verebit deus, quippe q nullius psonã accipiat. Aduerte aũt, quẽadmodũ haudquaq̃, quales aliqñ sunt, dixerit, sed quales fuere, vt ostẽdat intermisisse illos pristinã suã cõsuetudinẽ, cũ vbiq; clarescat Chri þconiũ. Hoc aũt intulit Paulus, nõ vt sanctos cõtemnat, sed vt auditoribus ipsis aliquid conferat vtilitatis.

Mihi enim qui videbant esse aliquid, nihil cõtulerũt.] Illi (inquit) qualescunq; fuere, deo sunt curæ. Id vero exploratũ habeo & compertũ, istiusmodi scilicet apostolos, nil mihi aduersatos fuisse, neq; his, quæ iam prædicauerim, vel addidisse aliquid vel subtraxisse.

Sed cõtra, cũ vidissent q creditũ est mihi euãgeliũ þputij, sicut & Petro circũcisiõis (Qui enĩ operatus est Petro in apostolatũ circũcisionis, operatus est & mihi inter gẽtes) & cũ cognouissent grãm q̃ data est mihi, Iacobus & Cephas & Iohãnes, q videbant colũnæ eẽ, dextras dederũt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gẽtes, ipsi aũt in circũcisionẽ.] Nonnulli hęc ita interþtati sunt, pinde ac si dicat, Non mõ q̃ ipse þdicãdo ptulerim nil emẽdarũt, sed qđ cõtra est, correcti à me fuere & castigati. Quod tñ longe est secus. Qui enĩ hi poterãt castigari, qbus nihil ad psectionẽ deesset? Verũ id hoc loco sentit aplus, videlicet cõtra, dextras mihi iunxere societatis, postea alia q̃ subsequunt, sunt interiecta: vidẽtes. s. qm̃ creditũ mihi est circũcisionis euãgeliũ, & reliqua. Et adeo (inqt) vt dicta mea reprehẽderẽt, lõge hi abfuere, vt etiã probarẽt & cõuenirent, vt ipse quidẽ & Barnabas in þputiũ inter gẽtes euangeliũ vulgaremus, ipsi vero incircũcisionẽ, hoc est, Iudæis euãgelizarent. Circũcisionẽ aũt & þputium, haudquaq̃ vt rẽ ipsam exprimeret, ponit: sed, vt incircũcisos & circuncisos designet.
Quinetiã parẽ hoc loco se Petro demõstrat. Nã q Petro operatus est (inqt) in aplatũ circũ Paulus Pe
cisionis, operatus est mihi inter gentes. Aduerte aũt, quẽadmodũ nõ solũ aplos iuuerit Pau- tro se parẽ
li þdicatio, quin & deo placita sit. Apostoli nãq; cũ cognouissent grãm dei, nõ audissent, di- demõstrat
xit, hoc est, cũ ex literis ipsis diuinæ grẽ notionẽ hmõi habuissent. Quo enĩ pacto id mihi de se þconiũ demãdasset, nisi fuisset hoc illi pergratũ? Proinde nec sine eorũ laude hosipsos commemorat, inquiens. Nã q columnæ vident, hoc est, þstantes illi, quos vbiq; terrarũ vniuersi miris efferũt laudibus, mox testabant deo meo id eẽ acceptũ præconiũ, eoq; & dextras mihi dedere, hoc est, cõuenere illi secũ, & me sibi cõsociarunt, & præ se tulerunt eis eẽ oblectamento, quod nos prædicamus, qñquidem nil nostra ab eorum dissentiat prædicatio.

Tantũ vt pauperũ memores essemus, q̃d etiã solicitus fui hoc ipsum facere. ⌋ Partiti, inquit, inter nos sumus, quosnã prædicando instrueremus. Pauperes tamẽ quoq; curam suscepimus, nihil spreuimus, sed vnà cũ illis curamus. Erãt enim Hierosolymis cõplures credentium, quoꝝ bona direpta à pfidis Iudæis fuissent, ita vt necessarijs ipsis ad vitã carerẽt. Non em̃ acerbe adeo suos q̃ fidẽ susceperãt, insectabãtur gẽtiles, vt in Christianos deseuiebãt Iudæi, qui eoꝝ ex gñe Christũ essent sectati. Idcirco Paulus suos oẽs enixe intendit neruos, vt illis prospiceret. Quod sane & ipse fatetur, cũ inquit: Diligẽtior fui idipsum facere. Nã collecta vndiq; & ab his conquisita, quos ad fidẽ instituerat, ad pauperes hos deferebat.

Cur Petro Paulus restitit.

Cum aũt venisset Petrus Antiochiã, in faciẽ eius restiti. ⌋ Putãt hoc loco nonnulli Paulũ hypocrisis Petrũ insimulasse, q̃d tñ est lõge secus. Nã quæcũq; in Petrũ videt vel dixisse, vel egisse apostolus, dispẽsatione quadã per eũ & dicta sunt & peracta. Petrus siquidẽ, cũ Hierosolymis eẽt, circũcidi q̃ credidissent Iudæos pmiserat: existimãs haudquaq̃ fas eẽ, repente illos à lege diuellere, ne acrius exacerbaret. Antiochiã vero cũ se cõtulisset, cũ ethnicis & cibũ sumebat. Cõmigrantibus itaq; ex Hierosolymis viris quibusdã in Anthiochiã, subtrahebat se Petrus ab ethnicis, ne Hierosolymitanos offenderet, simul & ne iustã Paulo occasionẽ pberet, se increpãdi, eoq́; castigantẽ hũc sustinet. Erat em̃ futuꝝ, vt magistro increpito & obticente, ad meliora se cõferrẽt discipuli. Quod aũt ille in faciẽ restitit, arguit vtiq; cõtentionẽ inter hos aliquã fuisse subortã. Nõ em̃ de discipulis inter se cõtendebãt, q̃d hauddubie illos plurimũ offendisset, sed cõstat quidẽ altercationẽ hmõi discipulis emẽdationi fuisse. Cũ enim nihil cõtradiceret Petrus, perspicuũ erat, pergrata illa fuisse quæ à Paulo obijcerẽtur.

Petrus timebat a Paulo reprehendi.

Quia reprehensibilis erat. ⌋ Nõ solũ erat à me ille redarguẽdus, sed ab alijs etiã, qui hmõi dispẽsationis causam ignorarẽt, existimãtibus forsan per hypocrisin potius illud, & simulationẽ effectũ, vt Hierosolymitanis absentibus cũ ethnicis vesceret: pręsentibus vero ab eorũ conuiuio destitisset. Nõnulli vero sic sentiunt, ꝙ Petrus videlicet ea eẽt de causa iure coarguendus, quia cum Cornelio cibum sumpsisset, à cuius vescendi commercio se ne rursum argueretur, subtraxerit, subtractoq́; indignabundus obstiterit Paulus.

Act.10

Prius enim q̃ venirẽt quidã à Iacobo, cũ gẽtibus edebat. Cum aũt venissent, subtrahebat & segregabat se, timẽs eos qui ex circũcisione erant. ⌋ Explicat & reprehensionis causam. Iacobus is domini frater erat, qui & Hierosolymis prædicabat, vtpote qui in his, episcopi officio fungeretur. Ab hoc igitur nonnulli, qui ex Iudæis crediderant, etsi à lege penderet, dimissi sunt, vt Anthiochiam peterẽt. Hos, postq̃ eo peruenere, Petrus mox cõspicatus, veritus, non sibi periculum, sed ne illi offensi à fide desciscerent, se ab ethnicorum conuersatione subduxit. Huius causæ cum essent pleriq; ignari, Petrum criminabantur. D

Et simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceret ab eis in illam simulationẽ. ⌋ Rem ipsam, quæ gesta sit, hypocrisim dicit. Neq; em̃ voluit Petri mentẽ retegere, quinetiam superuacaneam illoꝝ legis obseruationẽ hypocrisin nuncupat, vt radicitus tollat hunc animi in legem affectum. Cæteros aũt Iudæos eos appellat, qui ex Iudæis in Antiochia credidissent, desugerentq́; incircuncisorum commertia.

Sed cũ vidissem, ꝙ nõ recte ambularẽt ad veritatẽ euãgelij, dixi Cephę corã oĩbus. ⌋ Nec te id dictũ obturbet. Nõ em̃ ad Petꝝ cõdẽnandi hoc gr̃a dixit, sed ob futuꝝ mox Iudæis pfectũ, cũ Petrũ, q̃a legi inhæserat, audissent increpitũ: perinde ac si dicat: Si ille legis de causa obiurgat, q̃d demũ estis vos ppessuri? Idcirco nãq; oĩm hũc in cõspectu redarguit, vt id audiẽtes, legẽ sectari acri⁹ reformidarẽt. Cũ Petrus, q̃ tã solidũ eẽt ecclesiæ substẽtaculũ, Pauli increpatiõe affect⁹, nil habeat q̃d cõtra possit afferre vel excusare. Quidã vero nequaq̃ Petꝝ eximiũ illũ & pstãtẽ Chr̃i sectatorẽ, à Paulo fuisse increpitũ asseuerãt, sed aliũ quẽdã ex duobus illis & septuaginta, Cephã noĩe. Ad q̃d cõfirmandũ, id argumẽtũ producit, dicẽs: Neq; em̃ dicebat, vt q̃ initio causam explicauerit facti, q̃a cũ Cornelio sit epulat⁹, excusassetq́; q̃a offensum aliq̃s iret, si minus circũcisiõe assentiret, vt castigatiõe iteꝝ indigeret. Sed audi vir prudẽtissime, neq; em̃ vel ipsi Petrũ asserimus, q̃si nesciũ quid ea in re fieri oportuisset, fuisse à Paulo castigatum, sed vltro dicimus subijsse cõuitia, vt exemplo cæteris ad tolerãtiã esset.

Sed tu cum Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iudaice, q̃uo gentes cogis Iudaizare? ⌋ Vniuersis fere istiusmodi inclamat apostolus, vestrum inquiẽs imitamini præceptorẽ, ecce nanq; & is cum esset natione Iudæus, cum gentilibus vescebat. Aduerte aũt quemadmodũ nil Petrũ incuset, ob legis vetustæ obseruationẽ, sed discipuloꝝ respectu, qui essent gentiles, sit illi iurgatus, vt qui hos fuerit ad circuncisionẽ hortatus, & Iudaicos sectari ritus impulerit. Erat enim hoc pacto futuꝝ, vt eius videretur acceptior prædicatio.

Chr̃s cum gentilibus vescebat.

Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. ⌋ Natura, hoc est, proselyti nõ sumus, sed progenitoribus orti Iudæis, & simul cum lege educati, omissa pristina, in qua coaluimus vita, ad Christi fidem confugimus.

Sciẽtes ꝙ nõ iustificat homo ex operibus legis, nisi per fidẽ Iesu Chr̃i, & nos in Christo

A Iesu credamus, vt iustificemur ex fide Chri & non ex opibus legis, ppter q̄d ex opibus legis nõ iustificabit oĩs caro. ⌋Vide q̄ libere & nihil hæsitãs oĩa ploq̄tur. Nõ em̄, inqt, legē reliq-mus, qa iniqor, sed qa infirmior eēt & impotēs iustificationē largiri. Nã exeq illius opa poterat nemo, qa grauia erãt, nec factu facilia. Nõ opm magnitudine, sed vilitate potius. V l'alr: Quia nil aĩam sctificaret lex illa, sed corporis sordes dilueret: ergo superuacanea esse couincit circuncisio. Et in pgressu orõnis sic inquiet, periculosa est lex, & à Christo nos alienans Roma. 3.

Quod si q̄rẽtes iustificari in Chr̃o, inuẽti sumus & ipsi pctõres, nunqd Chr̃s pcti minister est? ⌋Quæsiuimus, inqt, relicta lege in Chr̃o iustificari, sed & vos affirmatis, legē relinquere, delicti loco haberi. Ob id igit in pctm̃ nos Chr̃s cõiecit q̄nquidē eius de cã q̄ legis sunt, reliquimus omnia? Fit itaq; vt non solum nihil nos deus (vt ipsi fatemini) iustificauerit, sed ex eiusmodi eius omittendæ legis persuasione, maiorē nobis condẽnationē subministrarit.

Absit. ⌋In re sane absurda dicẽdo pgressus, nulla opus habuit pbatiõe, sed cõtentus procul hæc à se reiecisse, quod facere semper in his q̄ minus optanda sunt cõsueuit. Absit, dixit.

Si em̄ q̄ destruxi, itex hęc reædifico, ptæuaricatorē me cõstituo. ⌋Attẽde Pauli prudẽtiã. Ferebãt nanq; illi q legē solueret, legis esse p̄uaricatorē. Is vero lõge cõtra rē se hr̃e demonstrat. Nã q legē, inqt, seruarit, legis ē p̄uaricatiõi obnoxi⁹, qppe qa nõ fidē solũ, sed legē ipam trãsgreditur. Lex em̄, ait, me ad fidē duxit, suasitq; vt sese obmitterem quemadmodũ paulo post dicturus est. Interea vero legem ipsam cessasse affirmat, & inanē esse iã redditã, & idcirco hisce ex rebus illam adstruimus, quibus deleuimus ab ea deficientes. Si itaq; statuere eandem cõtendimus, p̄uaricatores efficimur, vtpote quia ea statuamus, quæ sunt à deo abolita.

Ego em̄ p legē legi mortu⁹ sum. ⌋Cõfirmat qbus sustulerit legē modis. Ait nãq; p grĩę & Leui. 29
euãgelij legē, legi Moysi demortuus sum. Vel qa mortuus legi p legē inqt, hoc ē, lex ipsa q̄ Ezechi. 34.
mihi fuit ad Chr̃m p̄uia, ne amplius legi vacarē, cũ Moysi, tũ pphetax verbis suasit. Si itaq; Exod. 21.
rursum illi intẽderim, eius hauddubie trãsgressor fuerim. Vel interpretari hoc ipm in hanc Leui. 20
sentẽtiã põt. Iubebat lex ipsa, eũ q legis scripta minus exequeret, & supplicijs, & nece affici. Nume. 35
Cũ ita perfici ea nõ possent, q̄tũ in lege est, morte afficior. Nolim igit quippiã mihi lex ipsa Deute. 22.
iniungat, vt q̄tum interest sua, mortuus sim, & aĩæ morti adstringar. Q̄nquidem crimini detur, cum nequeã eius iussa peragere. Proinde & corporis subierim mortē, q̄ad vel morti sim à lege adiudicatus. Quo igitur pacto legi intenderim aĩm, quæ mihi interitum sit allatura.

Vt deo viuã, Christo crucifixus sum cruci. ⌋Ne quis dixerit, quo pacto viuis, cũ mortuus

B fis? Lex quidem, inquit, vel viuentem me sustulit. Christus vero etsi mortuum me exceperit, vitæ reddidit spiritali, quia cũ eo sum baptismi gratia cruci affixus. Vnde duplici modo debet id mirx videri, tum quia & mortuum viuificarit, tum quia per mortem vitã restituit.

Viuo aũt iã nõ ego, viuit aũt in me Chr̃s. ⌋Cũ, inqt, cruci sum Chr̃o cõfixus, baptismum prætẽdit. Cũ vero viuo ego, q̄ in postex post baptismũ viuit, vitã demõstrat. Viuit autē in me Chr̃s, hoc est, nihil in me geritur q̄d nõ fit p illius arbitrio gestũ, quinimo tanq̄ dñs ille prępotens in me oĩa peragit. Quinetiam vel nostra est voluntas demortua, viuit vero illius & hanc vitam nostram moderatur. Si ergo vixerim ego in Chr̃o, aliam quandã quàm quæ legi insit, dego vitam, & legi sum ipse demortuus, ita vt nihil quod legis sit, queam seruare.

Quod aũt nũc viuo in carne, in fide viuo filij dei. ⌋ Quę retuli, inquit, de spiritali dicta sunt vita. Nec minus vel sensibilē mihi cõperies à Chr̃o inesse. Lex em̄ ipsa si neq̄q̄ seruet, omnes reddit peccato obnoxios, & tormẽtis supponit. Nec phibet q̄ minus om̄es vt p̄uaricatores perdantur, quemadmodum in diluuio contigit. Christus vero adueniens sua morte iustificatos à damnatione exemit. Quo fit, vt sensibili hac, quam in carne dicimus, vita: ob nostram in Christo fidem, nos potiamur, quę & nos iustos effecit, & à legis dãnatione eripuit.

Qui dilexit me, & tradidit seip̄m p me. ⌋Atqui etsi p oĩbus seip̄m tradidit Chr̃s, æqueve oẽs psecutus est charitate. Paulus tñ aduertẽs quãtis nos ille exemerit malis, & q̄libus donis affecerit, charitate ipsa accensus, q̄d cũctis erat cõe, propriũ facit: quemadmodũ & pphetæ
cũ dicerent: Deus deus meus. Simul etiã patefacit, haud secus debere singulos deo gr̃as age- Psalm. 17.
re, ac si p priuata dũtaxat eox salute mortē obierit. Prætendit insup & illud, Chr̃m vc; pro 62. 117. 145
omnibus mortem subijsse, solos tñ qui in eum crediderint, illius fuisse bñficijs vsos. Quo fit, Esa. 12. 44.
vt qui legē attenderit, necessario arguat Chr̃m pro se minime obijsse. Quo ergo pacto non id ipse horrescis, qui legem repetẽs inanem fuisse & euanidam Chri mortem ostẽdis? Nota aũt id dictum, qui tradidit seipsum, aduersus Arrianos facere plurimum, q cõtra sentiunt.

Non abijcio gratiam dei. ⌋Concludit tandem, & inquit: Haudquaquam abiecerim, nec repudiarim, quam mihi deus largitus est gratiam, qui me sua morte nullis legis operibus iustificauit, eoq; nec legi animum sum adiecturus.

Si enim per legem iustitia, ergo gratis Chr̃s mortuus est. ⌋ Si em̄ lex, inquit, & salutē parare, & iustificationē poterit: gratis ergo & frustra mortē obijt Chr̃s. Qui ideo mortuus est vt sua morte saluos nos redderet: q̄s saluare lex ipsa neqbat. Quod si facere legi id licuisset,

profecto superuacanea Christi mors extitisset. Quod si ipse asseueraueris, vides quo impietus progressura esset blasphemia. C

CAPVT III.

Capit. 1. Ex fide nõ ex lege sanctitas.

Matth. 5.

O Insensati Galatæ, qs vos fascinauit nõ obedire veritati? ⌋ Vos eqdẽ dixerim insensatos, qñquidẽ fide, nõ lege sctitas cõstat. Ex supioribus aũt cũ oñdisset, nõ ab hominib⁹ accepisse mun⁹ illud aplatus, nec hoĩm intercessu fidẽ sibi vẽdicasset, habereto hos psuasos, licẽti⁹ disserit. Collaturusq cũ fide & legẽ, demẽtes illos primo appellat. Nec tanq̃ sit ipse legẽ puaricatus, sed pinde ac illã enixi⁹ obseruasset, id dixit. Neq; enĩ q simplr frẽm stultitię arguit, reus futur⁹ ẽ, sed q frustra, & sine cã. Galatę vero iure optimo insensati sunt dicti, qa tot bona, aĩo & cogitatõe haudq̃q̃ cõplecterent, inaneq & supuacaneã reddiderint Chri mortẽ. Aduerte aũt queadmodũ post multa indicia & argumẽta, illis cõuiciet, moxq & offensos forsitã mitiget. Neq; enĩ dixit, qs vos seduxit, sed qs fascinauit, hoc ẽ, qs inuidet, arguẽs ob inuidiã potius & liuorẽ, nõ cura & puidẽtia, nõnullos illis legi eẽ obtẽperãdũ, psuasisse. Neq; id egisse tãq̃ q̃d deesset mox suffecturi, sed ea q̃ sunt vel certiora imminuãt. Sic enĩ facere cõsueuit inuidia. Neq; vt eiusmodi vim p se habeat liuor, id dixit, sed qa mgroꝝ impulsu, q hac pciti inuidia sunt, ad ea illi peruenerint, & legẽ sectẽtur.

Añ q̃rꝝ oculos Iesus Chrs pscriptus est, & in vobis crucifixus. ⌋ Cõstat sane Hierosolymis fuisse Iesum cruci affixũ, cur ergo añ hoꝝ oculos ait, & in vobis in patibulũ hunc fuisse sublatũ? Quia fidei oculis lõge acrius hi cõspexere, q̃ qui pñtes fuere, & cõspicati sunt. Illoꝝ nãq pleriq; ex eo corpali aspectu, nihil retulere vtilitatis. Hi vero qui nequaq̃ oculis crucẽ pspexerũt, p fidẽ lõge melius sunt cõtẽplati. Proscriptus itaq; Chrs ẽ pdicatõe, depictus ẽ & designatus: vt vero pdicatiõi fidem præbentes, perinde ac præsentem vidistis. Enĩuero Galatis hæc in laudẽ & in vituperationẽ cõcedũt. In laudẽ quidẽ, quia tãta cũ certitudine q̃ de Christo sunt dicta, exceperint. In vituperationem, quia ab eo quem nudum per fidẽ viderunt ligno suffixum, & mortuum, deficientes ad legem profugerint. Vide vt Paulus cæteris omissis, crucem in medium deferat, vt hanc attendant & sectentur fideles, non legem.

Hoc solum à vobis volo discere, ex operib⁹ legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? ⌋ Cum longiorem orationem audire vos pigeat, nec diuinæ dispensationis contemplari magnitudinem, breuibus vtar, & ad breuia hæc velim respondeatis. Vnde sanctum hunc spiritum accepistis, totve estis & virtutes, & signa operati? Num ex legis operibus, an fide? Id sane liquet, quia ex fide. Nam quandiu legi vos adhæsistis, spiritu carebatis, & virtutũ eiusmodi eratis expertes. Quo ergo pacto fidem prætereuntes, legi nunc adhæretis. D

Sic stulti estis, vt cũ spũ cepistis, nũc carne cõsumamini. ⌋ Opportune rursum in hos cõuitia cõgerit. Nã cũ indies sit aliqd sp virtuti addẽdũ, nõ mõ nil qdpiã adiecistis, sed defecisse potius q̃ perfecisse videmini. Est enĩ spũs, signa ædere, nec antea ædebatis. Carnis aũt circũcidi, qd demũ nũc maluistis. Neq; cõsumatis, ingt, sz cõsumamini, arguens eos gregis morẽ irrõnabiliũ aĩantiũ ab instructorib⁹ his q circũcisionẽ edoceãt, cõprehẽsos & circũcisos.

Tãta ppessi estis sine cã, si tñ sine cã. ⌋ Multis tẽtatiõibus Chri ob grãm vexabant, q̃d dat intelligi, cũ tãta ingt tolerastis, pinde ac si dicat: Si fueritis circũcisi, supuacanea nobis futura sunt suscepta certamina, & tot emeritis pmijs fraudarũt vos sectatores. Moxq vt illis ad pœnitentiã spẽ reditus pbeat, & si sine cã infert, tanq̃ id dicat, & si libuerit respicere, haudquaq̃ inanes erũt vri añhac suscepti labores. Pudeat ergo hæreticos q pœniam tollunt, qñqdẽ hi etsi cõfessores eẽnt, & martyres, nos tñ lapsos respuet Paulus, sz pelliciet leniter & admittet.

Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis ex operibus legis, an ex auditu fidei? ⌋ Deus (inquit) qui vobis spiritum præbet, vt & futura prædicere, & linguis loq possitis, vel signorum in vobis & prodigiorum exercet virtutes: num propter legis opa hęc mira inducit? Perinde ac per vos sit, opera hæc factitantes, propitius redditus, an per fidẽ, quam ipsi in Christum iam prætulistis? Liquet sane, quia ob fidem. Cur ergo hac derelicta, quæ vos gloriosos effecerat, ad legem abolitam iam & obsoletam, nunc diuertistis?

Gene. 15. Roma. 4. Abrahã ex fide iustificatus.

Sicut scriptum est: Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam. ⌋ Oportuit (inquit) vel maxime ex his per vos ęditis signis, fidei virtutem pernoscere, aut saltem ad vestrum conuertere oculos progenitorem. Abraham dico, cuius magna apud vos ratio, comperietis ex fide illum iustificatum. Si itaq; qui ante gratiæ tempora fuit ex fide iustificatus, longe magis qui gratia sunt hac ipsa dignati, vacare fidei debent, non legi.

Cognoscite ergo quia q ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. ⌋ Cũ vererent illi, ne lege omissa, à priarchæ exciderẽt propinquitate, quippe qua mirum in modum ducerent, longe contra rem fore nunc patefacit. Fidem vicz Abrahæ potius filios reddere, qui se consequuntur.

Gene. 22.

Prouidẽs ãt scriptura, qa ex fide iustificat gẽtes de⁹, pnũtiauit Abrahę, quia bñdicent ĩ te oẽs gẽtes. ⌋ Oñdit eos eẽ Abrahę filios qui sint fidẽ sortiti. Producit itẽ ad eã rẽ cõfirmandã ex sacris lrĩs testimoniũ illud, vicz qd per te gẽtes sunt bñdicẽdæ, hoc est, quæ fidẽ tuã imitabuntur

A buntur. Arguitq; fidem lege vetustiorem, vtpote quam Abraham ipse, anteq̃ esset lex cōdi-
ta, iustificasset. Et prophetarum vaticinio geri q̃ finem iam nacta sunt & consummata. Pro
uidens enim, inquit scriptura .i. deus ipse qui legem tulit, non ex lege, sed ex fide prædestina
uit iri hominem iustificatum. Neq; reuelauit, dixit, sed pronūciauit, vt intelligas & Abrahæ
iucunditati fuisse iustificandi hunc modū, & quod res hunc exitum habitura esset, optasse.
Igit̃ qui ex fide sunt, bñdicent̃ cū fideli Abrahā.] Cū obturbarent̃ illi & formidarent, ne Deute.27.
maledictōe obstringerent̃, si in lege nō pmāsissent. Erat qppe sacris lr̃is id demādatū. Male
dictus q nō in legis pstiterit scriptis. Lōge alr̃ se hr̃e ostēdit. Benedictus. s. fore, qui lege re-
licta, ad fidem se contulissent. Sicuti & fidelis Abraham ex fide hac benedictionem accepit.
Quicūq; em̃ ex opibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptū ē em̃: Maledictus oīs q non Ibidem.
pmāserit in oībus q̃ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea.] Ne qs forte occurrat, dicēs: Me
rito Abrahā & iustior redditus ē & bñdicto affectus, qa nōdū esset illa lex tradita. Nūc vero
velim oñdas, quēadmodū post traditā legē, fides ipsa & iustos efficiat, & bñdicat. Apit itaq;
in psentiarū Apl̃s, quēadmodū cōstat illā bñdicēdi, & iustificādi de se munus pstare, legē pec
cati causam esse, & maledicti. Nemo em̃, inqt, facere pōt, q̃ sint hac lege cōscripta. Qui vero
ea nō fecerit, execratōi erit obnoxius. Fidei ergo erit officiū, bñdictionē hanc impertiri. Cū
igit̃ nulla sit proposita noxa, frustra vos formido subibit, si à lege deficitis, execrationē hanc
pmereri. Quin potius maledictioni succūbitis, si lege vtimini, vt qui eā nequeatis implere.
Qm̃ aūt in lege nemo iustificat̃ apud deū, manifestū est, qa iustus ex fide viuit, lex aūt nō Abacuc.2.
est ex fide, sed q fecerit ea, viuet in illis.] Oñdit igit̃ lege execrabiles reddi hoīes, & maledi- Roma.1.
ctioni subesse, fide vero bñdictiones accumulari. Nūc plane demōstrat, fidē ipsam, vel solā Deut.21
iustificādi in se habere virtutē, & Abacuc dicentē inducit. Quia ex fide, non à lege, victurus
est iustus. Lex nanq; non solam exigit fidem, sed opera. Recte autem apud deum dixit. Nā
apud homines iusti forte credētur, qui legi inhæserint, quales pharisæi fuere, qui se in hoīm
conspectu iustiores prætenderent. Lex itaq; cum ob eius difficultatem haudquaq̃ iustifica-
ret, & nos execratione obstringeret, accessit gratia, facile ad iustitiam iter ostendens, qua &
iustificati bñdictionē assequimur. Patet ergo non solum ante traditam legem, fidem ipsam
benedicendi & iustificandi vim habuisse, sed post conditam magis ac magis eandē seruasse.
Chr̃s nos redemit de maledicto legis, factus p nobis maledictū, qa scriptū ē: Maledictus
B oīs q pēdet in ligno.] Ne qs forte hūc in modū occurrat. Assentior eqdē id verū esse, vt exe
crādus sit, q legē nō exequat̃, & fidē iustificādi hr̃e facultatē. Verū vnde id liquet, maledictio
nē esse sublatā? Vereor nāq; ne cū semel legis subierimus iugū, & ipsi simus maledictiōi ob-
noxij. Ostēdit itaq; Paulus maledictionē hāc per Chr̃m pretio depēso fuisse solutā. Et vt in
se eiusmodi obsecrationē cōsciseeret, à legis maledictione nos redemisse, q̃d ipse quidē desu
gerat, vtpote qui legē adimpleuit. Et nos idipm̃ subiuimus, qa legē exeq nequiuerimꝰ. Nec
secus Chr̃s nobiscū egit q̃ alius quispiā, q morti dānatū insons ipse & innoxius eximat, ne
capite ille plectatur, malens ipse pro eo mortem obire. In se itaq; Chr̃s maledictionē adsci-
uit, quia in ligno pependit, & soluit eandem, quæ hauddubie nobis impendebat pro lege nō
adimpleta, cum ipse nil esset subiectus, vt qui legem impleuerit, & peccati sit expers.
Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu.] Propterea, inquit, Christus ē
maledictum effectus, vt in gentibus, hoc est, his qui lege non vterentur, innotesceret Abra-
hæ benedictio. Et ea videlicet quæ fieret, & fide, & in Christo Iesu, hoc est, in semine Abra
hæ. Quemadmodum scriptum est: Quoniam in semine tuo benedicentur, id est, in Christo Gene.22.
qui ex te secundum carnem est ortus, in Christum scilicet credente.
Vt pollicitatioē spūs accipiamus per fidē.] Eo, inqt, collata est gētibus bñdictio, vt spm̃
p fidē accipiāt. Et qm̃ nequirēt, q adhuc maledicto essent obnoxij, hmōi excipere spm̃ per
Chr̃m maledictis abolitis, bñdictionibus donant̃. Deinceps p fidē iustificati, spiritus pmis-
sa accipiunt. Nam ea quæ Abrahæ sit pollicitus deus, spiritalia esse intelligit Paulus, & eadē
nobis esse nunc tradita, benedictionem scilicet & reliqua bona.
Fr̃es, scd̃m hoīem dico.] Quos supius dixerat insensatos, nūc fr̃es appellat. Illud em̃ auste
rioris & duri, hoc mitigātis ē & placidi. Humanū, inqt, sum vobis exēplar aliq̃d allaturus.
Tñ hoīs cōfirmatū testamētū nemo spernit, aut supordinat. Abrahæ dictæ sunt pmissio-
nes, & semini tuo. Nō dicit: Et seminibꝰ, q̃si in multis, sed q̃si in vno. Et semini tuo, q ē Chri
stus. Hoc aūt dico, testamētū cōfirmatū à deo, q̃ post q̃dringētos & triginta annos facta est Exo.12.c.
lex, nō irritū facit ad euacuandā pmissionē.] Fidē nitit̃ patefacere, veluti testamentū aliq̃d
esse ex lege vetustiorē, nec iure huic legē pponi, vñ & exēplū inducit. Si hō, inqens, fecerit
testamentū, nullus certe hoīm vel euertere id audebit, vel vltra aliqd disponet, hoc ē, aliqd
addit. Lōge ergo à deo id magis erit seruādū. Is nāq; Abrahæ testamētū instituit, vt eius ex
semine pdiret gētibus bñdictio, Abrahæ aūt semē ē Chr̃s. Nec seminibus dixit, vt Abrahæ
futuræ prolis intelligi det̃ posteritas: q̃les Iudæi fuere Israelitæ, sed semini singulari numero
protulit,

protulit,quod est Chrs.Quo ergo pacto id testamentum conuentionum dico & promissa. C
poterat lex irrita facere,ne in Christo gentes benedicantur, sed potius in legis mãdatis? Id nanq; quid aliud esset,q̃ supernacaneam dei reddere promissionem,q̃d plane absurdum est.

Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione, Abrahæ autem per repromissionem donauit deus.⌋Si lex(inquit)benedictionem largitur,vitæq; & iustitiæ facit hæredes,pollicitatio ergo ad Abrahã illa infirmior erit,& nullius momenti,q̃d tñ longe est secus.Nam q̃ pacto lex ipsa,q̃ fuit posterior,q̃d añ se fuerit, irritũ fecerit & inane testamentũ.Scd̃m autẽ hoiem dico,hoc ẽ,humanis nitor exẽplis,quæ si nequeant cũ diuinis comparari,nil mirum.

Lex cur tradita. Quid igit lex? Propter trãsgressionẽ posita est.⌋Cũ fidẽ laudibus extulisset,ostendissetq; hãc vetustate p̃cedere,oboritur tñ ex ea re obiectio quædã hmõi. Cur igitur lex tradita est si fides erat antiqor,& bñdictionẽ donabat? Rñdet itaq;, nõ frustra id,sed p̃uaricationũ gr̃a fuisse effectũ,vt pro frenis esset lex illa Iudæis,q̃ hos vel à mandatorũ q̃rundã transgressu,& si non omnium,prohiberet.Recte autem dixit, adiecta est, vt legem arguat haudquaquam vt principalem fuisse indictam sicut promissiones fuere, sed tãquam interiectam multarum præuaricationum de causa, vt Iudæos saltem vel à paucis coerceret transgressibus.

Donec veniret semen cui promiserat.⌋Nec tñ data est in perpetuum lex, sed ad Christi vsq; aduẽtum,cui promissum est fore,vt in se gentibus benediceretur.Si igitur quoad Christus aduenerit,lex tradita est,quid vltra illam sectaris?

Exodi. 20. Ordinata p angelos in manu mediatoris.⌋Data(inqt)lex est,& p angelorũ interuentum administrata.i.sacerdotũ siue ipsorũ angelorũ.Nam & tubas illas,& tonitrua, & reliq̃ signa angeli ministrabant,in manu mediatoris,hoc est,Christi.Ostendit prçterea & legem fuisse à Christo latam,quo fit,vt habeat eiusdem abrogandi,quam & condiderit,facultatem.

Propter q̃d dicit, Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chrs. ⌋Dormitantẽ & mortuũ, pc̃is immersum dicit. Est nãq; q prauis addictus est facinoribus, haud secus ac mortuus, fœtulẽtus, & dormiẽtis in mortẽ torpidus, somniãsq; & imaginãs q̃ minus subsistũt. Vt vero à pc̃is excitus resurrexit, tũc illi Chrs illuminãdo alluxerit, hoc est, vt sol his affulgebit, q excitant̃ à somno. Quãdiu enim qs in malis ꝑstiterit actiõibus, lucẽ odit, nec illã adibit. Debes tñ cõpertũ habere, q̃d somno ꝑssus à mortuo differat. Pleriq; enim etsi factitẽt mala, faciẽtibus tñ minus assentiunt̃: hi quidẽ dici capti sopore possunt, qa & celerius excitant̃: hi iure optimo mortui appellabunt̃, q difficulter reuocant̃ ad bonũ. Et illud his inclamatur, vt se tandem attollant. Neq; enim desperanda est, quæ verti in melius possit natura. Marc.4. Lucæ.8. Peccatis immersus qs.

Videte itaq; fratres, quõ caute ambuletis, non quasi insipientes. ⌋Amaritudinem adhuc & iracundiã purgat, tanq̃ ad hos istiusmodi diceret. Vos oues estis, & inter lupos versamini, efferantur in vos alij, vel qui familiarissimi sunt. Cauendum itaq;, ne cui vel inimicitiæ, vel odij præbeatis occasionem, nisi fidei gratia, vt nemo vos vlla in re calumnietur: quin potius & honorẽ cunctis deferte, & obsequentiã. Vel in his ꝓcipue nil obnitamini, in quibus fides nihil offenditur, & columbæ in morem vos gerite. Nam illud vestræ sapientiæ maximum est argumentum, si vos irreprehensibiles asseruatis, & prorsus innocuos.

Redimẽtes tẽpus. ⌋Ne varij simus & incõstantes, cõmonefacit. Sed qm̃, inqt, haudquaq̃ vestrũ est tẽpus, sed accolæ estis et cõuenæ, et à seculo alieni, nequaq̃ vobis vel honores, vel gloria, vel vltio est cõquirẽda, sed oĩa toleranter sufferte: vt vel id tpis saltẽ interea redimat̃, cũ oĩa volẽtib⁹ mala vobis ingerere, ei⁹ rei potestatẽ feceritis. Nã queadmodũ opulẽtus viro quispiã, cũ quẽpiã viderit, vt sua diripiat, et se inuadẽte vt enecet, oĩa illi eximẽdi se gr̃a ab eo

discrimine permissus est. Sic vos vniuersa offerte, vt in tuto sit caput, hoc est, fides ipsa. G

Quoniam dies mali sunt.⌋Non dierũ substantiam improbat Paulus. Lux enim horæ ac tempora dierũ substantiam præferunt. Quæ igitur potest diei inesse malignitas? Neq; enĩ idcirco quod mali sint dies detractat, sed quia in his multa contingunt quæ mala sunt. Quẽadmodum itidem ipsi vsurpare solemus, dicereq;, malum transegi diem, quia in eo aduersa obtigerint pleraq;, & quæ placeant minus, & per prauos viros ingesta.

Propterea nolite fieri imprudẽtes, sed intelligentes quæ sit volũtas dei.⌋Quoniam dies, inquit, prauos sunt homines nacti, afferentes quæ nos longe obturbent, vobis tamen qui sapientia estis exculti, curandũ est vt nullã hisce hominibus offeratis vos incessendi occasionem. Id nanq; deo est placitũ, vt nullis in rebus coargui delicti possitis, & fidem seruetis.

Nolite inebriari vino.⌋Adhuc in extirpãda ira versat. Vini nãq; immoderata potatio, & iracũdos reddit & temerarios. Quod aũt hãc vini tollat immoderãtiã, ex eo pspicuũ est.

1.Timo.3.5 Nõ enĩ, nolite vinũ bibere, inqt, sed inebriari. Nã ex mero ebrietas orit nimie hausto: quippe q̃ modice sumpto, sanitatẽ assequimur, (idipm ad Timotheũ pscribit) & lætitiã affert, vt

Psal.4.103 Dauid testat. Et itẽ scriptura: Date (inquiẽs) vinũ ns q in tristitia sunt: & ebrietatẽ siue potiũ

Prouer.31. meri effusiorẽ q in dolore. Mœstitiæ nãq; aspitatẽ & obnubilũ oẽ dissoluit ebrietas. Propterea & deus corpora nobis moderatiora effecit, vt cõtẽta sint paucis & ad aliã vitã cõtendãt.

In quo est luxuria.⌋Hoc est, huius intemperies & luxus, qui nõ solũ nil prorsus sanitatẽ tuetur, sed hanc potius perdit. Nec corpus modo, sed & animã ipsam dissoluit. Vel luxuriã

Terentij dictum. incõtinentiã dicit, quã gignit ebrietas. Friget nanq;, contrà, sine Cerere & Baccho Venus.

Sed impleamini spũ sancto, loquẽtes vobismetipsis in psalmis & hymnis & cãticis spiritalibus cãtãtes & psallẽtes in cordibus vr̃is dño.⌋Vis, inqt, affici iucũditate, fuge nimiã vini satietatẽ: vis pterea spũ sancto expleri? At sequris id vtiq;, si psallere dño consuesces. Psallentes nãq; spũ sancto opplent, vt cõtrà, impuro, q satanæ cantiões imodulant. Psallere aũt in corde, est & sensu & mẽte decãtare, nõ corde obtorto & inquieto. Ille inquã corde canit, q canẽdo deũ intentior moderat & mẽte versat. Aduerte aũt, quẽadmodũ animã iræ acerbitate & reliquis vitijs repurgatã, reddiusq; nobis clemẽtioribus & charitate insup cõmunitis, tũc & sancto spũ oppleri demõstrat. Neq; enĩ est vẽturus temere, sed veniẽs corda vobis opplebit. Cũ itaq; tãta vos spũs claritudo & splẽdor inuaserit, facilis erit ad cæteras virtutes accessus.

Gratias agentes semp pro oĩbus in noĩe dñi Iesu Chr̃i deo & patri.⌋Gratiæ semp agendæ sunt deo, non ob partã mõ quietẽ & otiũ, sed cũ aliqd patimur qd mœrore afficiat. Neq; enĩ ob bona dũtaxat nobis ab eo collata, gn etiã vel in medijs malis, & rebꝫ earũ ob grãm, q̃s vel ignoramus vel nouimus. Cũctis nãq; ex rebus vel prosperis vel aduersis afficit semp nos bñficijs deus, tãetsi idipm nos lateat. Sunt itaq; istiusmodi grẽ patri agẽdæ, in dñi nr̃i noĩe, hoc est, cũ illas agimus & Christi nomen est pferendũ, & eundẽ illũ cõplecti debemus, cuius interuentu & bona nobis plurima conferuntur, & gratiæ per nos aguntur eiusmodi. D

Subiecti inuicem in timore Chr̃i.⌋Rursum charitatẽ producit in mediũ. Hac enĩ & alternis subncimur, non rei vllius terrestris formidine, sed Chr̃i timore. Qui enĩ se inuicẽ ob Christũ subdiderint, cũ tali sint nexu deuincti, dissolui non poterunt, nec dissidium perpeti.

Mulieres viris suis subditæ sint, sicut dño.⌋Neq; enĩ temere studij plurimũ eiusmodi vxoris & viri cõiunctiõi impẽdit ap̃lus, pſertim cũ à principio deus maximã habuerit matrimonij rõnẽ. Adæ nãq; sororẽ, gn filiã potiꝰ tat qd dixi? Imo propriã deuinxit, deinceps q; hoim gñe propagato, & nuptias magis ac magis prouexit, ne charitatẽ in sola necessitudine, & p pinquis pscriberet, & vita nr̃a p hanc copulã & nuptias iuuaret. Ait igit, Mulieres viris suis subditæ sint. Nã si concors matrimoniũ fuerit, & filij recte educabunt, & serui optime instituent, & bñ habebũt, q & vicinitate nobis & amicitia erunt cõiuncti. Subditæ sint sicut dño.

Math.10 Quo ergo pacto & alibi scriptũ ẽ: Nisi qs vel vxorẽ vl̃ vitã reliqrit, nõ pt me seq. Si enĩ viro

Lucæ.18 est vt dño seruiẽdũ, cur à viro abscedẽdũ, pp̃ter dñm dicit? Quia sicut pticula, hæc, nõ semp æq̃litatẽ designat, vel ea vos inqt rõne subijcite, qa scitis vos dño subdi, cũ viro vos subditis. hoc qdẽ nõ viri pcipue grã fit, sed dei. Nã si qs principibꝰ minꝰ paruerit, deo videt obsistere, q̃to magis q̃ viro renitit, & contumax est. Contra vero, q̃ viro gesserit morẽ, deo obsequit.

Viro subiecta sit uxor. Qm̃ vir caput ẽ mulieris, sicut Chr̃s caput est ecclesiæ, I pse saluator corporis eius.⌋Rationibus adstruit necessariũ fore, vt viro se subijciat vxor. Proinde amoris materiã profert & causam, viri scilicet capitis locũ tenere. i. dñandi & prouidẽdi. Caput est enĩ, et in q̃ vxoris salus sit cõsecuta. Vxorẽ vero se viro subdẽdi, qp e q̃ sit capitis corpꝰ, hoc ẽ, viri, quẽadmodũ & Chr̃s est ecclesiæ caput, cui & pspicit, & salutaris ẽ. Et ecclesia Chr̃i ẽ corpus. Quo igit pacto non debet corpus capiti obedire, quod sui & curam suscepit, & salutem attulerit?

Sed sicut ecclesia subiecta ẽ Chr̃o, ita et mulieres viris suis in oĩbus.⌋Clarius ex hisce perdisces, qd dixerat supra, estote viris subiectæ vt dño. Oportet nanq; ita viris subesse vxores vt Chr̃o ecclesia. Si ecclesia Chr̃o subiecta est, q̃ cũ viros & mulieres cõplectit, debet ergo vxor

A vxor viro eē ſuppoſita. Dicet aliqs: Si debet vxor cūctis in rebus in viri eē arbitrio, & illi gerere morē: ergo ſi à viro ad infidelitatē cogat, & dn̄s vt immolet, erit etiam vel in ea re obſequendū? Atqui nō de infidelibus hic ſermo habet, ſed de fidelibus, ad q̄s & ſcribit apoſtolus.

Viri, diligite vxores veſtras, ſicut Chr̄s dilexit eccleſiā, & ſeipm̄ tradidit pro ea. ⌋ Vides quēadmodū vxorē huc cogit vt viro ſe ſubdat, nec ſecus q̄ Chr̄o ſubeſt eccleſia. Audi p̄terea vt cōiugē hāc tuā ames, cōpellat, nō vt in tyranni morē in hāc imperiū habeas, ſed ita vt colas, quēadmodū & Chr̄s eccleſiā. Quin etiā ſic te illius miſereat, vt Chr̄s eſt eccleſiā ipſam cōmiſeratus: vel ſi qd fuerit p te tolerādū, vel eius ſi ſit gratia moriēdū, nō illā reieceris, aut par ui æſtimabis, quippe cui tāta ſis neceſſitudine copulatus, Id ipſe forſitan feceris *. At Chr̄us talē ſe in adulteratā & maleuolā geſſit, vtq̄ is eandē quæ ſe deſugeret & auerſaret, ad ſe non iurgio & cōuitijs, vel minus pellexit, ſic ipſe, etſi vxorē tibi infenſam proſpexeris & luxuriæ deditā, prudēter beneuoleq̄ illā & blande pellicito, nil exprobrās, ſi qd fueris perpeſſus, Idē nanq̄ & Chriſtus fecit, qui eccleſiæ in ſe contumacis ob gratiam, mortem ſubiuit. adde, ob dilectam.

Vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. ⌋ Erat ergo immūda eccleſia & deformis, nil tamen hāc vel ſqualentē aſpernatus eſt dn̄s, ſic velim ipſe nec tuam habeas vxorem contemptui, vel ſi indecora ſit admodum & abiecta. Audi quid ille de eccleſia narret, cum inquit: Quæ quondā tenebræ fuit. Quid dici tenebris poteſt obſcurius? Seruientes nequitiæ & inuidiæ. Quid erit igitur vitijs hiſce impurius? Proinde cōtumaces, inſipientes & maledici: quid tandē his erit deſpectius & ſpecie magis inuiſum, alioqui tanq̄ pro decora aliqua & admiranda, mortem Chriſtus obiuit. Purificauit aūt lauacro aquæ, hoc eſt, in baptiſmi verbo & vitæ, patris ſcilicet & filij & ſpiritus ſancti nomine.

Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam. ⌋ Nec ſimpliciter purā dicit, ſed glorioſam. Quemadmodum igitur Chriſtus, inquit, bonorū eccleſiæ autor eſt, ſic ipſe velim erga vxorem te geſſeris. Vtq̄ ille animæ pulchritudinem vendicabat, ſic ipſe circa iſtiuſmodi animæ decorem nō corporis formoſitatem vacabis. Quā animæ vetuſtatem ſi ab vxore exegeris, celerrime illi hāc cōparabis, ſi eā ita inſtitues atq̄ formabis, deo adſtitues ſpū glorioſam. Amor in vxorē qualis eſſe debeat.

Nō habētē maculā aut rugā, aut aliqd hm̄oi, ſed vt ſit ſctā & īmaculata. ⌋ Ex ijs aīæ vitia patefacit. Maculæ nāq̄ & vitia p̄ferūt, q̄ recēs ſunt aīæ indita, & dilui facile p̄ſſt. Rugæ vero, q̄ tp̄is diuturnitate inueterata inhæſerint, hæc ſane īmundos reddunt, & vix abluunt. Diuinū tn̄ & iſtiuſmodi lauacrū demit vniuerſa hæc & abſtergit, ſanctoſq̄ & īmaculatos adſtituit.

B Ita & viri debēt diligere vxores vt corpa ſua. ⌋ Hoc loco vt corpa ſua, non vt maius aliqd argumētū vel neceſſariū magis appoſuit, q̄ppe qā p̄ſpicuū ſit Chr̄i in eccleſiā charitatē lōge eē p̄ſtātiorē, q̄ vt deduci debeat in exēplū. Sed illud adiecit, tanq̄ propinquus & magis cōiunctū: quippe cū Eua, p quā fœmineū p̄tendit genus, Adæ fuerit detracta ex latere. Dixit em̄: Hoc nūc os ex oſſibus meis. Sed ne qs illud obiecerit, Chr̄s qdē eo ſeipm̄ tradidit morti qa deus erat, ſide nobis neceſſitatē īponit ap̄lus: debēt inqt amare, hoc eſt, nō gr̄a res ipſa, ſed debitū eſt & neceſſitas q̄dā. Nā vxor tuū ē corpus, Chr̄i vero exēplū nō mō vt vxorē bñuolētia p̄ſequamur, cōmonefacit: ſed illā vt optimus moribus imbuamus & fide. Infert nāq̄ vt ſancta ſit & ſine macula. Carnis vero exēplū ad vxorē amandā carne dūtaxat, nō ſpū facit. Gene. 2.

Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo em̄ vnquā carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam. ⌋ Diligentius quiſq̄ ſuam carnem vt curat, ſic etiam curanda eſt vxor. Rurſum in rei huiuſce argumentum, Chriſtū producit, oſtendens, quemadmodum haud ſecus nos ille ac propriam carnem dilexerit.

Quia mēbra ſumus corpis eius de carne eius & de oſſibus eius. ⌋ Eſt em̄ & ille ex nr̄a hac carnis materia genitus, vt Eua ex Adæ cōpacta eſt corpore. Et quemadmodū tāta eſt inter hos haud falſo propinquitas, ſic nobis cū Chr̄o ſumma eſt vnitas. Vel aliter, Ex illius aūt carne cōſtamus & oſſibus: quia vt ille ex ſpū & nullo cōgreſſu progenitus ē, ſic ipſi in regenerationis lauacro vtcūq̄ ſumus myſterior̄ participes. Per baptiſmū nāq̄ confeſtim & iterato creamur. Et vt paucis dicā, id inqt ap̄lus, Summā ipſi cū Chr̄o habemus propinquitatē: quippe qui in ea forma, qua & viſus & cognitus eſt, carnis nr̄æ & ſanguinis particeps fuerit, & cauſam præbuit, vt ſpū rurſum procrearemur, quēadmodū Euæ ex Adam vt plaſmaretur.

Propter hoc relinquet hō patrē & matrē ſuā, et adhærebit vxori ſuæ, et erūt duo ī carne vna. ⌋ Ecce alia q̄dā æquitatis inſtitutio, vt genitoribus quiſpiā deſtitutis, vxori iūgat. Neq̄ cohabitabit dixit, ſed cohęrebit, inſeparabilē cōiunctionē et nexū p̄tendēs. In carne aūt vna ſimpliciter pro carne ipſa accipit. Baſilius tn̄ ſic ſentit, Erūt videlicet caro vna. Deſignat p̄terea et aliud quiddā. Erunt ſcilicet duo, vt carnē vnā conficiant, hoc eſt, vt filios pariant. Gene. 2

Sacramētū hoc magnū eſt, Ego aūt dico in Chr̄o et in eccleſia. ⌋ Vere nāq̄ debet hoc ſacramētū dici, vt eos q ſe genuerint, deſerat quiſpiā, q labores ſunt et ærūnas in generādo et educādo perpeſſi, et bñficia cōtulere innumera. Et illi inhæreat, quā nec antea viderit vnq̄, nec boni aliqd prior ipſa attulerit. Alioqui quicqd eſt ſacramēti huiuſce, vel de Chr̄o pro-

phetice dictũ ipſe acceperim. Ille nãq; patrem reliquerat, nõ loci ſeceſſu, ſed cõdeſcenſu ad carnẽ, & venit ad ſponſam, quã prius ſe ignoraſſet, & illi vno in ſpũ vnitus eſt. Qui enĩ adhæſerit dño, ſpiritũ vnum cũ eo ſortitur. Cur igitur nuptiæ improbantur, cũ has Paulus diuini ſacramenti in argumentum producat, eaſdemq; ſacramenti nomine nuncupet? C

Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſq; vxorẽ ſuã ſicut ſeipſum diligat.] Veruntamen, inquit, etſi allegorice hæc ipſe acceperim, de vxore tñ ſunt dicta. Neq; allegoria hmõi (vt ſcriptũ eſt) tollit in vxorẽ affectũ. Debet enĩ quiſq; vxorẽ nõ ſecus ac ſeipſum amare, fouereq;. Nec illud ipſe obieceris, hoc illove eſſe vitio vxorẽ infectã. Es enĩ & ipſe tua in carne vitia cõſecutus, vt manũ incuruã, claudũ pedẽ, vel oculos ipſos intortos: nihilominus haudquaq̃ abs te hæc mẽbra præcidis, quin potius illa maiori diligentia quadã ducis curanda.

Vxor aũt timeat virũ ſuũ.] Qm̃ incõſtantiã parit honorũ æqualitas, propterea timore vt geri vxorẽ iniũgit, vt vir dũtaxat teneat principatũ & moderet vxorẽ. Timorẽ vero hoc loco reuerẽtiã quãdã intenſiorẽ intellige. Amabit itaq; vxor virũ vt mẽbrũ, vt caput verebitur. qd ergo ſi nihil vxor te vereat? At ipſe hãc amore proſequere, qđ tua intereſt facito, haud ſecus & vxor vel ſi minus amet agat, vereaturq; virũ. Aduerte aũt quẽadmodũ pluribus oſtenderit Paulus, q̃ virũ oporteat cõiugis teneri bñuolẽtia. Quæ aũt ad formidinẽ attinerẽt, multis nõ amplificauerit. Perinde ac ſi velit amorẽ ipm & charitatẽ, cætera matrimonij munera ſuperare. Vxor enĩ (vt dictũ eſt) dilectiõis timore, nõ formidine affici debet. Neq; eo hęc dixe-

Vxor non appetat principatũ in domo. rim, qa neceſſe ſit vt vxor virũ formidet, vnde potius odiũ, q̃ bñuolẽtia paritur: Sed vt cogatur, nec cõtra dicere, nec inſurgere viro, nec primatũ appetere. Nã ſi eãdẽ ſortita eſt cũ viro hæc carnẽ, nõ erit cũ in principatu, tũ in honoribus viro inferior. Poſt virũ tñ cui plus lõge cõceditur, & vxor habitura imperiũ eſt.

CAPVT VI.

Filij, obedite parentibus veſtris in dño.] Quemadmodũ enĩ qui corpus aliqđ effingit ac format, primũ quidẽ caput cõponit, mox & ceruices, & reliqua fabricãdo ſubſequit mẽbra, poſtremo & pedes apponit. Sic Paulus dixit virũ priorẽ eſſe, ſecundo coniugẽ principari, Nũc differit quẽadmodũ liberis ſit tertio loco eiuſmodi dominandi honos adiudicatus, vxori ſolus vir dominat, filijs vero & cõiunx. Obedite igit, inqt, parentibus, in dño tñ, hoc eſt, cũ ſecundũ deũ illorũ ſunt iuſſa. Nã ſi ad infidelitatẽ impegerit pater, vel proſtituere filiã velit, vel inhoneſtis artibus imbuere liberos: nequaq̃ in dño hmõi erit imperium. Quo fit, vt in iſtiuſmodi rebus minus ſit patri obtemperandum. D

Exod. 20 Deute. 5 Hoc enĩ iuſtũ eſt. Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã, qđ eſt mãdatũ primũ in promiſſione.] Et natura (inqt) hoc æquũ eſt, & à lege iniũctũ. Cur illud primũ dicit eẽ mãdatũ, cũ inferius ſit & magis exiguũ? Nã & illud, cum, nõ occides, iniũgit, primũ obtinet locũ. At vide qd ille ſubiecerit, in promiſſiõe inqt. Priora nãq; illa legis mãdata nil habẽt vel promiſſi vel meriti

Legis mandata ſine merito. Nã ad euitãda mala ſunt edita, nõ bona operãda, nulla eſt enĩ q à malis abſtinẽt facinoribus remuneratio. Hoc vero, q̃ honorẽ deferri parẽtibus iubet, qa boni in ſe operationẽ habet, promiſſionẽ prius excepit. Eſt pterea ad imperãdũ ordo quidã & ſeries admirãda. Nã tum primũ cũ cõditor legis à malis nos actionibus abdicaſſet, & hoïes eſſet ad recta opa inducturus: in honore prius parẽtes habẽdos inſtituit. Qñquidem poſt deũ de nobis hi ſint optime meriti, vt q vitæ nobis cauſa fuerint, aluerintq;, vnde & noſtris fructibus haud iniuria priores ſunt potituri, videlicet vt honos p nos illis delatus, noſtram in hos pferat gratitudinem.

Vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſup terrã.] Vide quẽadmodũ haud multa hoc loco diſſerat, nec lõgiori vtatur oratiõe, qa ad filios loquitur, qui cũ in teneris annis ſint, & ingenio nondũ firmato, ferre ſermonis prolixitatẽ nequirent: & vt parentibus ipſis ſecundũ eis impoſitas leges optime inſtitutis, nõ magni laboris ſit filios ſubiugare, & ad bonũ prouehere. Accedit etiã qđ non de imperio differit, vel de rei alterius cuiuſpiã celſitudine, ſed ea potius breuiter narrat, q̃ ætate minores audire magnopere cõcupiſcũt. Eius nãq; ad pueros eſt ſermo. Quid enĩ his fuerit vitæ diuturnitate ſuauius, quã Paulus pollicetur, cum inquit: vt longæuus ſis ſuper terram. Hæc enĩ Iudæis ſancita ſunt, tanquam infantibus, qui nec cogitatione percipere quidpiam poſſent, nec auditu quæ perfectiora ſunt, ſuſtinere.

Et patres nolite ad iracũdiã prouocare filios vr̃os.] Nõ dixit, amate, id nanq; vel ab ipſis inuitis depoſcit natura, ſed nolite ad iracũdiã cõcitare, hoc ẽ, nolite hos aut exhæredare vel q̃piã relegare, vel aliàs, grauius in ſeruorũ morẽ, nõ liberorũ, & coercere & moleſte inceſſere.

Sed educate illos in diſciplina & correctione dñi.] Ad patris imperiũ & cauſam adiecit obtemperandi, oſtenditq; parentibus ipſis, quemadmodũ morigeros ſibi faciant liberos, & dicto audientes. Si vis, inquit, tibi vt liberi obſequant, diuinis hos adde & aſſueſce ſermonibus. Nec dixeris monachorũ eſſe, ſacris literis intendere animũ, quin potius Chriſtiani cuiuſuis hominis id ſane officiũ eſt, & eius pcipue qui huius ſeculi rebus inuerſatur, & eo magis quia & maiore indiget ope, vt qui mũdi fluctibus agitetur. Facit igitur in rem tuã vel maxime, vt ſacra ſcripta tui & audiant & lectitent liberi, Ex his nanq; illud perdiſcent, Honora patrem

A patrem & matrem tuã. At ipse contra, in gentilium disciplinis liberos tuos enutris, ex qui-
bus pessima quæq; perdiscant, quod vtiq; non euenit, cum imbuuntur diuinis.

Serui, obedite dominis carnalibus.⌋ Cũ seruorũ virtus ad domus confirmationẽ condu-
cat, neq; hos negligit, sed postremo ad ipsos peruenit, quãdoquidẽ inferiori sint gradu. Ne-
q; hos vt pueros & viliores alloquitur, sed vt ætate prouectiores & nobiles, sicut in proces-
su orationis patebit. Carnalibus autẽ dominis, hoc est, temporarijs & ad breue dominatu
hoc potituris. Porro & hos consolatur ad aliquod tempus, prætendens, non perpetuam eo
rum futuram hanc seruitutem, foreq; vt cum carne domini computrescant.

Cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri vt Christo.⌋ Vxorem simpliciter,
vt virũ vereatur, cõmonefecit: nunc vero in seruis timorẽ hunc auxit cũ dixit, tremorẽ. Tre Serui qua
mor nanq; timorẽ excedit formidinis magnitudine. Seruorũ hic, vxorũ ille, vtpote quæ vi- liter tractã
ris honore nihil sunt inferiores, sed pares & libertate vtuntur. At serui nequaq̃ ex simili sunt di & amãdi
conditione subiecti, tametsi fratres in Christo sint. Verũ cũ liberos alternis se subdere iubeat
& viro vxorẽ obtemperare: longe magis & heris seruitia cogit vt obsequanť. Neq; id qui-
dẽ debet degeneri animo tribui, φ pareant dominis, sed ingenui potius iudicari, φ sciant se
mediocriter gerere, & proximo cuiq; subesse. Nã & pleriq; dños suos vereňť, non φ his be
ne velint, sed quia fugitiuis eis & latentibus, dñi ipsi insidiantur, & ingerunt mala. Idcirco in
simplicitate cordis adiecit, vt eorũ tollat nequitiam, ne quid cum fraude factitent.

Non ad oculũ seruiẽtes, quasi hoĩbus placentes.⌋ Hoc est, nõ modo dominis ipsis p̃senti
bus, atq; spectantibus, quin etiam cũ absunt huiusmodi (vt dixi) seruitutem præstate.

Sed vt serui Chři faciẽtes volũtatẽ dei.⌋ Nequaq̃ igiť Chřo seruiet, qui hoĩm grãm pel- Galat.1
licit, placereq; mortalibus studet, vt alibi inquit: Si hoĩbus placerẽ, Christi seruus nõ essem.

Facientes voluntatẽ dei ex animo cũ bona voluntate.⌋ Cũ liceat cordis simplicitate & si
ne dolo, non tñ totis viribus inseruire, sed solũ id operis exequi q̃d sit p̃stitutum. Propterea Fides ser-
nũc ex animo addit, hoc est, omni nisu & promptitudine: quin & bona cum voluntate, hoc uorum.
est, vltro & nõ inuite. Sic seruitutis tolleť ignobilitas omnis, si volẽtes bona, qui seruiunt, fa-
ctitent. Nec vim vllã sibi inferri expectẽt, vel flagra admoueri & verbera. Est eñ & dei vo
luntas, vt alijs nos subdamus, id eñ vult deus, vt illis se subijciant hoĩes, quibus ipsi placitum
B est. Forte etiã, quod dictũ est supra de filijs, de seruis nunc dicit, vt ad turpia quædã & impia
seruos compellãt dñi, vt ad infidelitatẽ & istiusmodi alia pleraq;, q̃ deo minus sunt placita.

Seruientes sicut domino, & non hominibus.⌋ Deus nanq; acceptam habet seruorum in
dominos gratitudinem, vt qui recte omnia disposuerit caueritq;. Quo fit, vt qui minus q̃ de
cet his inseruierit, diuinæ legi obsistat.

Scientes qm̃ vnusquisq; quodcũq; fuerit bonum, recipiet in dño, siue seruus, siue liber.⌋
Qm̃ fieri poterat, vt dñorũ pleriq; infideles cũ essent & impij, nequaq̃ de ministrantibus sibi
familiaribus & domesticis possent bene mereri, sic inquit: Et si à carnalibus dñis pro tuis in
eos beneficijs præmij nihil acceperis: operire vt ille hoc reddat, qui p̃sidet cunctis. Hoc loco
arguit se ad perfectiores Ephesios disseruisse huiusmodi, nõ ad pueros, quibus longæuã pol
licitus erat ætatem: quippe quos ad futura potius, q̃ præsentia hæc imitanda perpulerat.

Et vos dñi eadẽ facite illis.⌋ Quæ eadẽ inquit? Nimirũ perinde ac si dicat, animo prom-
ptiori & beneuolo alijs operam p̃state, non ad hominũ grãm assequendã, sed deum veriti id
agite. Quod sane etsi nõ expressit apostolus, tñ id sentit. Seruit aũt & operã p̃stat mancipijs
dñs, cum curæ habeat, vt his necessaria subministret, cum eos tolerat, & ijsdem multis in re- Prou.14.17.
bus condescendit & assentitur, & vt Salomon ait, horum gratia circumfertur.

Remittentes minas.⌋ Non flagra inquit, & verbera remittẽtes, sed minas insuper & lon
ge magis supplicia, hoc est, inter minandum nolite molesti & graues videri.

Scientes quia & illorũ, & vester dominus est in cœlis.⌋ Aduerte quemadmodum Ephe-
sios his dictis absterreat, quemadmodum & alibi scribit: Qua enim mensura vos metiemi- Math 7
ni, remetiẽtur & vobis. Cauendum præterea, ne illud per vos audiatur: Serue nequam, om- Marc.4.
ne debitum dimisi tibi, nonne oportuit & te misereri conserui tui? Math.18

Et personarũ acceptio nõ est apud deũ.⌋ Nequaq̃ (inquit) existimes, si acerbiorem te in
seruũ p̃stiteris, serui ob vilitatem, haudquaq̃ id secus deum inquisiturũ. Id forsan humanæ le
ges obseruãt, q̃ à seruitute & ignobilitate, nobilitatẽ discernũt. Has eñ hoĩes cõdidere. In cę
lo aũt longe secus se habet, quin ipse eidẽ dño es seruitute obstrictus, & in cõseruũ desæuis.
Nullã eñ à principio seruitutẽ instituit deus, sed habẽdi cupiditas hanc adinuenit, vt capti-
uos abducerent, hi q bello vicissent, & frequẽtes iniuriæ maioribus nostris inferrentur, He-
bræisq; & Chanaan multa acciderẽt. Tametsi hæc sint à deo permissa, hic tamen obedien-
tiam hanc ipsam instituit, vt rerũ series seruaretur, nec redundaret vita hæc sanguine.

De cætero frẽs cõfortamini in dño & in potẽtia virtutis eius.⌋ Cũ multa Paulus iniun-
xissẽt, q̃ factu difficiliora sunt visa, vt hos consoleť, cõfortamini inquit in dño, nil veriti, quo

minus quæ eius sunt,exequi cuncta possitis,quin & in dei potentia confidite plurimum. C
Non enim solum vires hæc peragendi suppetunt deo,sed & virtutis potentia,hoc est,vim habet & ineffabilem,quæ omnia superat.

Induite vos armaturã dei,vt possitis stare aduersus insidias diaboli.⌋Quale sit armorũ id genus,paulo post edocebit.Aduerte aũt quẽadmodũ nõ impugnatiões diaboli & bellum dixerit,sed insidias:vtpote qui dolo & varijs machinationibus aĩas captet,nõ virtute.Non enĩ in apertũ profert hostis ille delicta.Exẽpli grã:Idola colere haudquaq̃ clare hic suadet, sed arte quadã molit̃ insidias,vt ea colas,& eã ad rẽ rationẽ ꝓfert,fucatã quidẽ & subobscurã.Vt aũt aduersariũ arguat prægrauẽ esse & variũ, hortatur eos,& ad vigilantiam parat.

Qm̃ nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ.⌋Neq̃ enĩ id vt eos absterreat intulit,sed vt cautiores efficiat.Nã q hostiũ explicat vires & patefacit,suos reddit cautiores Nõ enĩ nobis cũ parui momẽti viris & casu oblatis bellãdũ est,neq̃ aduersus hoĩes passibiles & nr̃i similes gerẽda res est,sed cũ principatibus ipsis & dæmonũ potestatibus colluctãdũ.

Mundus quid in sacris literis. Iohan.15

Sed aduersus mundi huius rectores.⌋Non enĩ hos mundi dicit rectores, qa habeant machinæ huius imperiũ,sed prauis asserit facinoribus ꝓsidere.Cõsueuere nãq̃ literæ sacræ iniqua opa & q hæc factitaret,mũdũ dicere,vt illud:Nõ estis de hoc mũdo,hoc est , ex ordine eoꝝ qui mũdana pertractãt.His igit̃ dęmones imperãt,qui vltro se dæmonibus subdidere.

Tenebrarum harum.⌋Tenebras nequitiam dicit,quæ in hoc seculo pro valida habetur & clara,in altero vero pro tenebris.

Contra spiritalia nequitiæ.⌋Sunt quidem dæmones nequitiæ spiritus.Quid autem nequitiæ illud adiecit? Quia & lucis sunt spiritus,& bonitatis angeli.Cum vero dixit,non esse nobis aduersus carnem & sanguinem susceptum bellum,cum spiritibus adstruit nobis esse certamen,qui & leuiores & agiles sunt,& comprehendi non possunt.

In cœlestibus.⌋Ex hoc etiam excitat auditorem:magnis enim de rebus,inquit,periclitamur,non pro terrenis his & corruptibilibus,sed pro cœlestibus initum est prælium.In cœlestibus vero,hoc est,propter cœlestia depugnamus, eoq̃ & vigilandum est,

Propterea accipite armatutam dei,vt possitis resistere in die malo,⌋Hoc est,in hoc seculo.Quod ideo diem malũ appellat,quia in eo multa mala gerant̃.Vel in die malo,hoc est,iudicij die,in quo cum his male agetur,qui nequiter vixerint.Consolatur ꝑterea eos,cum dicit,id belli & certaminis tempus breue futuꝝ.Nam diem cum dixit, breuitatem expressit. D

Et in omnibus perfecti state,⌋Vitia scilicet vniuersa,absurdasq̃ cupiditates debellando euertite.Et quoniã pleriq̃ post victoriã cecidere:stãdũ est inquit,vel maxime cũ victores euasimus,ne victus ille nos rursum oppugnet.Hostis nãq̃ vel morte cõfectus hic reuiuiscet, & vires recuperabit:si erimus ipsi tardiores,& in turpitudinẽ relabemur.Aduerte aũt quẽadmodũ & hostẽ liceat nobis conficere,& statũ seruare.Haudquaq̃ igitur debemus sub hostilis potẽtiæ ꝑtextu segniores ipsi nos reddere:quandoquidẽ & viribus aucti simus & cõmuniti,& talibus artibus tã bene instructi,vt colluctari intrepide cũ dæmonibus ipsis possim⁹: quin potius neq̃ erit cũ his colluctandũ,quippe q his adeo videmur ob eius q nos inhabitat virtutẽ horribiles:vt neq̃ colluctatiõe sit opus,quin & serpẽtes nos conculcabimus & scorpiones.Id vero eo Paulus intulit,qa erant permulti,qui Ephesijs aduersarent̃.Quocirca cõmonefacit,dæmones esse,q sibi obsisterẽt,& hominũ aduersantium interuentu se oppugnarent.Nil ergo vobis erit hisce hoĩbus succensendum,quin potius in dæmones desæuite.

State ergo succincti lũbos vestros in veritate.⌋Cũ sistendũ aliqd est,primo debet aduerti,vt recta in altũ tendat,qd sistitur.Idcirco Paulus de statu primũ cõmonefacit,hunc ipm exigẽs,qui & rectior sit,& militẽ deceat.Is enimuero rectus cõstiterit,q nulli rei adglomeratur,nec innititur cuiq̃,perinde ac si per se cõsistere nequeat:cuiusmodi sunt,qui gulæ sunt dediti,& pecuniaꝝ tenent̃ cupiditate,& luxui & lasciuiæ vacant.Hi quidẽ nequaq̃ recti cõsistunt,sed vergũt inclinantq̃ vt labantur.Post hunc aũt statũ,& militẽ circuncingit sensu & spũ,continetq̃ & labentẽ cõfirmat,collapsumq̃ malis cupiditatibus cingulo detinet,ne ꝑceps eat,frenatq̃.Lumbos aũt hoc loco aĩæ vires dicit,& quæ sustẽtet cuncta virtutẽ. Sunt enĩ in animãtibus lumbi fundamenti in modũ,quemadmodũ & in nauibus ipsis carinæ.Vnde persæpe defatigati & lassitudine quadã affecti,reiectis post tergũ manibus, lumbos mox circumplexi,corporis molẽ hanc sustẽtamus,& à fatigatione aliquantulũ respiramus.Itaq̃ haud secus se habẽt lumbi hi spiritales,quos circũcingendos in veritate iniungit,& ea quidẽ quæ & decretis cõstet & vita.Quis enĩ hæreticoꝝ in veritate succingitur? quin humi reptãt

Hæretici humi repant.

& nihil queunt q̊d altũ sit & sublime pernoscere,sed humanis sensibus terra serpentibus diuina cõquirunt? Quinetiã neq̃ hi quidẽ,qui cũ in humanis agunt,falluntur,cũ mũdi vacant deceptiunculis,obducunt̃ hac veritate,sed in terram prostrati falsis inhiant rebus.Haudquaq̃ itaq̃ vt ipsi nos ita geramus necesse est,sed cũcta nobis ad verum sunt transigẽda.Vel si dogma sit aliquod quo de agat̃,siue quẽadmodũ sit vita ducẽda,veritatẽ debem⁹ inquirere.

Oportet

A Oportet præterea vt nihil vel aĩo simulato vel circũueniendi gr̃a factitemus, nec mẽtiendo
nos inuicẽ fraudemus. Quod si ita fuerimus circũcincti, vel optimũ vitæ cursum poterimus
assequi. Cũ aũt state (inquit) lumbos succincti, oñdit necessariũ fore, vt sp̃ armis communia- Psalm.108.
mur, sicuti & Dauid refert: Et zona qua sp̃ præcingit͛, ipsi nanq; assidue à dęmone oppugna
mur. Gregorius tñ Nysses ille, ꝓ nostris huiusce lumbis, libidinẽ interpretat͛. In his nãq; re-
nes insunt, qui sacris in literis designant concupiscentiã. Pro veritate vero contemplationẽ
intelligit. Ait itaq; Paulus & commonefacit, vt nostras omnes deum contemplando intelli
gendoq; frenemus cupiditates. Nam qui contemplans viderit deum, nequaquam sinet ani-
mi sui affectus ad inferiora delabi, & terrenis in rebus volutari.

Et induti lorica iustitiæ.⌋ Iustitiam hoc loco vitam dicit, quæ quauis sit virtute ornata,
perinde ac si dicat: Obducite vos æquitate, quæ haud secus eos qui hac pro velamine inster-
nentur tutabitur, quam thorax quemuis innoxium reddet.

Et calciati pedes in ꝑparationẽ euangelij pacis.⌋ Optimas nobis ocreas circũducit. Inq̃t
em̃, oportet vos sane ad euãgelij mun⁹ hoc obeundũ paratiores eẽ & prõptos. Pulchri nãq; Esaiæ.52.
sunt pedes annuntiantiũ pacẽ, annũtiantiũ bona. Vel quia necesse est, ad iter expeditos nos
esse qui scd̃m euangeliũ degimus vitã. Sũt em̃ pedes vitæ indiciũ, & ideo supius dixit, vide-
te quemadmodũ caute ambuletis. Euãgelij aũt ꝑparatio, recta opa præfert, q̃bus & dñs hæc
ipsa intẽdit. Inq̃t em̃ in ꝑparatione cordis eoꝝ admoue aures tuas. Recte aũt & pacis dixit, Psalm.9.
q̃a cum ꝑlia cõmemorasset & pugnas, oñdit in dæmones ipsos, non in hoĩes esse belligeran-
dũ. Tũ quia & pacis est Euangeliũ, tũ etiã quia si dæmones sumus impugnaturi, pace cũ deo
nos potiemur, cui nequaq̃ iterato bellũ est inferendũ, vt pacem cum eo cõciliatã soluamus.
Qua de re nihil est vobis verendum, nam præsto est euangelium, & iam parta victoria est.

In oĩbus sumẽtes scutũ fidei.⌋ Quidnã in oĩbus, cũ inq̃t, ꝓcẽdit Ap̃ls: In veritate. s. & iusti
tia, & euãgelij ꝑparatõe: nã fide hęc oĩa indigẽt: neq;. n. veræ huius religiõis cognitionẽ fidẽ
hoc loco dicit, sʒ eã q̃ nihil hæsitãs, facit vt futura tã certa habeamus, q̃ habem⁹ pñtia. Quin
etiã vt talis sit fides, vt vel signa ædat, & tãtope fit illa incẽsa, vrat́q; adeo, vt vl̃ trãsferat mõ-
tes. Vt itaq; toti corpi scutũ obtẽdit͛, q̃d vtiq; illud tãq̃ porta tutat͛ & circũcludit, sic fides ar-
dẽtior & indubitata aĩam vndeq̃q; custodit ac ꝓtegit. Fides itaq; ꝓ scuto hñda ẽ, nõ sophi-
smata ipsa & circũuentiones. Hæc nãq; munit, tutaturq́; illa vero impediunt, & lõge fallũt.

B In q̃ possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere.⌋ Hoc est, absurdas cupiditates, & diffi-
dentiæ cogitatus, vtrum vicʒ futura sit resurrectio, nec ne, nũ præterea dei iudiciũ. Ignea ãt
dixit, non mõ quia ad fœdiora incendũt facinora flagrantes illæ cupiditates, sed q̃a vel in cõ
scientia ipsa haꝝ sentimus ardorẽ. Accedit præterea, ꝙ vel ex ipsius diffidẽtię cogitationi-
bus exurit nos dæmon, cũ nobis perfidiã suggerit, quę oĩa tandem fides extinguit. Hęc itaq;
& si dæmones ipsos ꝓsternit, longe magis & vitia subiugabit. Siue enim flagret concupiscẽ
tia qui futuris bonis, & gaudijs sempiternis fide certiori nihil diffidas, tolles hanc prorsus &
plane extingues. Siue tentationes vrgeant, & mala impendeant, ex futuræ tamen beatitudi
nis meditatiõe plurimũ ip̃e solabere. Cogita quanto Abraham ille incẽderetur ardore cum Gene.22.
filium offerebat iamiam immolandum, quod tamen incendium fides sola extinxit. Hebræ.11.

Et galeam salutis assumite.⌋ Hoc est, quæ salutaris est, & tutatur. Nam si fuerimus fidem
adepti, & cogitationes mox assequemur, quæ afferant nobis salutem. Et caput hoc nostrũ,
e quo cogitationes prodeunt, tutabuntur & mentem.

Et gladium sp̃ũs, q̃d est verbum dei.⌋ Ex superioribus dictis armauit nos Paulus, & ita vt
hostes obesse nobis nil queant. Nunc vero & armis donat, q̃bus offendere hos magis pote-
rimus. Gladium aũt sp̃ũs cũ inquit, vel sp̃m ipsum circũlocutione quadã, & verboꝝ ambage
expressit, vel vitæ id genus quæ scd̃m sp̃m degitur, q̃ & serpẽtis caput ꝑcidimus. Spiritalis
aũt gladius iste, verbũ est dei, hoc est, dei ꝑceptũ. Nã si eius exeq̃mur mãdata, serpẽtẽ illũ, & Hebræ.4.
vt Esa. testatur, trucidabimus sinuosum & varium. Vel dei verbũ dixerimus, cuiusmodi il-
lud est: In noĩe Iesu surge, & ambula, & hmõi. Vel simpliciter sp̃ũs gladiũ dicit, quæ in sp̃ũ
inest, sapientiam. Viuit enim dei hoc verbum, & penetrat, prętenditq́;, & acuminata acie
omnem cultrum penetrando excedit. Qui vero spiritalis huius assecutus est gladij gratiam
& quæ dei sunt loquitur, liber est & nulli rei obnoxius qualis hic Paulus fuit.

Per oẽm orationẽ & obsecrationẽ, orãtes om̃i tp̃e in sp̃ũ.⌋ Hos itaq; ita ꝑ se Paulus armis
munitos, instructosq́;, ad imperatorẽ deducit, cui⁹ & ope indigeãt, & manũ vt porrigat, &
auxilio sit. Cũ eñi dixisset, restinguere vobis licebit iniectũ incẽdiũ, ne id glię ducerẽt vel su
ꝑbirẽt, deo, inquit, vobis est opus, q̃ adiuuante cũcta perficietis. Deinceps orãtes, inquit, nec
id quidẽ simpliciter, sed per oẽm orãdi & precãdi intentionẽ, hoc est cũ gemitu & pectoris
tunsione genibus procumbendo, & istiusmodi reliqua factitando. Nec statutis horis & ꝑfi-
nitis, sed quouis tempore, in spiritu, hoc est, spiritalia dispensantes ꝑcando, nihil q̊d mundi
sit. Cum vero orantes, ait, per omnem orationem, demonstrat continenter esse orandum.

Nam cum interpellatum quis animum habet, & cogitatum ſuperuacaneis rebus intentum, profecto non orat,ſed incaſſum &fundit et preces,& animo diuagatur. C

Et in ipſo vigilantes.⌋Siue de his qui noctes inſomnes ducunt orando, ſiue de animi vigilantia dicat,vtrunq; id poteſt intelligi. Eſt enim neceſſe,vt ſit vigilantior qui armis obtegitur & imperatori aſſiſtit.

Matth. 15. In om̃i inſtantia & obſecratione.⌋Quemadmodũ Chananæa, & vidua illa orantes ſum
Lucæ.18. ma in patientia perſtiterunt.Illa nanq; eſt vera deprecatio,quæ perſeuerans ſit & aſſidua.

Pro omnibus ſanctis & pro me.⌋Nequaquam ergo pro nobiſmetipſis duntaxat orandũ eſt,quinetiam pro cæteris fide nobis coniunctis precandum.Aduerte aũt quantam præ ſe ferat humilitatem Apoſtolus.Poſtremum enim ſe omnium poſuit, exigitq; ab eius diſcipu
Actorũ.10. lis,vt pro ſe deprecentur, tum præcipue cum compedibus, Chriſti ob gratiam conſtringeretur. Pro Petro etiam catenis detento,enixius precabatur eccleſia.

Vt detur mihi ſermo in apertione oris mei.⌋Nihil ergo quod eſſet dicturus præmedita-
Matth.10 batur Apoſtolus:Sequebatur enim domini dictum,nolite præmeditari quid loquamini,da
Lucæ.10. bitur enim vobis in illa hora quid vobis loquendum ſit. Haud ſecus & ipſe os ſuum aperiens proferebat,quæ à domino ſuggerebantur.Sic cuncta diuina gratia exequebatur.

Cum fiducia notum facere myſteriũ euangelij,pro quo legatione fungor in catena,ita vt in ipſo audeam,prout oportet me loqui.⌋ Hoc eſt,vt quemadmodum oportet reſpondeã, fidentius.ſ.viriliter & ſapiẽter admodũ.Verũ ad q̃s es ipſe nũc delegatus? Ad hoĩes quidẽ, vt eos deo conciliẽ.Hi vero me in catenas & vincula coniecere. Tametſi iure gentiũ caueat, impunes eſſe oratores,& nuntios,quippe qui dñorum mandata iam deferant. Catenę vero eo iniectæ ſunt mihi,vt meam obſtruant loquendi licentiam. Animus tamẽ os mihi aperiet vt fidentior ſim ea enarrãs,quæ mihi ſunt per eum iniuncta qui me legauit. Vides vt cultor diuini verbi fiduciam præferat,quem ſane Paulus erat oris apertione iam accepturus.

Vt aũt & vos ſciatis q̃ circa me ſunt,quid agã,omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus ff,& fidelis miniſter in dño.⌋Quæ dogmatũ erãt,quæve ad conſolandũ hos faciebãt, per epl̃am ipſemet pateſecit. Cũ vero & vincula meminiſſet, nihil de his differendo immoratur,ſed Tychico p̃miſit ſponte narrãda,ne ſupuacaneus eius viri videret acceſſus. Qui ſi à Paulo colebatur,oĩm profecto erat nihil ignarus. Si fidus,mẽdax eſſe non poterat. Eſt autẽ hic miniſter in dño,hoc eſt,dei ob gratiam hoc fungitur miniſterio,& diuinis in rebus non D
terrenis verſatur. Vel fratrem appellat in domino,tanquam in ſpiritu ſancto germanum.

Quem miſi ad vos in hoc ipſum,vt cognoſcatis quæ circa nos ſunt,& conſolet corda veſtra.⌋Hunc in modum or̃onis huius contextum interpretatur Baſilius: Vt cognoſcatis quę circa nos ſunt,hoc eſt,vt renuntiet vobis,q̃ nobiſcũ aguntur,nec ſinat vos labi, q̃a ipſe grauibus malis afflicter,& iniectas catenas geſtem,ſed conſolet magis ac roboret, quod ſane dictum & ſuam erga Epheſios charitatem prætendit, & illoꝝ in ſe beneuolentiam pateſacit.

Pax fratribus,& charitas cum fide à deo patre noſtro,& dño Ieſu Chriſto.⌋ Et pacem illis precatur,& adiunctam fidei charitatem.Quod eo facit ne vel illos colerent, qui à ſuo eſſent dogmate alieni,vel aliter ipſi ſentirent,q̃ ipſe iam prædicaſſet,ſed ſolum fideles vt colãt & foueant. Vel etiam quia neceſſe ſit vt fide ſint cõmuniti ad futura ſperandum. Nã ſine
1. Cor.15. fide nihil vel charitas ipſa p̃fuerit. Quin potius neq; cõſtare poteſt ſine charitate, vel fides. Aduerte autem quemadmodum inquit,& pax,vt & modum, hoc eſt, per charitatem edoceat,quo poſſit hæc comparari. Item & charitatem dicit per fidem fieri.

Gratia cum omnibus qui diligunt dñm Ieſum Chriſtũ in incorruptione, Amen.⌋ Hoc loco à gratia pacem ſeiunxit,ſeorſum vtriſq; conſtitutis,tametſi alias vbiq; coniunxerit. In incorruptione autem qui diligunt dominum, hoc eſt,qui erga dominum charitate afficiuntur,non opum vel gloriæ gratia,ſed futurorum bonorum,quæ corrumpi non poſſunt. Vel quia qui deum amat virtutis gratia,& pro eius ſummis in nos beneficijs amare ſe fateatur. Præfert em̃ & corruptionem peccatum,& incorruptionẽ virtus. Nam quemadmodũ cor-
2.Corin.11. rumpi virginem dicimus:ita & animam inquinari. Propterea & Paulus ne corrumpantur
1.Tim.3.6. (inquit)cogitationes veſtræ.Et alibi,corrupti mente. Velim itaq; & nos in Chr̃m charitatem hmõi præferamus,cũ ob vitæ decorem & integritatẽ ſeruatã, tũ ob incorruptibilia bona,& perpetua conquirenda.Et ita demum viuamus vt animam hanc nullis malis artibus, vel facinoribus inquinatam,incorruptam, & inuiolatam ſeruemus in Chriſto Ieſu, q incorruptibilis eſt,& æternus & aĩarũ ſponſus incorruptarum, cui gloria in ſecula ſeculoꝝ, Am̃.

¶ Miſſa fuit e Roma per Tychicum.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

¶Philippenſes ſunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis, perſtiterunt in fide, nec receperunt falſos apoſtolos. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis ex vrbe Roma de carcere, per Epaphroditum.

IN EPI-

A PHilippenses hi, e quadam sunt Macedoniæ vrbe oriundi, Philippi dicta à conditore Philippo, sub Thessalonica metropoli constituta. His pleraq; de Chrõ Paulus testificat, & hãc insuper scripsit epistolã cum in vinculis esset. Nã post primã defensionẽ, cuius & meminit ad Timot. epl'a, iterato est cõiectus in vincula. Philippenses vero per Epaphroditũ transmiserãt Paulo q̃ illi ad vitã necessaria essent, sil' etiã rescire optabant, quemadmodũ cũ eo tunc ageret. Et qm̃ par erat illos cũ præceptore vinctũ intellexissent, aio haud mediocriter angi ad eos scribens cõmonefacit, nihil ,ppterea hos vel moerore affici vel offundi pturbatiõe debere, qn potius lætari magnopere & gaudere, qñquidẽ pro Chrõ hæc patiat. Cõsulit pterea his, vt cõcordiã & humilitatẽ sectent. Carpit insup & Iudęos, q sub ptextu nois Chr̃iani, Chr̃i dogmata deuastarẽt, & canes hos nuncupat, & prauos opatores. Edisserit & Philippẽsibus de vitæ honestate, & moribus. Prudẽter etiã facit de trãsmissis ad se necessarijs mentionẽ. Videt aũt & honorifice hos appellare, vt q & virtutis plurimũ p se tulissent, & satis essent ad fidẽ accõmodi. Apud hos nãq; & Porphilopolis erat, apud hos (inq̃) & synagogæ princeps credidit Chrõ, apud hos Paulus flagris ictus, cũ Scylla fuit cõiectus in carcerẽ. Apud hos pterea & carceris custos cũ eius domo & vniuersa familia ad Chr̃i fidẽ cõcessit, apud hos demũ & milites Paulum veriti, vt abiret, q̃ vellet, pcati sunt. Et hũnc in modũ præclara admodũ principia habuit Chr̃i pconium. Quæ omnia vel ex apostolorum Actis licebit edissere. Testatur itaq; Philippensibus Paulus non modo fidei rectitudinem & subita discrimina, sed facilem etiã ad sua impartienda animi promptitudinem. Horum omnium gratia, & ingenti beneuolentia proseq, & magni videtur hos facere. Philippenses qui. Acto. 16.

CAPVT .I.

PAulus & Timothe' serui Iesu Chr̃i.] Hoc loco nullã facit sui apl'atus dignitate mẽtionẽ Apl's, sed seruũ se Chr̃i Iesu subscribit, q sane & si magnũ ẽ, cõe tñ ẽ multis. Ad Timotheũ aũt & Corinthios scribẽs, sese Apl'm noiat. Cur illud? qa cũ illis eẽt ad castigationẽ iniũctur' multa, Apl'atus ad se dignitatẽ recepit. His vero, cũ nihil hmõi sit idictur', qn poti' pari oẽs in honore dignet futuræ, neq̃q̃ Apl'i appellatiõe indiguit.

B Omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis.] Cum Iudæi sanctitatis sibi id no-
C men adsciscerent, vt populus inquit sanctus. Propterea in Christo Iesu adiecit. Hi nanq; vere in Christo dicendi sunt sancti, illi vero prophani.

Cum episcopis & diaconis.] Epos sacerdotes dicit. Neq; eñi plures præter vnum erant episcopi, qui singulis ciuitatibus præsiderent. Quippe cũ nondũ essent hmõi noia dispartita, sed episcopi tñ, diaconi & presbyteri dicebant, quemadmodũ ad Timotheũ, qui episcopi munere fungeret, scribens, sic inquit: Ministeriũ tuum & diaconatũ perficito. Et rursum: Quod traditũ tibi est cũ impositione manus presbyteri, hoc est epoꝝ. Neq; eñi sacerdotes epm consecrabant. Et contra, presbyteri epi nomen sortiebant, vt qui curę ppl'i inuigilarẽt, purgarentq; & illuminarent, quos foret necesse. Cuius rei gratia, ad clerum nunc scribit, q̃d alias nunquam egit? Miserant enim illi Epaphroditum, qui necessaria sibi detulerat. 2.Timo.4. 1.Timo.2. 2.Timo.4.

Gratia vobis & pax, à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.] Consuetam appellationem, & salutandi modum præponit, comprecans illis, vt dei gratiam assequãtur, gratiq; inter se sint, & nihil inuicem efferantur: ne forsan ab accepta iam gratia, & inita concordia excidant. Nam dona dei huiusmodi superbiam afferunt, minus cauentibus.

Gr̃as ago deo meo in oñi memoria vr̃i sp in cunctis orõnibus meis pro oñibus vobis.] Quotiescũq; (inqt) vos mẽoria repeto (id eñ facio sp) deũ laudibus effero, & illi gr̃as ago q tãtopere sitis virtutibus dediti. Nihilominus etsi adeo diuinis in reb' vos pfecertis, ab orõnibus nil congesco, & deũ pro vobis enixe precor, vt magis ac magis ad ea q̃ recta sunt, pue

Cum gaudio deprecationem faciens.] Potest nanq; & cum moerore de ali- (hamini.
quo memoria fieri, vt alibi dicit: Ex multa enim pressura & anxietate cordis scripsi vobis, q̃ sit vt libens & læta cuiuspiam recordatio, virtutis sit argumentum. 2.Cor.2.

Super cõicatione vr̃a in euãgelio Chisti à primo die vsq; nunc.] Ingens sane apostolus, his testimoniũ defert, cũ eos laboꝝ participes asserit fuisse effectos, q in euãgelio insumunt. Neq; ad vnũ duosve annos, sed vsq; nũc, hoc est, ex eo tpe, q̃ primum Chr̃i fidem hãc excepistis, ad id tẽpestatis. Veꝝ si quæras, q̃ pacto sint istiusmodi laborũ effecti participes? Quia mihi inquit, q̃ fore ad vitã necessaria videbant, ipsi suppeditarũt, susceperuntq; de me curã. Nam qui boni aliquid operis pertractanti quibusuis modis tulerit opem, eius certe non erit expers. Sic & qui martyribus, vel in eremo diuersantibus prouident, & omnem his adimũt seculi curã, vel eos qui ad Christi instruunt fidem & euangelium prædicant, ab omni animi distractione liberos reddunt, cum his certe & coronarum & præmij fient participes.

Consi-

Confidens hoc ipm̄, quia qui cœpit in vobis opus bonū, pficiet.⌋ Grās (inqt) ago, & gau deo plurimū, cōfisus opa rectiora, q̄ in vobis exorsus ē deus, p eum perfectum iri. Cōiector nāq; ex præteritis ipsis futura. Aduerte, quemadmodū ad humilitatē illos instituat, q̄nquidē deo soli re⁊ oīm tribuat summā, & nō eis mō adscribat q̄ gesserint: ita neq; hoc pacto illos laudis fecit expertes. Dicit enim, Qui cœpit in vobis, hoc est, volētibus. Nā nisi & hoī insit recte agēdi volūtas, nec deus ipse in eo boni aliqd operabitur. Si enim simpliciter ille torpē tibus nobis nr̄is in animis operaret, nil proculdubio impediret, q̄ minus gētiles ipsi, & cæte ri omnes mortales, diuinā in se operationē exciperēt. Fit itaq; vt nō mediocriter vel ex hoc illos extollat, vtpote q in suam opem dei ad se pellexerint gratiam. Et quia tanti sunt ipso⁊ officia & res bene gestæ, vt non humanis viribus fieri potuerint, dei sunt virtute pacta. Porro & eosdem hortat, ne in segnitiē relabant. Nam si eorum bona perfecturus est deus, haud quaquam hi multum laboris insument, q quæ rectiora sunt, agent.

Deus non operat nisi in volēte.

Vsq; in diem Christi Iesu.⌋ Hoc est, quo dominus sit aduenturus. Sic enim inquit: Confi do non solum in vobis Christum, sed vestris in posteris vsq; ad mundi consummationē ope raturum. Vel vniuscuiusq; finem, Christi Iesu diem intellige.

Sicut ē mihi iustū hoc sentire p oībus vobis, eo q̄ habeā vos in corde, & in vinculis meis, & in defensiōe & cōfirmatiōe euāgelij.⌋ Cōfido (inqt) tales vos ad finē vsq; futuros hoc q; p vobis & sentio, qa vos sp habeo in corde, nouiq; & vr̄a bn̄facta, & quēadmodū sp oī studio enitimini, vt efficiamini euāgelij grē, & cōpedū mea⁊ participes. Itaq; æquū est, & me de vobis ita sentire, cōtēplanriq; vel ex ipsis principijs finē. Vel q̄r illud ē laudis Pauli corde cōtineri, q nō temere: sꝫ recto iudicio q̄s dignos existimasset, amore psēqbat. Nec tū qdē cū Neroni * rn̄deret interrogāti, inqt: Memoria mihi vos excidistis. Cōfirmationē aūt euāge lij & defensionē, vincula dicit & pressuras, qbus ipse affligebat. Est nāq; perspicuū, q̄ si psua sum Apls ac p re cōperta nō habuisset, remunerationes ineffabiles illas, & bona cœlestia tāti esse, vt explicari verbis nō possint, q̄d non prsus vincula fuisset ppessus, nec efferato Neroni ptinacius obstitisset, nisi imperatorē aliū pouidisset, qui firmior esset, & illo incōparabiliter lō ge potentior. Pressuræ ergo & mala quæ patimur Euangelium confirmabunt.

* al's respondentem.

Socios gaudij mei oēs vos eē.⌋ Oñdit hoc loco, quēadmodū haud temere in eos sit affe ctus bn̄uolētia. Propterea inqt: vos cordi habeo, qa socij mihi & participes estis huiuscemo di grē, hoc ē, pssura⁊ & cōpedū effecti. Curādū itaq; diligētius, ne a nobis vos desciscatis in malis hisce & vinculis cōstitutis, qn potius adhibēda ē diligētia, ne imunes tētationū redda mini, q̄s ob euāgeliū ipsi subimus. Q̄d āt p gr̄a vīcula habeant, liqt ex eo q̄ dn̄s ait: Suffi cit tibi gr̄a mea, virtus nāq;, hoc ē mea virtus in infirmitate pficit. Vel illud magis q̄d ē pau lopost dicturus, demōstrat, nobis donatū ē p Chr̄o pati. Aduerte aūt, vt nō socios dixerit, sꝫ consocios, q̄d græce ita habetur. Argues se alijs esse in euangelio sociū, his vero maiori q̄dā esse cōiunctiōe in bonis cœlestibus participādis deuinctū, vt & alibi dicit: Et cōsocius euan gelij fiam, hoc est, vt bona illa nobis seruata communicem, euangelium prædicantibus. D

2. Corin. 12

Testis eīm mihi ē deus, q̄uo cupiā oēs vos in visceribus Iesu Chr̄i.⌋ Haudq̄q̄ pinde ac dif fidēs deū in testē hic vocat, sed cū immēsum aī sui affectū neq̄at explicare, deo relinqt cor da scrutat. Id nāq; ē argumēto, vera Paulū pfiteri. Nō eīm deū adsciuisset in testē, si illis adu laret, vel simulato aīo diceret q̄ serio dicit: In visceribus aūt Chr̄i Iesu, hoc ē nō gr̄a rei alicu ius hūanæ, nec quia necessaria mihi subministratis, sed dei in charitate hæc dixi. Vel quia pa ter vobis cum sim Christi ob fidem effectus ex ipsis visceribus, & ipso ex animo magnū in modum vos colo obseruoq;. Omnes autem cupio (inquit) quia oēs pares estis virtute.

Et hoc oro vt charitas vr̄a magis ac magis abūdet.⌋ Etsi miræ in modū a Philippēsibus co leret Apls, cupit tn̄ magis ac magis ab his obseruari. Est nāq; ingētis amoris indiciū, vt alio rū quis pmercatur amore expleri nunq̄. Aduerte aūt, q̄ modeste id dixerit, vt magis ac ma gis abūdet. Infert aūt non solum cupere vt se ament, sed vt cæteris oībus bene velint.

In omni scientia & omni sensu.⌋ Hoc est, non vt temere omnibus beneuolentiā imper tiamini, sed cum probatione, & cognitione, & certiore iudicio. Sunt enim plerīq; qui oīes indifferenter colunt, & amant, vnde nec stabiles sunt, quæ hoc pacto conflatæ sint amicitiæ ne forte & hæreticis ipsis afficiamini inquit, vt proximis.

Vt pbetis potiora.⌋ Hoc est, cōducentia. Nā q̄n vr̄ in alios fuerit cū experimēto, & certo iudicio collatus amor, licebit vobis & quæ vsui sunt periclitari & noscere. Qui sunt ergo a mandi? Fideles. Qui odio insectādi? Infideles. Ve⁊ cur alibi dicit, cū oībus hoībus pacē ha bete? Primum, quia nequaq̄ id simpliciter dixit, sed illud adiecit, si fieri pōt, cū omnibus pa cem habete. Deinde aliud est pacifice viuere, aliud colere: illud nanq; dissensiones interdicit & bella, hoc animi exigit affectū, & tanq̄ complexionis & morum similitudinem. Quod tn̄ minus est hæreticis aperiendum. Nam si oculus tuus te scandalizat, inquit, eruito.

Roma. 12

Math. 10

Vt sitis synceri & sine offensa in diē Chr̄i.⌋ Non eīm in meam hæc protuleram vtilitatē

sed ne-

A fed ne quod à vobis adulterinum fub charitatis obtentu dogma fuſcipiatur:quinetiam integritatem quoad deum feruetis,& quo ad homines fitis fine offenſa. Nam fi nihil tibi officiat amicitia cum hæretico cœpta,alius tamen ex ea offenditur.Quo ergo pacto in die Chriſti, hoc eſt,iudicij,integer deprehenderis,& ſanctus qui fratrem offendis?

Repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chr̄m in laudem & gloriā dei.] Hoc eſt vt & dogmatum rectitudine & vita,fitis irreprehēſibiles. Iuſtitiam aūt dicit genus om̄e virtutis,vel eleemoſynam duntaxat,quam illi vbertim impertiebantur. Non vt minus perfecte vel virtutē vel eleemoſynā operemini,fed vt fitis repleti. Et q̄m vel gētiles ipſi videbant ſibi q̄dammō vendicare virtutē hanc & iuſtitiā eleemoſynā adiecit,q̄ Philippēſium erat peculiaris, & ꝓpria. Per Ieſum Chriſtum. A gētibus nanq̧,nequaq̄ ſecundū Chr̄m virtutes, ſed ad inanē gloriā & hominum gratiam exercebant. Et in dei gloriam,non in meā,ita vos inſtruo. Nō igitur decet,vt Chriſti gloriam interpelletis. Cæterum eoſdem facit fidētiores, cum deum oſtendit diuinis operibus in gloriam ſui cedentibus,opem & auxilium allaturum. — Iuſtitia genus omne virtutis.

Scire aūt volo vos fratres,quia q̄ circa me ſunt magis ad profectū venerūt euāgelij.] Decēs erat,vt aīo pturbarent Philippēſes,cū Paulū didiciſſent vīculis fuiſſe cōſtrictū, pinde ac interciſum fuiſſet Chr̄i ꝓconiū. Dempturus itaq̧ his cōceptā aīo ſuſpitionē,ſic inquit: Neq̧ eīn ſolū nil prorſus mea hæc vincula euangelium interceperūt, ſed illi potius profuere:& vt omnium in ore eſſe,fecere vt mox ſubdit.

Ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto,in omni prætorio,& in cæteris om̄ibus.] Hoc eſt, Vel cum eſſem vinculis præpeditus, licentius ꝑdicaui, & nihil conticui,adeo vt verbi præconium,vel ad prætorium vſq̧ peruaſerit,hoc eſt,ad regiam vſq̧ Neronis,& per oēm ſit vrbem vulgatum. Id autem in Chriſto effectum,id eſt,non mea virtute, ſed Chriſti potentia. Vel vincula mea in Chriſto,hoc eſt,quæ Chriſti ob gratiam tolero.

Vt plures e fratribus in dn̄o confidentes in vinculis meis abūdantius auderent ſine timore verbū dei loqui.] Enimuero etſi antea ꝑdicare ſunt fidētius auſi: nūc vero eo enixius ſunt id auſuri,quia & me vel vinctum & coniectum in carcerem, maiore fiducia verbū dei enunciare cōſpiciūt. Et fortiores ꝓfecto ſunt redditi,cū me vidiſſent in vīculis detineri, & ad me imitādū ſunt incitati: cūq̧ & magnū q̄ddā dixiſſe ſit viſus,q̄a aīos illis feciſſe ſe dixit,in dn̄o

B addidit. Si itaq̧ qui ſunt vinculis meis propinquiores, nihil animo concidunt, ſed audēt magis,ergo & vos tanto fidentiores eſſe debetis,quanto à vinculis hiſce abeſtis.

Quidā quidē propter inuidiā & contentionē,q̄dā aūt propter bonā voluntatē Chr̄m ꝑdicāt.] Poſtq̄ cōpheſus eſt Paulus, pleriq̧ fideliū ꝑdicabāt & Chr̄m ea mēte,vt Neronē magis ad irā incēderēt,vt confeſtim de medio Paulū tolleret,vt q̄ vbiq̧ Chr̄i ꝓconium diſſeminaſſet. Quod vtiq̧ prætendit Ap̄ls,cum propter inuidiam dicit, & diſſentiones. Vel, q̄a & ipſi aucupari honores cum vellent,ſubtrahere mea de gloria aliquid nitebantur. Quidā autem inquit, ꝓpter bonam voluntatem,hoc eſt,ſine vlla ſimulatione,& recta animi ſententia. — Nero.

Quidā aūt ex charitate,ſciētes q̄m in defenſione euāgelij poſitus ſim.] Hoc eſt,charitate ducti. Quia cū erga Chr̄m,tū erga me q̄dā afficiunt, ꝑdicant nō ignari dictuꝝ me aliq̄d ꝓ Chr̄i ꝓconio,eoq̧ & mihi ad id muneris exequendū opitulant. Nā ſi plurimi ſint, q in meā ꝑdicationē cōceſſerint,facilis mihi erit defenſio. Hæc aūt in re illi mihi cooperant, cū mul-(tos inſtituunt prædicando.

Quidam autem ex contentione Chriſtum annuntiant, non ſyncere.] Hoc eſt,non pure & integre, neq̧ recti ipſius gratia.

Exiſtimātes preſſurā ſe ſuſcitare vinculis meis.] Arbitrātes, inq̄t, in maius aliq̄d me diſcrimē impingere,& ærūnas ærūnis adaggerare. Nō tn̄ lōgius ꝓceſſura ē eorum tā fallax & ſubdola machinatio,quippe clarior multo ex eo euāgelij ſit prædicatio,ob idq̧ mihi & gaudium augeſcit. Vides quemadmodum geri rectum aliquod opus poſſit mēte nō recta,vt q̄d ex eo non modo nil quippiam obuenit præmij,quin & cruciatus ſubeantur plerunq̧.

Quid eīn: Dū oī mō ſiue ꝑ occaſionē,ſiue ꝑ veritatē Chr̄s annuntiet?] Quid multa? Aut q̄d mihi hæc curæ ſunt? vtrū ſic ſiāt,vel alr̄:ſiue occaſiōe,hoc ē,cōtentiōe & aſtu & ſimulatione,ſiue veritate,hoc ē,animi rectitudine Chr̄s annūtiet? Sūt q̄ exiſtimēt (inſulſi tn̄ & veritatis ignari) occaſionē Ap̄lm ad hæreſes ꝓbuiſſe,cū inq̄t,annūtiet mō q̄ſpiā Chr̄m nihil intererit,queādmodū ille annūtiet. Aduertant tn̄ id primū. Neq̧ eīn dixit annūtia,pinde ac ſi ſic ille decernere videat & iubere,ſed annuntiet,q̄d dictū ꝓfert vtiq̧ q̄d geſtū fuiſſet. Deinde & ſi tanq̄ id ſtatuens ꝓtuliſſet,neq̧ hoc pacto ad hæreſes ineūdas aditū ꝓbuiſſet. Quō? Quia hi de quibus fecerat mentionē,nulla adulterina & falſa dogmata inducebant,Chr̄m annuntiādo,ſed quæ ad veritatem facerent,ꝑdicabant. Non recte aūt,nec mente recta,hæretici ꝑdicant,ſed peruerſa quædā, & à vero penitus aliena,cum illoꝝ peruerſus ſit animus, afferuntq̧ neq̧ quicquam illorum animis,qui præſidet ſatan molitur,q̄d nō aliq̄ rōne à Chr̄o abducat. — Adulterina & falſa dogmata.

Et in hac gaudeo,ſed & gaudebo.] Hæc q̄dē illi vt me mœrore afficiāt. At ipſe lætor, quia eo amplius Chr̄i nomē vulgabit. Et q̄ id maxime egerint, eo & maxime explebor iucunditate. Vides queādmodū criminatoris illius artes & doli, in ſui perniciem reuoluātur.

Scio enim quoniam id mihi proueniet ad salutem.] Quod illud? Quod prædicatio scilicet propagetur ex odio & liuore, quo erga me afficiantur nonnulli. C

Per vestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi.] Attende quantam præ se ferat vir hic beatissimus humilitatem. Nam cum ei esset ex rebus innumeris optime gestis debita salus, nihilominus inquit, si vestris fuerim precibus ipse dignatus, ob easq; mihi spiritus sanctus suppeditetur, inde hauddubie spes est, saluum me fore. Subministratione autem dicit, plurimam gratiæ spiritalis additionem.

Secundũ expectationẽ & spẽ meã.] ἀποκαραδοκίαν dicũt Græci, quã expectationẽ dixit interp̃s. Et κάρα q̃d caput designat, & δοκεῖν q̃d annuere ẽ. Proinde ac si caput totũ nutet, & vergat ad id q̃d firmiter & certo sperat. Tanq̃ id inq̃t: Spero equidẽ vt primũ illud discrimen euasi, sic p̃sens hoc me euasurũ. Nero nãq; crudelitate insignis, & vir efferacior, Paulũ hunc ip̃m in vincula cõiecerat. Cõmonefacit p̃terea hoc loco nõ oĩa esse alienis p̃cibus permittenda, q̃n etiam sperandũ per nos erit, q̃d cupim⁹ & votis id deposcendũ, vt Paulus infert, & p̃pheta affirmat, cum inquit: Fiat misericordia tua domine, quemadmodum sperauimus in te. Et alibi: Quis sperauit in domino & confusus est? Et Paulus idem: Spes non confundit.

Psalm. 24. 32. 55. 83. Roman. 5.

Quia in nullo cõfundar.] Hoc est, neq; q̃diu in humanis sum, q̃a euãgeliũ p̃dico. Neq; cũ ex hac vita excessero, q̃a nulli tũc erũt reliq̃ hostes. Si enim inq̃t, me trucidabũt, tũc maxime mihi incõfusa & solida gloria relinquet. Quod eis nõ p̃ot cõtingere, q̃ mihi nũc aduersant.

Sed in oĩ fiducia sicut sp̃ & nũc magnificabit Chr̃s in corp̃e meo, siue p̃ vitã, siue p̃ mortẽ.] Illi (inq̃t) eorũ dolis insidijsq; posse me in discrimẽ impigere existimarũt, neq̃q̃ tñ illorũ id studiũ p̃gredietur, q̃n in oĩ fiducia, hoc est, ap̃te & nemine obsistẽte, magnificabit Chr̃s in corpore meo, hoc est, me spirãte hanc aurã, & vitã degẽte, circũferẽteq; corpus hoc ipsum. Nõ eñ nũc mortẽ sum subiturus. Et ne q̃s occurrat, inq̃ens: Nonne vel te moriente, Chr̃s magnificabit, gloriaq; & laudibus efferet? Adiecit, & p̃ mortẽ ille meã magnificabit, q̃a & mortẽ vt superarẽ effecit. Interea tñ p̃ vitã, q̃ me, postq̃ periclitantẽ exemit periculis, cõdonauit, gloriã assequet. Dicit aũt de morte, nõ quã statim sit subiturus, sed hanc si forte obiret nequaq̃ animo obturbẽtur. Nam ingenti Apostolum charitate cõplectebant Philippenses.

Mihi autem viuere Chr̃s est, & mori lucrũ.] Hoc est, nouam quandam dego vitã, & mihi pro vniuersis Chr̃s est rebus. Pro spũ (inq̃) vita & luce. Vitæ nãq; hoc nomẽ, & naturalẽ hãc vitã designat, q̃ viuimus & mouemur. Præfert & p̃cti vitã, queadmodũ cõtra dicimus, qui peccato mortui sumus, q̃ pacto vltra viuemus in eo? Significat p̃terea & p̃petuã, q̃ scd̃m deum est vitam, vt illud: Nostra conuersatio in cœlis est. Hoc vero loco, non naturalem negat se vitam victurũ Apostolus, sed eam quæ sit peccatis obstricta, & seculi huius sit intenta deceptionibus. Cæterum Christum esse sibi ad vitam fatetur, sicut & alibi dicit: In fide viuo filij dei. Mori vero in lucrum, quia vita defunct⁹ cum Christo aperte futurus sum, inq̃t. Fit itaq; vt lucrum mihi sint allaturi, qui hac me vita exemerint. D

Infra 3. Mori Paulo lucrum erat. Galat. 2

Quod si viuere in carne hic mihi fruct⁹ op̃is est, & q̃d eligã ignoro.] Ne forte existimes Paulũ vitã hãc criminari, p̃inde ac sup̃nacaneã & plane inutilẽ. Si in carne (inq̃t) viuere mihi fructus ẽ op̃is, hoc ẽ, dixi equidẽ p̃ lucro me habiturũ hanc mortẽ, veruntñ cũ vita hæc mea, neq̃q̃ mihi in carne inutilis sit, q̃ppe q̃ alios instruo, & ad fidẽ illumino, ignoro q̃d eligã, mortẽ ne an vitã. His dictis obstruunt hæreticorũ ora, q̃ p̃sentẽ hãc vitã calũniant. Neq; eñ hæc improba ẽ & iniq̃, siq̃dẽ & nobis vsui sit & fructus afferat illa vberrimos. Nõ itaq; vita hęc ẽ mali cuiuspiã causa, sed eorũ volũtas, q̃ hac abutunt. Porro & mysteriũ nobis q̃ddã iam retegẽs, ostendit dñm ipsum vitæ ac necis p̃tãtem habere. Si eñ (inquit) à dño emori postulassem, largiret hauddubie mihi hanc gr̃am. Quocirca eã ob causam nihil vobis est desperandũ. Nã si mortẽ obierim nõ maleuolorum id neq̃tia fiet, sed dei dispensatione atq; arbitrio.

Coartor ãt de duob⁹ desideriũ h̃ñs, dissolui, & eẽ cũ Chr̃o, multo eñ meli⁹. Permanere ãt in carne magis necessariũ p̃pter vos.] Philippenses his dictis Ap̃ls reddit paratiores, vt suũ obitũ futurũ p̃xime viril̃r tolerẽt. Cur eñ mea de morte dolendũ cẽsebitis, quã ipse iã p̃ridẽ summop̃e cõcupiui? Idq; & mihi sit in melius cõcessurũ, q̃ppe q̃ mihi licẽtiã p̃beat cũ Chr̃o versandi? Nõ itaq; dolore affici vllo debetis, cũ mortẽ obiero, alioq̃ in carne hac me p̃manere ob ṽram vtilitatẽ magis ẽ necessariũ. Nõ eñ quę mea sunt, q̃ro, sed ṽa. Quod si optio detur, vtrũ ex humanis abscedere, an vitã hãc ducere malim, coartor equidẽ, hoc ẽ, in ancipiti sum subdubius. Et ita vt nõ facile sciã q̃d horũ sim electur⁹. Duxerim tñ p̃cipue id necessariũ magis vt viuens & spirãs, vobis conducã. Est ne igit quippiã ingẽs adeo aut excelsum, q̃ cũ hac Pauli mẽte possit æquari? Q̃n quidem aliorũ vtilitatem Christi conuersationi sic præferat, vt Christo coniunctior sit, cum Christo conuersationem rejiciat, vt alijs profit.

Excelsa mẽs Pauli.

Et hoc cõfidẽs scio, q̃a manebo, & p̃manebo oĩbus vobis ad p̃fectũ ṽm, & gaudiũ fidei.] Cũ itaq; (inq̃t) necesse sit, vt in carne p̃maneã. Sũ nãq; hauddubie p̃mãsurus, hoc ẽ, ero q̃dẽ superstes & viuã. Nec simpliciter, sed vobiscum. Perinde ac si dicat, adhuc visurus vos sum.

At cuius-

A At cuius rei ob gratiā victurus est? Nimirū vt vos in fide ꝓficiatis, hoc est, confirmemini, & stabiles sitis in dogmate ꝑ me ꝓlato ac vita. Qui ꝓfectus, vt vestrū, sic meū gaudiū præfert. His præterea incutit hoc loco formidinē, tanq̄ id explicās. Videte vt vestri de causa Christi sim cōuersatione priuatus. Nolite ergo id vitæ reliquum frustra trāsigere. Dicet aliquis: Num Philippēsiū grā duntaxat permanebat in vita apl's, & luce hac fruebatur? Nequaq̄ horum solū de causa, sed vt eos consolaretꝰ, hæc intulit, & ad maiorem vigilantiam hortaretur.

Vt gratulatio vestra abundet in Chro Iesu in me, ꝑ meū aduentū iterū ad vos. ⌋ Cū dixisset superius sese ob eorū ꝓfectū ꝑmanere in vita, arguit quemadmodū & sibi in lucrū idipsum concesserit, quod gloriari. s. quiret in his abundantius, quia proficerent magis, cum esset ipse ad hos profecturus. Quid ergo? Num ad illos concessit apostolus? Id nempe incertum.

Tm̄ digne euāgelio Chri cōuersamini. ⌋ Id vnū (inq̄t) à vobis deposco, vt virtuti enixiꝰ studeatis. Atq̄ ꝓ euāgelij dignitate ille agit, q̄ sibiipsi renūtiat, & cruce sublata Chrm sectat.

Vt siue cū venero & videro vos, siue absens audiā de vobis. ⌋ Neq̄ eī q̄ Philippēses adeūdi mētē mutarit, neq̄ q̄ nōdū iturus hæc dicit, sed si forsan (inq̄t) ad vos nequaq̄ sum ꝓfecturus. Licebit tn̄ vel absenti mihi pro vestra hac vita, quam ex euāgelij ducitis instituto, capere iucūditatē. Cauēdū itaq̄, vel si nō ad vos ꝓficiscar, ne ab optimo hoc viuēdi genere excidatis. Nec secus ꝓterea ad vigilandū, q̄ si eorū q̄ per vos geruntꝰ hoc tp̄e sim non ignarus.

Quia statis in vno spū vnanimes. ⌋ Hoc est, in eodem concordiæ dono. Sic eñ vnis animis concordes perstabitis, cum fueritis spiritum vnum adepti.

Collaborātes in fide euāgelij. ⌋ Hoc est, inuicē pro fide labores, & certamina excipiētes.

Et in nullo terreamini ab aduersarijs. ⌋ Non eñ, ne collabamini, dixerim: sed, ne terreamini, hoc est, nulla in re perturbemini. Nam si vel pericula cōminentur, vel inferant mortes nihil profecto hi egerint, sed territāt modo, adeo illi & imbecilles coarguuntꝰ & impotētes.

Quæ est illis causa perditionis, vobis aūt salutis. ⌋ Cū eñ perspexerint hi, & si multa sint machinati, nequaq̄ vos esse absterritos, nonne id eis apertius indicabit, sua oīa in interitum abijsse, abolitaq̄ & disperdita esse. Vestra vero validiora consistere, nec posse aliquo pacto comprehendi aut consumi, quippe quæ habeant in seipsis salutem.

Et hoc à deo, q̄a vobis donatū ē ꝓ Chro, nō solū vt ī eū credatis, sed vt etiā ꝓ illo patiamini. ⌋ Cū eī Paulꝰ, donatū ē vobis, inq̄t, & pati ꝓ Chro, duo q̄dā hic ꝑagit. Alterū ne illi vl̄ verecūdia offendātꝰ, vl̄ aīo cōcidāt, si q̄d fuerint fortasse ꝓ Chro ꝑpessi. Alterū, ne insolescāt vel efferāt. Inq̄t eī Chro cūcta sunt adscribēda. Nā & virtutes dono accepimꝰ, nō vt liberū

B arb. tollat, sed vt hūiles reddat. Nō eī facere sine deo recte aliq̄d possumꝰ siq̄dē dei hoc donū forsitā suscitādorū mortuorū grām supabit. Nā si mortuos suscitauerī deo ꝓculdubio fuerim tāto hoc bñficio maximū ī modū obstrictꝰ. Sin vero ꝓ eo pœnas subierī, hūc ipm̄ habuerim obligatū & debitorem. O rem admirandā, largitur ille & debito mihi obstringitur.

Sine deo nihil rectū fieri posse.

Idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis me. ⌋ Ostendit de paribus hos versari certaminibus, quibꝰ & ipse agitaretur. Quod sane magnam in his testatur virtutem. Habetis enim, inquit, me in exemplum, & decertantem audistis, cum fuerim antehac & flagris affectus, & quemadmodum in carcerem coniectus sim, nunc audistis.

CAPVT II.

SI q̄ ergo cōsolatio in Chro, si q̄d solatiū charitatis, si q̄ societas spūs, si q̄ viscera miseratiōis, implete gaudiū meū, & idē sapiatis. ⌋ Quod inquit tale est. Si vobis aīo sedet me quoq̄ pacto tentationibus agitatū solari, vel solamen afferre, q̄le solet charitas parere. Vel si futurū est aliq̄n, vt ꝓ vobis feratis spiritalibꝰ in rebus, & his quidē, q̄ secundū dei sunt volūtatē aliquā mecū habere cōmunionem. Vel si me estis cōmiserati q̄d patiar, id oē obsecro obtestorq̄ in id vel vnicū cōferatis, vt mutua sitis charitate deuincti. Aduerte aūt quēadmodū illorū cōiunctionē, q̄d vnanimes sint, ꝓ collato ducat in se bñficio, & tanq̄ ipse misericordia fuerit dignatus, ob istorū vnitatē lætatꝰ. Nec lætitiā mihi dixit afferte, sed implete. Perinde ac si dicat: Vos q̄dē iucūditatis huiusce, q̄ in ꝑsenti afficior, initiū attulistis pacēq̄ & mihi estis iā impertiti, quā cupio & ad finē iri deductā. At q̄lis hæc lætitia est? Nō equidē vt à periculis eximar, vel vt quidpiam à vobis sim accepturus, sed idem vos sapiatis.

Eandem charitatem habentes. ⌋ Id sane præstantius quam vnanimes se ꝑstare, vt æque hi omnes adepti sint charitatem. Nec quidem vt si quis te amore ingenti prosequitur, hunc ipse lentius & frigide ames, sed vt æqua sit amoris proportio, dum alternis rependitur.

Vnanimes idipsum sentientes. ⌋ Tanquam vno eodemq̄ vincti animo sitis, non substantia, sed voluntate coniuncti, quod sane designat, cum ita mox subdit.

Nihil ꝑ cōtentionē, neq̄ ꝑ inanē glīam. ⌋ Nihil (inq̄t) ꝑ cōtentionē, hoc est, ꝑ nisum quēdā à liuore ꝓductū agatis, quēadmodū vulgo dicimus, enitar equidē totis viribus & cōtendam, vt nemo me superet. Neq̄ ꝑ inanem gloriam. Hæc nanq̄ inuidiam parit. Cum enim homines simus inanis gloriæ cupidi, quidnam pro hac assequenda facere non audebimus?

Inanis gloria darit inuidiam.

Sed in humilitate superiores sibi inuicē arbitrātes.] Viā nūc nobis demōstrat, q̄ inanem hanc gl'iam possimus defugere. Et præsumptiā affert opinionē maximū in modū nr̄æ saluti cōducere. Si eñ, inquit, existimaueris hoīem quempiā nō solū tibi p̄stare, sed lōgo etiā interuallo esse te potiorē, ob idipsumq́ꝫ præ summa humilitate habeas ꝑsuasum rem se ita habere, eum quē tibi prætuleris, honore etiā ꝓsequeris. Quod si ita te gesseris, cū tibi etiā vicē ꝑ alios reddi perspexeris, grauiter ferea. Quin etiā vel si quis tibi cōuiciet vel affligat, verberibus, es certe aīo æquiori laturus, quippe qui oēs ducas superiores, nec cuiq̄ inuidebis. Nam inuidia inter æquales oboritur, non inter impares & longe ab inuicem alienos. Sic item alius cæteros sibi præcellere existimabit, eritq́ꝫ hoc pacto summa inter omnes tranquillitas. C

Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea quæ alioꝝ.] Cum enim tuæ consulam vtilitati, tu contra quod mihi præstet conquires, nec vllus hic erit inani gloriæ vel contentioni, nec demum paruo cuiq̄ facinori locus, quin vita ducetur angelica quædam & diuina.

Lucæ. 6
Matth. 11

Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.] Vt enim & Christus inquit: Estote misericordes, sicut & pater vester, qui in cœlis est. Et rursum: Discite à me, qa mitis sum & humilis corde, sic Paulus ad humilitatem nos instruens, Chr̄m Iesum ꝓducit in medium qui nostri gratia cum diues esset, fit inops effectus. Nam cum dei filium, qui om̄e excedit fastigium, ad infima dicat se contulisse quem nam eorum qui alta sapiant, non cogat pudere.

Qui cū in forma dei eēt, nō rapinā arbitratus est esse se æqualē deo.] Enūera q̄t ob id dictū hæretici hoīes collabāt & ruāt. Marcion Pōticus asserebat nequā esse hūc mundū & carnē hāc imbibisse nequitiā, eoq́ꝫ neqꝫ carnē eiusmodi deprauatā & sordidā, Christū, q de' sit assumpsisse. Marcellus vero Galata, Photinus, Sophroniusq́ꝫ dicebāt: Verbū dei energiā eē nō substantiā & insubsistentē hāc inhabitare, q ex Dauid semine esset. Et Paulus Samosateus ꝓfitebat id verbū à Maria habuisse, vt constaret, principiū. Sabellius patrē & filiū & sp̄m sc̄tm̄ noīa quædā eē simplicia vni ꝑsonæ addicta. Arrius vero asserebat filiū eē creatū. Apollinaris Laodicæus, q̄d aīam fili' sensibilē nō suscepisset. Vide quemadmodū hi oēs vno fere cōciderint gladio, hoc videlicet Pauli dicto, in forma dei cū esset. At q̄ pacto tu primū Marcelle, tuiq́ꝫ sectatores asseritis energiā eē, hoc ē operationē, nō substātiā Iesum, cū forma substātia ipsa dicat, quēadmodū & serui forma natura est serui. Quid ipse nūc Samosatee à Maria principiū habuisse Chr̄m deliras? cū cōstet ab æterno hūc in forma dei fuisse, hoc ē, in diuina substātia? Aduerte quēadmodū & Sabellius ꝑceps ferat, ait nāq́ꝫ: Nō rapinā Paulū dicere, Chr̄m eē deo æqualē, veꝝ in vna ꝑsona nō cadit æq̄litas. Nā q par ē & æq̄lis, alteꝝ habeat necesse est, q̄ cū possit cōferri. Ex ea itaqꝫ æq̄litate duæ ꝑsonæ emergūt. Arrius q̄dē pluribus cōfutat, & cæteri itē. In forma dei, hoc ē, in dei substātia. Neqꝫ fact' dixit, sed existēs, dictū sane illi ꝑsimile. Ego sum q sum. Neqꝫ rapinā est arbitratus eē se deo æq̄lē. Vides æq̄litatem, cur ergo patrē dicis maiorē, inferiorē filiū? Sed aduerte insensatā ꝓrsus istorum impunitatē q̄rum vnus quidā sic inq̄t: Exiguus deus cū fili' eēt, nequaq̄ arripuit, vt eēt maiori deo æq̄lis. Veꝝ q̄nā literæ edocēt maiorē aliquē eē, vel paruū deū. Hæc eñ gentiū sunt deliramēta. Nam q̄d filius magnus sit deus, audi Paulū ita dicentē: Aduentū magni dei, & saluatoris dn̄i nostri Iesu Chr̄i. Proīde qui tenuis sit & exilis, q̄ pacto hāc sibi magnitudinē arrogasset? Cæteꝝ Paulus cū esset ad humilitatē nos instructurus, absurdior videt, & sibiipsi nil cōsentaneus, si eiusmodi q̄ sentiūt illi cōmonefaceret, videlicet ꝙ minor deus maiori nō insurrexerit. Quid eñ possent humilitatis ex istiusmodi dictis illi ꝑdiscere? Quia inferior deus in eū nō insurrexit, q sit dignitate p̄stantior. Est eñ hoc impotentiæ, nō æq̄litatis, quā filiū dicim' cum patre habere. Illud vero plurimū videt præferre humilitatis, vt is qui parem est cū p̄re adeptus potentiā, sit homo effectus. Sed de his satis. Aduerte itaqꝫ q̄d Paulus dicat: nō rapinā arbitratus est esse se deo æq̄lem. Cū eñ quis aliquid surripit, ne illud amittat veret, qa q̄d alienū est detinet. Cū vero quidpiā habeat natura insitū, facile illud contemnit, certior sane id se ita foeturum, vt deponere nequeat sitq́ꝫ protinus recepturus, si deposuisse sit visus. Inq̄t igit: Nihil est dei filius veritus à propria dignitate descendere, qnia hanc non per rapinam sit assecutus. Dico igitur parem hunc esse deo patri, & propriȩ dignitatis habuisse cognitionem, eoq́ꝫ vt humilis fieret hæc maluit, tanq̄ in ipsa humilitate, celsitudinem suam seruaret.

In hæreticos pulchra et acuta disputatio.

D

Exod. 3

Titum. 2.

Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.] Vbinam sunt qui inuitum hūc, vt patris iussa exequeret, asserunt descendisse? Audiant quemadmodum seipsum vt dominus, & sui iuris non alieni, exinaniuerit. Cum vero formam inquit serui accepit, Apollinatis erubescat. Nam qui serui formam siue natueam accepit, animam habet omnino intellectiuam.

In similitudine hoīm factus.] Hisce ex verbis delirāt Marcionistæ, ꝑ phātasiā & p̄stigia q̄dā, affirmātes Chr̄m incarnatū fuisse. Inquint eñ: Vides vt Paul' similitudinē asserat hoīm hūc accepisse, & in figurā hūanā trāsformatū, nō vera substātia hoīem effectū? Quid hoīes ineptissimi deblateratis? Nōne dn̄s nostēa hāc oēm in se naturā excepit? Etsi nōnullis caret, q̄ nobis insunt mortalib', vt ꝑ coitū ꝓcreatio, & p̄cti cōmissio. Neqꝫ id solū q̄d exteriori

ex facie

A ex facie apparebat, inerat illi, sed diuinitas ipsa. Erat nanq; hic deus, non homo simplex, & humanitati vnita erat diuinitas, & ideo in similitudinẽ hoim dixit. Nos enim ex aia, corpore'q; cõstam⁹, ille ex anima, corpore, & diuinitate cõstabat. Propterea & similitudine dicit. Nam & alibi in similitudine carnis peccati cũ inquit: nequaq̃ id infert, q̃d carne careret, sed quia caro illa expers oino peccati esset, at similis erat carni huic nostræ, quæ vtiq; est peccato obnoxia. Secundũ naturã erat, nõ secũdũ nequitiã. Vt itaq; ibi hoc similitudinis nomine inæq̃litas quædam præfertur, sic & hoc loco cum in similitudine dicit, neq; ex humano congressu fuisse hunc genitum arguit neq; peccato subesse, quia haudquaq̃ simplex homo esset.

Et habitu inuentus vt homo.⌋ Cum dñm dixisset, seipsum euacuasse, ne forte immutationem aliquam aut relapsum putes interuenisse, sic inquit: Manens quod erat, & q̃d non erat accepit. Neq; enim natura est immutata, sed in figura effectus, hoc est, in carne. Carnis enim est transfiguratio. Cum itaq; formam serui accipiens, dixisset apostolus, fidẽs illud subiecit in figura hois inuẽtus vt homo, vt ea quæ superius dixerat, confirmaret. Recte aũt, vt homo dixit, non enim erat vnus e multis, sed e pluribus vnus. Nec quidem in hominem recidit deus verbum, sed tanquam homo apparuit, & cum sine forma existeret, formam subiuit. Nõnulli autem id dictum interpretati sic sunt, & forma inuentus vt vere homo. Quemadmodum & Iohannes dicit: Gloria vt vnigeniti, hoc est, qualem vnigenitum habere decet. Iohan.1

Humiliauit semetipsum, fact⁹ obediẽs vsq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis.⌋ Rursum seipsum ad humilitatẽ affirmat vnigenitũ cõtulisse, ne forte descendisse ad infima existimet inuitus. Occurrent hoc loco molestiores hæretici illi & insanabiles, dicent'q;: Ecce subiectus & obediẽs dicit vnigenitus. Ad q̃d illud o insensati, q̃n quidẽ & nos amicis obtẽperamus, cũ nihil nos reddãt interea istiusmodi obsequia inferiores. Et dñs patri obsecutus est volẽs. Sic em̃ vnitatem perspicuã fecit, quam cum patre haberet. Est em̃ filij pprium venerari parẽtem. Factus est seruus, sed mortem subiuit, & quod hac re longe est maius, ignominiosam. Mortem autem crucis, hoc est, detestandi patibuli, quod sontibus duntaxat & maleficis debebat.

Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomẽ quod est super omne nomen.⌋ Cum de carne aliquid disserit Paulus, quàm potest effusius humilia eius eloquitur, perinde ac infima quæq; carnis admittat conditio. Carnem vero ita accipies, vt nihil Christum ab eo secernas. Verum quod nomen illi ob humanam naturam contulit deus? Nimirum vt filius in carne dicatur & deus. Nam & homo dei est filius, sicuti & angelus dixit: Quod factũ est sanctum, filius dei vocabitur. Istiusmodi autem appellatio vniuersorum nomen excedit. Luc.1 Math.1

B Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ.⌋ Hoc est, orbis terrarum vniuersus, angeli insuper, & mortales ipsi, & dæmones hunc ipsum submissis genibus venerabundi adorẽt. Vel iusti ipsi & peccatores idem factitent. Nam & dæmones eundem sunt cognituri, & inuiti coercebuntur. Nec veritatem amplius impugnabunt, tametsi ante tempus istiusmodi faterentur, nouimus te qui sis. Luc.4

Et ois lingua cõfiteaf, q̃m dñs noster Iesus Christus in gloria est dei patris.⌋ Hoc est, vt oẽs asserant Christum Iesum dñm eundem & deum. Id nãq; patri in gloriã cedit, vt filium habeat, cui oia subijciant & pareãt. Vides itaq; quemadmodum vnigeniti exaltatio patris sit gloria, sic contra, huius & imminutio patri ad ignominiam sit concessura.

Itaq; charissimi mei sicut semper obedistis.⌋ Cum laude sunt castigationes inserẽdæ ne nimis incessant, sic facile admittẽf, Idcirco hos laudat Paulus, charissimos nuncupãs & beneuolos. Sicut semper, inquiens, dicto audientes fuistis. Tanq̃ id dicat: Dei filius patri obsequentior fuit, hunc imitamini & vos insuper, quibus obtemperare maioribus perfacile fuit.

Non in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea.⌋ Si enim me adstante id egissetis, mei forsitan verecundia detenti, paruisse mox videremini. Nunc vero cũ me vel absente virtuti intenditis, & quæ vobis præsens iniunxeram, tam libenti animo exequamini, profecto ostenditis non mei hæc gratia, sed dei vos omnia factitare.

Cum metu & tremore vestrã salutem operamini.⌋ Non em̃ vt mihi conducã vos hortor, precor'q;, vt ita viuatis, sed vt ea q̃ ad vestrã salutem faciũt, operemini: cum timore th̃ & tremore. Tremore vero adiecit, vt metus exprimat magnitudinem q̃ sit operandũ. Nã dẽpta formidine, nil recte peragi potest. Verum q̃ pacto hic comparabif timor? Si Christum intellexerimus vbiq; adesse, exaudire'q; oia, & cũcta prospicere. Nec solũ quæ gesta sunt vl' geruntur, sed etiam quæ mente & cogitatione concepimus: Seruite dño (inquit) in timore; & exultate illi in tremore. Sit in vestra, inquit, quod recte agitis, reconditum conscientia. Psalm.2

Deus est em̃ q operaf in vobis, & velle & pficere.⌋ Cũ dixisset, timore & tremore, nũc inq̃t nihil ppterea vobis verẽdũ est. Neq; em̃ vt desperetis hæc intuli, sed vt sitis cautiores. Si em̃ caueritis, & solertiores vos p̃stiteritis, de⁹ oia paget. Ipse ẽ em̃, q ad eiusmõi volũtatẽ & pmptiores facit, vt bona velimus, & animi eiusmodi pmptitudinẽ ad finẽ deducit, Opaf aũt deus in vobis & volũtatẽ, hoc ẽ, suggerit vobis, vt q̃ bona sint cupiatis, & vestrã hãc opti

mam augebit cupidinem, incenderq; vt fiat feruentior. Vel aliter: Cũ vſa ſit deus cepta terminaturus, vos vero ad ea aim intendatis, quæ finem iam nacta eſſe perſpicimus. Propterea voluntatem dicit apoſtolus à deo hãc ſuggeri. Exẽpli gratia: Induxeras ipſe in aim q̃d cœpetas exequi. Si finis opus hoc tuum ſubſequat̃ occeptum, eris promptior, vt illud perficias. Sin minus, vel ea ſaltem quæ te inceſſerat quidpiã operandi libido torpebit, deniq; & abſcedet. Cum itaq; conſtet in deo eſſe hunc finem, qui velle hoc noſtrum incendat: merito dicit in dei eſſe operationẽ eiuſmodi poteſtate ſitam. Vel quia ſic cupiat Paulus, voluntatẽ hanc illis à deo dicit ſuppeditari. Quemadmodũ & officia & recte facta, dona appellat. Nõ liberum nobis arbitriũ demens, ſed volens vt gratiæ deo per nos ſp agantur, & illi vniuerſa cõmitti. Attende vel hunc dicendi modũ in vobis dixit, cum timore & tremore ſalutẽ operãtibus. Nam in iſtiuſmodi deus hominibus omnia operatur, qui voluntate ad bonũ ducunt.

Paulus nõ tollit liberũ arbitrium.

Pro bona volũtate. Hoc ẽ, vt adimpleat̃ i vobis q̃d deo placitũ ſit. Id ei illi optime placet vt talẽ vitã degamus, q̃ ſibi ſit placita. Quocirca vel ex hoc poteſtis cõfidere. Eſt em̃ deus ad recte viuendũ vobis opem laturus, & ſi nullius rei alterius gratia, ob id ſaltem, quia ſic velit.

Oĩa aũt facite ſine murmurationibus & hæſitationibus.] Cum nequeat ſtatim criminator illæ q̃ recta ſunt facientẽ interpellare, vel deſperationẽ ſuggerit vel inſolentiã. Sin min9 vel q̃rulitatẽ, vel diffidentiã, vel de fide vt ambigat quis ſuggeſturus ẽ. Et qm̃ acerrime Philippenſes tentationibus vexabant, & periculis erãt cõtinuo agitari, ita vt pleriq; p̃cipites in murmuratiõis barathrũ, & blaſphemiæ agerent. Sine murmurationib9 inq̃t oĩa facite. Qui em̃ õbmurmurat, ingratus eſſe & maledicus arguet. Hæſitationes aũt diuerſaꝝ reꝝ ſecretionem dicit, & ambiguitatem, quemadmodũ cum iuſſa proponuntur & præmia. Exempli gratia: Si illud egero, mercedem ſum habiturus, expediet ergo vt ea agamus. Non itaq; erit in his hæſitandum, quo minus agantur, ſed fidenter exequi oĩa oportebit. Siue labor ſit impendendus, ſiue ſudores fundẽdi, nihil erit in his peragendis, q̃q̃ pacto per nos hæſitandum.

Vt ſitis ſine quærela & ſimplices.] Hoc eſt, irreprehenſibiles & immaculati. Non enim exigua labes hæſitatio. Nec cruciatum dicit, vt ad Corinthios ſcribit: murmurationibus reſeruari, quia vt liberos hos, non vt ſeruos alloquitur. Audi ergo & quæ ſubſequuntur.

1. Cor. 10

Filij dei ſine reprehenſione.] Serui eſt ingrati ob murmurandi id vitium. Fieri enim qui poteſt, vt quærulus ſit, qui paternis & ſuis rebus inſudet, & ſtudeat filius?

In medio gñationis prauæ & peruerſæ.] Noui (inquit) eſſe pleroſq; qui vos impugnẽt, & ad quærimonias cogant. At illud ingentis eſt laudis, cũ vel percitus q̃ſpiam nil cõquerit.

Inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo verbum vitæ cõtinentes.] Vt em̃ faces in tenebris ſplendent, ſic ipſi eſtis inter obliquos & tortuoſos, quippe qui & erecti conſiſtitis, & luci ſtudetis. Sermonem aũt vitæ habentes, hoc eſt, vitæ ſemen adepti iam eſtis. Vel q̃a quẽadmodum faces collucent, & q̃ſi ſui fulgoris fomento vitam corporibus reddunt, ſic vobis omni ſtudio eſt enitendum, vt virtutis loco hominib9 ſitis, quæ vitam de ſe poſſit præſtare.

Ad gloriam meam in die Chriſti.] Tanti ſit (inquit) veſtra hæc virtus, vt non ſolum vos traducere poſſit ad vitam, ſed & me clariorem efficere in Chriſti aduentu.

Quia non inuacuũ cucurri, neq; inuacuum laboraui.] Id idem mihi ad gloriam cedet, q̃ tales vos & tã breui erudiendo reddideri, vt haud fruſtra mihi in vobis inſumptus ſit labor.

Nam & ſi immolor, ſupra ſacrificium et obſequium fidei veſtræ gaudeo & cõgratulor omnibus vobis.] Et ſi moriar, inquit (mortem enim immolationẽ appellat) immolor náq; ſupra ſacrificium & obſequium fidei veſtræ, hoc eſt, cum antea vos in ſacrificiũ deo, & obſequium obtuliſſem, & fideles effecerim, nequaquam vt mortuus mœrore conficior, ſed lætor equidem & vobiſcum vna afficior gaudio. Gaudeo quidem quia offeror immolandus, gratulor vero quia fidem veſtram non ſecus ac ſacrificium aliquod deo ipſe obtulerim.

Idipſum autem & vos gaudete.] Id ſcilicet, quia eſtis per me hunc in modum oblati.

Et congratulamini mihi.] Quia cum ſim immolandus, incredibili iucunditate afficior.

Spero aũt in dño Ieſu Timotheum me cito mittere ad vos, vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt.] Quemadmodũ & reliq̃ ſolet, ſic Timothei apoſtolatum Chriſto demandat. Cõfido em̃, inquit, in dño, vt quẽadmodũ ex meis literis perdidiciſtis, q̃ mecum gerant̃, vtq; p̃uectum ſit euangelium Chr̃i, & aduerſariorum facta oĩa cõtra eoꝝ opinionem p̃ceſſerint, ſic ipſe bono animo ſim futurus, conſolariq; vos in poſterum queam, cũ certior fuerim per Timotheũ ad me redeuntem effectus, quemadmodum & vobiſcũ agat.

Timothei apoſtolatus.

Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ſyncera affectione p̃ vobis ſolicitus ſit.] Poteram (inquit) vel alium quempiã ad vos ipſe tranſmittere, ſed nullus erat vt iſte mihi vnanimis, hoc eſt, animo meo conformis, qui parem curã veſtris in rebus non ſecus ac ipſe ego præſtaret. Qui ſyncere, hoc eſt, paterno more, veſtra curaret. Aduerte quàm diligenter hic proſpiceret Philippenſibus, quandoquidem ſi ei non ad illos concedere licuiſſet, alios tranſmittebat, ne vllo tempore vacarent, qui ad fidem erudirentur.

A Oēs em̄ quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. ❙Hoc est, propriam quietem conq runt & otium singuli, & in tuto vt sint. Nemo em̄ alius tm̄ itineris suscepisset. Hæc aūt inqt, vt Timotheum ipsum collaudet, castigetq; audientes ne otia q̄rant. Nam qui eiusmōi appe tunt, nequaq̄ quæ Christi sunt quærunt. Prohdolor q̄ longo à Christo interuallo distamus qui eius gratia nil nisi quod gratum sit & oblectet, ducimus tolerandum.

Experimentū aūt ei⁹ cognoscite, q̄a sicut patri filius mecū seruiuit in euāgelio. ❙Vtar in qt & vob hac ī re testib⁹, vt ille mihi tanq̄ parēti operā suā p̄stiterit. Nec solū in his q̄ corpis sunt, ministeriū p̄buit, sed etiā in euāgelio p̄dicādo. Is itaq;, siue q̄a vt filius mihi seruiuit, siue quia sit dei minister, merito est honore dignādus. Hunc in modū apud Philippenses cōmē datiorē hūc facit. Neq; adeo ob Timothei p̄fectum gaudet Paul⁹, q̄ illis cōgratulat̄, quia ex huius sermone plurimū sint profecturi, si modo paruerint, & maiora sint præmia habituri.

Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me sunt. ❙Vt videro in- quit quem finem sint quæ mecum aguntur deniq; habitura, statim hunc ad vos mittam.

Cōfido āt ī dn̄o, q̄m & ipse veniā ad vos. ❙Nō em̄, inqt, q̄d me ad vos vētur̄ desperē, Ti motheū nūc mitto, sed (vt antea dixi) vt rescīscā queādmodū vobiscū agat̄, & ita iucūditate afficiar. Aduerte āt vt suū accessum deo sp̄ p̄mittat, inqt ei: Cōfido ī dn̄o, hoc ē, si dn̄s volet.

Necessariū aūt existimaui, Epaphroditū fratrē, & cooparorē, & cōmilitonē meū. ❙Lau- dibus Epaphroditū dimittēs prosequit̄, sicuti & Timotheū prosecutus est. Ratiōe (vt dictū est) nō absimili, cooperatori p̄stat cōmilito. Cooperat̄ em̄ & operā *aliquis, p̄stat, in reb⁹ tm̄ nullius discriminis. Cōmilito vero in admodū periculosis, & in quib⁹ de vita agit̄ & salute. Alias, aliqui bus vel aliis

Vestrum aūt apostolum & ministrum necessitatis meæ mittere ad vos. ❙Hoc est, eum quem ad me transmisistis, vobis dono & remitto. Per hunc enim Epaphroditum transmise rant Philippenses Paulo necessaria. Vestrum apostolum, instructorem dicit & magistrum.

Q̄m quidē oēs vos desiderabat videre, & mœstus erat, propterea, q̄ & audieratis illū in- firmatū. Nā & infirmatus est vsq; ad mortē. ❙Cū vr̄am ille in se charitatē pernosceret, quia mœrore estis ob ægritudinē eius affecti, cupiebat vos visere, vt tristitia liberaret, quā ei⁹ va- letudine cōceperatis. Excusat præterea, & causam affert, cur lōgo post tp̄is īteruallo, ad eos dimittat ap̄los, perinde ac si dicat. Nō factum negligenter. Nam Timotheū qui cōpar mihi animo est, ad id temporis apud me ipse detinui. Epaphroditus vero morbo correptus est, & ideo se non ante ad vos contulit. Fuit enim eius longior ægritudo, & morti propinquior

B Sed de⁹ miser⁹ ē ei⁹. ❙Heus vero tu o Manichæe, quidnā ad hæc respōdebis (Si em̄ mun dus nequior est, & prauū esse q̄cquid ī eo viuitur, & sentis & asseris, q̄ nūc pacto ap̄ls dei mi serationē appellat, fuisse Epaphrodito permissum, q̄tenus adhuc vita hac potiret̄: Nihil ha- bent profecto ad hoc q̄d respōdere possint hæretici. Quærant præterea & Christiani, si bo num est, dissolui & esse cum Christo, cum misericordiam dei esse hāc vitam dicat ap̄ls, num quia Epaphroditus alios edoceret, & multas esset deo aias allaturus, si plusculum superfuis- set: Quod sane magis est necessarium, quam solui hoc corporis nexu & cum Christo versa ri, vt dictum est supra. Vel pleraq; Paulus ad cōmunem audientiū gratiā loquit̄, & nō vbiq; (q̄d verius est) philosophat̄. Erat nempe illi ad hoīes vitæ huic deditos sermo, qui & mortē adhuc formidarent, alioqui & bona est præsens hæc vita. Nam q̄ alias pacto cruciatus loco mortes reponit immaturas: Inquit em̄, p̄pterea infirmi inter vos sunt, & dormiunt multi. Neq; em̄ vita futura huic dicit̄ bonitate p̄stare, q̄d nihil in se hæc habeat bonitatis, sed bonæ Cap. 1. 1. Cor. 11.

Non solum autem eius, sed etiam mei. ❙Attende quemadmodum vel (p̄fert, vt potior, ob id etiam veneratione dignum reddat Epaphroditum, siquidem hunc ex ægritudine con ualuisse pro collato in se beneficio ducat, vt tanquā misericordia sit ipse dignatus.

Ne tristitiam super tristitiam haberem. ❙Hoc est, ne tristitiam, quam ex Epaphroditi non æqua conceperam valetudine si mortem obiret, & aliam compararem.

Festinantius ergo misi illum, vt viso eo, iterum gaudeatis. ❙Hoc est, nil distuli, quin hunc destinarē, vt ei⁹ cōspectu, à vobis mœror oīs abscederet, & maiori lætitia cū ex inspato redi

Et ego sine tristitia sim. ❙Sic em̄ & ipse ero mœstitia subleuatus, læta- (ret, afficeremini. borq; maxime, cum vos eritis lætiores. Neq; enim vobis mœrentibus, expers ipse mœroris fuissem. Nam quis infirmatur, & ego non infirmor: 2. Cor. 11.

Excipite itaq; illū cū oīni gaudio in dn̄o. ❙Hoc est, secundū deum ādmittite, & vt illi est placitū, & quemadmodū sanctos decer. Hæc autem Paulus inquit, vt Philippensibus magis conducat, quandoquidem maius sit beneficia conferenti q̄ accipienti propositum lucrum.

Et eiusmodi cū honore habetote. ❙Ne videat huic & vni honorē nūc impertiri, cōmo- nefacit, vt cū eo & reliq̄s, q pari fuerint virtute ornati, & venerent̄ & p̄sequant̄ honoribus.

Q̄m p̄pter op⁹ Christi vsq; ad mortē accessit, tradēs aīam suā. ❙Epaphroditū hūc miserāt ad Paulū Philippēses, vt illi necessaria deportaret. Is itaq; Romæ Paulū cōperit in discrimi ne summo reseruari, vnde & periculū sibi impendebat non mediocre Paulū adeunti, vtpote

cui esset imperator infensus. Is itaq; his periculis omnibus patefactis, Paulum conueniebat C
& illi ad vitæ necessitatem oĩa suppeditabat, quod sane nunc dicit. Aduerte aũt quemadmodum non mei gratia, sed ob dei opus hunc dicat morti se obiecisse. Neq; enim per eum stetit, quin morti succumberet, sed dei dispensatiõe effectum est, ne hac vita defungeretur.

Vt impleret id q̃d ex vobis deerat erga meũ obsequiũ.⌋ vos (inquit) nequaq̃ Romæ nũc estis, vt vel corpore ministrãdi mihi officiũ pstetis, tãetsi necessaria trãsmisistis. In hoc itaq; & si vos defuistis, vt vestris manibus mihi transmissa porrigeretis, Epaphroditus vestrã vicem ministrando suppleuit. Aequum est igit, vt plurimũ à me bñuolentiæ vẽdicet, vt q mihi p vos destinata & detulerit, & ministrarit. Aduerte aũt queadmodũ rem ipsam obsequiũ nuncupet, vt ostendat q per quietẽ & otiũ vitã hãc trãsiguut, opem debere pıclitantibus ferre. Et qui minus id egerit, priuari hoc officij gr̃ e, nec secus q̃ si publicis deesset muneribus.

CAPVT III.

DE cætero fratres mei gaudete in dño.⌋ Qm̃ in mœrore hi erãt, qa nondũ de Paulo quicq̃ rescissent, & ignorarẽt, quemadmodũ prædicatio ipsa proueheret, neq; vt se Epaphroditus ex valetudine haberet, auditu quidpiã pcepissent, soluit hæc Paulus, & eos molestia liberat, cũ euãgeliũ prouehi dicit, & se vẽtuq; affirmat, & Epaphroditum insuper ad se remisisse. Inquit itaq;: Gaudete. Nulla nanq; offertur occasio, vt vestrũ hoc gaudiũ possit intercipi. Atqui Galatas filios appellat, quia emendatione indigebãt. Hos fratres, qui honorifice ad eos hæc & leniter disserit. Recte aũt dixit, in dño. Nã in huius seculi rebus nullum est gaudium. Sed pressuræ ac mala quæ pro dño toleram', plurimum lætitiæ afferunt, vel eo vobis est gaudendum, quia dñs factu facilia cunctis iniunxit.

Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis aũt necessarium.⌋ Postq̃ laudes plurimas in eos cõgessit, mox & cõmonefacit ne à principio grauis & molestus appareat.

Iudæos canes vocat. Videte canes.⌋ Erant ex Iudæis nõnulli, qui se Christianos mentientes, sub ea simulatione euangeliũ prædicabant, & Iudaica interserebãt nõnulla. Et qm̃ facile internosci nõ poterant, ppterea, videte, inquit, hoc est, cauete, ne lateant istiusmodi. Canes em̃ gẽtiles dicebantur, nunc Iudæi vt petulantes & mordaces, & veritatis lucem impudentius oblatrantes.

Videte malos operarios.⌋ Hoc loco abstinet filios nuncupare. Canum enim pleriq; dominoq; inhiant mensæ, alij domos custodiunt, hi vero & si operãtur, in prauis tamen & turpibus operam suam impendunt, auelluntq; & dissipant, quæ diutius sunt bene plantata. D

Sabbatũ p circũcisiõe solueba tur. Videte cõcisionem.⌋ Hoc est, q circuncisi sunt. Olim nanq; magni apud Iudæos circuncisio ista fiebat, & in honore erat non mediocri: qñquidẽ ob hanc vel sabbatũ soluebat. Nũc vero cũ frustra fit & inanis iã reddita, nil aliud pfert q̃ cõcisionẽ hãc ipsam. Nõ em̃ legitima est circũcisio, sed caro præcidit tm̃. Vel quia ecclesiã canes illi tentabant vt circunciderent.

Nos em̃ sumus circuncisio, qui spũ seruimus deo.⌋ Si cõquirenda, inquit, est circũcisio, in nobis hãc certe cõperietis, q spũ, hoc est, qui mẽte tota & animo deo seruimus. Nã qui animam circunciderit, hoc est, vitia ex aĩo dempserit, hic profecto nobile admodũ circuncidendi nactus est genus. Et eo magis, q̃ anim' est corpore potior. Neq; em̃ dixit, in nobis est circuncisio: sed, nos circuncisio sumus. Circuncisio em̃ ornata virtutibus, vere hominem pfert.

Et gloriamur in Christo Iesu, & nõ in carne fidutiam habeamus.⌋ Quid (inquit) vtrum horum est satius in Christo nos gloriari, qui corda nostra hæc circuncidit, & ad filioq; dei ingenuitatẽ p lauacrũ ipsum deducit, an in carne iactari, hoc est, quia circuncisi sint supbire?

Quãq̃ & ego habeã cõfidẽtiã in carne.⌋ Si essem (inqt) ex gẽtib' oriund', iure forsitan quispiã diceret circũcisionẽ hãc me improbare, vt q Iudaica careã. Nũc vero hãc ipse sum nactus, quã vel gloriã dicitis, vel in carne fidutiã. Quo fit, vt nequaq̃ ipse sim vr̃a hac apparenti nobilitate priuat'. Alioq ipsi' gr̃a veritatis, circũcisionẽ hmõi & cõdẽno & improbo.

Si qs alius videt confidere in carne, ego magis.⌋ Aduerte aũt Pauli prudẽtiã. Vt minus sint q̃ dicit molesta, neminẽ noĩe patefacit, sed cum inquit: Si quis videtur alius, oñdit alios se vt diceret, cõpulisse. Vel quia nequaq̃ cæteri tantã essent, quantam ipse in carne fidutiam assecuti. Vel quia circuncisionis confidentia nihil in se veri haberet, sed appareret dũtaxat.

Circuncisus octauaua die.⌋ Quod maxime animo inerat, circũcisionem proposuit. Die vero octaua, cum inquit, arguit nequaquam se proselytum fuisse.

Proselytũ, .i. aduenã. Ex gñe Israel.⌋ Hoc ẽ, neq; ex pselitis pgenitoribus, sed Israelitis, e qbus originẽ duco

Tribu Beniamin.⌋ Hoc est, ex tribu, quæ cæteris esset testatior. Quippe, cuius ex sorte sacerdotes constituuntur.

Hebræus ex Hebræis. Superius dixerat, ex probatioribus Iudæis sum ego. Põt nanque concedi ex Israelitico genere quempiam esse, nec tñ ex Hebræis Hebræum. Hebræi nanq; esse desierunt pleriq;, qui cum præ frequentiori cum gentilibus habita assuetudine redditi sunt hebraicæ fere linguæ ignari, ita vt nec satis scripturas ipsas callerent. Ipse, inquit, Hebræus sum, hoc est, & formam seruo & ingenuitatem, vnde sic infert.

A Secūdū legē pharisæus.] Cū inuitus hæc cūcta narraret, vt circūcisus videlicet sit, & gñe Israelita, & istiusmodi reliq̄, nūc vltro q̄ optime gesserit, explicat, dicēs: Secūdū legē pharisæus, hoc est, in legis disciplina. Erat em̄ apud Iudæos pharisæorū secta oīm probatissima.

Secundum æmulationem persequens ecclesiam dei.] Cum essent & Pharisæi nō admodum legis æmulatores, quippe qui ad ostentationem pleraq; factitabāt, tantopere inquit legis zelo vrgebar, & adeo vehementi, vt Christi ecclesiam insectarer.

Secundū iustitiā q̄ in lege est, cōuersatus sine querela.] Erāt em̄ pleriq; qui eiusmodi zelo, nō ꝓ lege tutāda & maiorū traditionibus obseruandis, sed principatus vel gloriæ gratiā ducerent. idcirco Paulus inquit, quia cum culpa vacē, nec sim secundū legis iustitiā incusandus, qui fieri pōt, vt humanæ potius rei cuiuspiā gratia, non dei zelo ecclesiam sim ꝑsecutus.

Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum ꝓpter Chr̄m detrimēta. Veruntñ existimo oīa detrimētū eē, ꝓpter eminentē sciam Iesu Chr̄i dñi mei.] Hoc loco ꝓsiliūt, q legem criminant̄ hæretici, dicūtq;: Ecce & Paulus legē dānosam ducit, qppe quā detrimentū appellat & purgamenta. Quo ergo pacto credet̄ à deo fuisse hæc ꝓmulgata? Primū quidē dixerī agēdas deo gr̄as fore, q̄d spūs sit dispēsatiōe effectū, vt hi legis verba nō sec⁹ acciperēt, ac ad eorū facerēt vtilitatē & ꝓpriā sniam cederēt. Q̄d si ita nō eēt, obliterassent iam illa vt alia pleraq; deleuerūt. Proinde aduerte, nequaq̄ simplr̄ intulisse detrimentosam eē hāc legē, sed arbitratus sum detrimētū hāc eē. Perinde ac si dicat: Nihil hæc habet ī se detrimēti, qppe q̄ ad Chr̄m sit p̄uia, si recte sit cognita: Verū & si añ hac ipse legis huiusce nō æquiorē fuissem, & verā cognitionē adept⁹, mox vt veritatē ꝑcepi, ad Chr̄m cōcessi. Visa deinde mihi lex ē, q̄diu hāc praua interp̄tatiōe sectabar iacturæ fuisse & dāno, qa Chr̄m interea nō adierim. Est nāq; suapte natura lex ipsa lucrū, si recte hāc fueris interp̄tat⁹. Aduerte aūt, quēadmodū nequaq̄ dixerit, quā ipse lucrū existimo, sed q̄ erat in lucrū. Enīuero plurimū nobis lex ipsa cōducit, vtpote q̄ feritate hoīes liberet, & ad pietatē instituat, & ꝑinde ac scalæ nobis ē loco, q̄ ad vitā traducat. Vt itaq; q ꝑ scalā inscēdit, nō hāc aspernat̄, qn poti⁹ gr̄as agit, q̄d eā ad scādēdū sit nact⁹ (Nā si hæc defuisset, nequaq̄ illi q̄ primū intēderat patuisset ascēsus) Ita & lex cū esset lucrosa, nūc ipsi dānosam existimamus, nō q̄d damnū aliq̄d inferat, sed quia hāc ꝓpria gr̄a superet magnitudine. Vt em̄ q argentū inuenerit, si aurū deinceps occurrat, nec retinere vtrunq; liceat ꝓ detrimento mox duxerit argentū seruare, quin statim aurū capiet. Sed etiā ꝓ detrimento lex ipsa habetur, si vos à Chr̄o subtraxerit. Quod si ad Chr̄m deducet, nihil offutura est, quin magis iuuabit. Nec olim, inquit, dispendiū legem existimaui, sed

B etiā in p̄senti idē sentio. Cur illud? Quia gr̄a ipsa longe plurimū legē excedit. Vides quēadmodū legē cū gr̄a cōparauit. Fit aūt cōparatio in similibus gñe, & q̄d præstiterit, non sui absimili præstet. Quo fit, vt lex scientia sit, sed inferior longe Christi cognitione. Quinetiā & lucerna lucem præbebit, haud tamē eiusmodi solis est splendor, & pro luce tamen habetur.

Propter quē oīa detrimentū feci, & arbitror vt stercora, vt Chr̄m lucrifaciā.] Propter Chr̄m, inquit, detrimentū sum ipse ꝑpessus, hoc est, iacturæ fore mihi reliq̄ oīa existimaui, vel qa vniuersa ob Chr̄m amiseri. Vides quēadmodū nihil natura lex ipsa afferat, nisi Chr̄i ob gr̄am detrimēti. Nōdū tñ ꝑspicuū fecit, cuius rei gr̄a oīm iacturā hic fecerit, ni forte bonorū fortunæ, & seculi huius dixerimus. Quod si de lege hæc illū dixisse intelligimus, neq; hoc pacto iniuria legi infert̄. Atqui paleæ frumēti sunt purgamēta, q̄ & frumētū tutāt̄, & illi afferūt firmitatē. His dēptis nec triticū ip̄m cōstabit. Quo ei mō sine stipula vl̄ calamo illud cōsisteret? alioq̄ emergēte frumēto & lecto, residēt īutiles paleæ. Sic gr̄am lex ip̄a & obfirmat & facit testatiorē, verū tñ cū gr̄a apparebit, neq̄q̄ ampli⁹ erit legis huiusce scriptis īmanēdū.

Et inueniar in illo nō habēs meā iustitiā, q̄ ex lege est, sed illā quę ex fide est Chr̄i, quę ex deo est iustitia.] Ne habeā, inquit, meā iustitiā, q̄ ex legis operibus cōparat̄, ꝑinde ac ex his fuerim iustitiā hāc ipsam adeptus. Neq; em̄ ex operibus iustitia vlla proficiscit̄, quia neq; ex his cōflari hęc p̄t, sed ꝑ Chr̄i fidē iustitiā adipiscar, q̄ ex deo est, hoc ē, diuinū munus per gratiam iustos credētes efficiēs. Si em̄, inquit, corde credideris, & ore q̄d creditū per te est profiteberis, saluus fies. Dona aūt illa diuina longo interuallo cæterorū vtilitatem officiorum excedunt, quæ hominum studio comparantur, vt triticum detrimenta illa & paleas superat. Roma. 10.

In fide ad cognoscendū illū & virtutē resurrectiōis eius.] Ergo ꝑ fidē erit & dei cognitio. Qui em̄ pōt mens vlla humana vl̄ cogitatio resurrectionē illā cōplecti? Profecto nulla. Quin potius fides vel sola hāc cōtemplabit̄. Si resurrectio igit̄ fide percipitur, q̄nam pacto quod maius est, natiuitas ipsa poterit cogitatiōe cōprehendi? Verū si quæras, quō hæc præstantior sit, sic respōdebo. Quia multa extiterant resurrectionis argumenta & signa. Nā vel ante Chr̄i resurrectionē fuere pleriq; à mortuis excitati, ex virgine vero præter Chr̄m alius nemo ꝓgenitus est. Est ergo ex fide dei iustitia, hoc est, illi innititur & pro fundamento hanc habet. Virtutem aūt dixit resurrectionis, quia ingens resurrectionis vis est. Quinetiā hæc resurrectio magnas nobis vires suppeditat, vt id iter & nos prosequamur.

Hæretici plerąque e sacris voluminibus auferūt.

Et ſocietatem paſſionis illius.] Perſecutiones (inquit) tolerando & preſſuras malorum C
quæ perpeſſus eſt Chriſtus, participes & ipſi efficimur. Si igitur prorſus diffideremus, haud
quaquam nos eſſe cum Chriſto cœleſti imperio potituros, nunquam profecto tot ac tanta
ſubiremus tormenta. Intelligas autem velim illum præcipue pro indubitato habere Chri-
ſtum reſurrexiſſe, qui eius gratia pœnas tolerat & cruciatus.

Configuratus morti eius.] Hoc eſt, comparatus. Nam quemadmodũ Chriſtus pro vo-
bis mortalib⁹ perpeſſus eſt mortem, ſic ipſe pro Chriſto vincula & carcerem tulerim. Nam
perſecutiones & mala quæ patior, mortis huiuſce præ ſe ferunt figuram, vnde vel eiuſmodi
paſſionibus Chriſtiani nos reddimur. Vides quanta ſit in preſſurarum tolerantia dignitas.

Si q̃ mõ occurram ad reſurrectionẽ, quæ eſt ex mortuis.] Quid igitur o Paule, ſi nil pœ-
narum tuliſſes nõne tibi reſurgendũ fuiſſet? Velim equidẽ reſurrectionẽ hoc loco eam intel
ligas, q̃ & cum gl'ia ſit futura, & in aerem ſubleuet. Sunt nãq; oẽs reſurrecturi, haud tñ in nu-
1. Theſſ. 4. be oẽs ſubleuabunt, ſed in terris iudicis aduentũ opperient. Sancti vero tollent in aera, obuiã
dño ꝑceſſuri. Intelligas aũt ex rerũ cõſequentia, ꝙ geſtũ eſt. Mortuus (inquit) ẽ Chr̃s, & ipſe
morior. Reſurrexit ille ſumma cum gl'ia ſtudeo & ipſe & maxime nitor vt reſurrectionem
1. Cor. 10. hãc cõſequar glorioſam. Attẽde viri huius modeſtiã qui cũ tam optime multa geſſiſſet, fuiſ-
1. Cor. 9. ſetq; ſupra cœlos ſublatus, q̃ſi reſurrectione hac indignũ ſe iudicat, ſi q̃ mõ inquit occurram
Nõdũ ei (ait) cõfido tãta huic hũilitas ĩerat, q̃d & alibi dixit: Qui credit ſe ſtare, videat ne ca

Nõ ꝙ iam acceperim, aut iam ꝑfectus (dat, & ne ſorte alĳs ꝓdicãs ipſe reprob⁹ efficiar.
ſim.] Dixerat ſi q̃ mõ occurram, idipſum itaq; affirmãs, ſic inquit: Eo nãq; ſubdubius ſum,
vtrũ ſim occurſurus, quia nondũ acceperim brauiũ, nec finem adhuc ſim optatum adeptus.

Sequor aũt, ſi quõ cõprehendam, in q̃ & cõprehenſus ſum à Chr̃o Ieſu.] Adhuc inquit
in agone ſum & decerto, adhuc (inquã) inſector, ſi liceat forſitã mihi & brauiũ & finẽ cõpre
hẽdere. Moxq; arguẽs ex debito ſe id agere, infert huiuſmodi. Qm̃ & à Chr̃o cõprehenſus
ſum, hoc eſt, ipm̃ me, qui olim ex numero perditorũ exiſterẽ, & eorũ qbus fuiſſet ſalutis ſpes
oĩs ſublata, inſectatus eſt Chr̃s cõprehenditq; ſe fugientem, & retraxit. Obſtringor itaq; &
ipſe tam diu hũc ꝑſequi q̃ad cõprehenſum detineã. Significãtius aũt ſequor dixit. Nam qui
aliũ inſectat, vel chariora quæq; præteriẽs nil aliud ſtudet q̃ eum prehenſare, cui⁹ gratia iter
accelerat. Debemus igitur omni niſu, & ſine interpellatione vlla, ad Chriſtum contendere.

Fratres ego me nõ arbitror cõprehendiſſe.] Poſtq̃ plurimũ Philippẽſes collaudauit, nũc
cõpreſſurus quã de ſe ꝓſumpſerant forte opinionem, ſic inquit: Ipſe equidem, quem tanti fa
2. Timo. 4. citis & veſter inſtructor ſum, nequaq̃ exiſtimo omnem mihi comparaſſe virtutem. Quęret D
aliquis, cur alibi inquiat, curſum conſummaui? Id ſane de eius fine ac morte prætendit.

Vnum aũt, q̃ quidẽ retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero q̃ ſunt priora extẽdens meipſum.]
Vnũ (inquit) nũc molior, & circa vnicũ illud enitor, vt ſp̃ ꝓficiam. Præteritarũ vero virtutũ
nil reminiſcor, nec memoria repeto benefacta, retrorſumq; & poſt tergum illa relinq̃ ita ve
nullam de cætero habeam recte factorũ recordationem. Sic enim ꝑſequor quę ante me ſunt
vt ſp̃ exiſtimẽ hæc mihi ad perfectionem deeſſe. Et quouſq; tandem cœpta peregero, à cur
ſu nunq̃ deſiſtam. Extendens aũt, hoc eſt, prius q̃ ipſe cõprehendam, manibus tenere q̃d cu
pio, ſtudeo. Solent nanq; & qui curſu contendunt, eos qui multa pernicitate mox prouehun
tur, à medio curriculo ſic intercipere, vt proni & manibus protentis retrahant, quos curſu
nequeunt præterire. Quod vtiq; ex ſumma quadam ſit progrediendi cupiditate.

Ad deſtinatum proſequor ad brauium ſupernæ vocationis dei in Chriſto Ieſu.] Haud-
quaq̃ (inquit) temere curro, ſed ad metam curſum intendo. Verum quam metam vel braui-
um dicit? Vocationis certe ſupernæ palmam, incorruptibilis. ſ. & cœleſtis. Eſt nanq; in ter
ris certamen propoſitum, cuius in præmium cœleſtis corona ſeruatur. Solent nanq; & ſecu-
li huius imperatores certatores hmõi maioribus quibuſdã honoribus ꝓſequi. Quippe q̃s de
loco ſuperiori voce præconis adſcitos coronãt. Vt aũt Chr̃i ope fieri vniuerſa demonſtret,
ſine qua nec ꝑfici curſus queat, in Chriſto Ieſu inquit, id eſt, eius opitulatione & adiumento.

Quicunq; ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.] Quid illud? Vt pręterita ſcilicet obliuio
ni mãdemus. Decet nanq; qui ſit perfectionem adeptus, imperfectum ſe ducere. Hæc enim
eſt vera illa perfectio quæ ſibi minus confidit.

Et ſi q̃d aliud ſapietis & hoc vobis deus reuelabit.] Hoc loco certiores hos reddit deũ cũ
ctis opitulari. Peride ac ſi dicat: & ſi putabitis recte oĩa ꝑegiſſe, vobis tñ vl' neſcĳs pateſaciet
deus q̃d fieri oporteat. Hęc aũt de vitę ꝑfectiõe ſunt dicta, ac ne arbitremur ꝑfectos nos eſſe

Veruntamẽ ad quod peruenimus, vt idem ſapiam⁹, & in eadem permaneamus regula.]
Interea (inquit) quod ipſi perfecimus, teneamus. Concordiam. ſ. vel pacem, vel iſtiuſmodi
aliq̃d. Et in eadẽ regula ꝑmaneamus, hoc hoc eſt, fide eadẽ & hiſdem terminis ambulemus.
Et quemadmodũ nec adĳcit quidpiã nec adimit regula, ita & vos ſpũs iuſſa nil immutetis.

Roma. 16. Imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos q̃ ita ambulãt, ſicut habetis formã nr̃am.]

Dixe-

A Dixerat supra, videte canes, abegitq̄ Philippēses ab eis, nūc vero recta incedētib⁹ copular. Id em̄ designat, cū inqt: Obseruate, hoc est vobis ꝓspicite & veluti exēplar aliqđ vetus & for mā hos ipsos, q recte incedūt, attēdite, & eoꝝ ductu formamini. V tq̄ & me ꝓ forma habe tis, ita & illos vos obseruate. Neq̄ em̄ verbis dūtaxat hos instruebat, sed vitæ melioris ꝓue ctu seipm̄ formā Paulus exhibebat. Est quippe pfecta doctrina, factis exequi qđ docemus.

Multi em̄ ambulāt quos sæpe dicebā vobis, nūc aūt & flens dico. Hoꝝ nullū nōie patefa cit, ne eos incessat, sed ita iam indicat, vt possint facile internosci, cū ait, qs sæpe dicebā: Nūc vero quia ꝓpagatū est malū & passim diffusum, neq̄ hos sine lachrymis possum cōmemo rare. Videns q̄nta sit erga proximum huius affectio. Non enim is sua facinora deplorabat, quippe qui nihil commiserat, sed illos deflebat, qui per luxum & lasciuiam degerent vitam.

Inimicos crucis Chri. Erāt nōnulli q Chrianos se simularēt, ꝓ otiūq̄ & quietē & luxū ducerēt vitā, nihil euāgelio insudātes. Hos itaq̄ Paulus crucis inimicos appellat. Quippe q̄ aīam q̄rat, q̄ sit ad mortē intētior, & ad obeūda picula sitibūda. Hi vero solutiores cū essent vitā agebāt à sua lōge alienā. Si ei crucis desiderio tenerēt, studerēt qdē & ipsi vitā ducere, cruci hærentē, tormētisq̄ & amaritudinis plenā. Nil itaq̄ affici admiratiōe debemus, si hi q dediti delitijs sint, & vitæ pſentis otio qetiori addicti, crucis sint hostes & Christo infensi. Crucis inimici qui.

Quoꝝ deus venter est. Hūc em̄ vt deū colūt, huic ꝑpetuo obsequunt, & faciunt satis, ac statim ingerunt qđ ille exposcit. Hoc ingurgitato, prorumpūt in Venerē. De ventris hoc cul tu, facit & alibi apostolus mentionem, cum inquit: Edamus & bibamus, cras em̄ moriemur. l. Corrupt.

Et gloria in cōfusione eoꝝ. Nōnulli de circuncisiōe dixisse hæc Paulū asserūt, quam Iu dæi gloriç ducerēt, cū ignominiosa res esset. Sed lōge secus se habet. Nam istoꝝ in delinquē do arguit pertinaciam, qs supra memorauit. Esset em̄ inqt necesse, vt confusione & verecun dia afficerentur, qui prauis adstricti sunt facinoribus, hi vero contra gloriæ ducunt peccata.

Qui terrena sapiūt. Hi qdē ꝓ deo vētrē sunt nacti, q spiritale nihil aut cœleste meditāt.

Nostra autem conuersatio in cœlis est, vnde etiam saluatorem expectamus dn̄m nostrū Iesum Christum. Debemus itaq̄ q̄ cælestia sunt sentire, & sapere, & ad nostrā superiorem patriam illam contendere, vbi nobis est versari & viuere constitutum. Ibi nanq̄ & dn̄s no ster & imperator iam residet, vnde eundem ad nos descensuꝝ paterna gloria & sanctis an gelis comitantibus expectamus. Debet itaq̄ vobis & cœlū esse formidini, & Chri persona.

Qui reformabit corp⁹ hūilitatis nr̄æ. Multa nūc patit corpus, cōstringit̄ nāq̄ & vapu lat & infinitis ē malis obnoxiū, & ideo humilitatis corpus hoc dicit. Nā & corruptiōi subie B ctum est, & dolorib⁹. Hoc th̄ trāsfigurabit, hoc ē, idipsum ꝑmanēs incorruptionē obducet.

Cōfiguratū corpori claritatis suæ. Cū igit̄ corpus hūanū ꝑsimile fit Chri corpori redditū (nā & æque patit̄ mala, & tolerat cruciatus) futuꝝ ē certe, vt illi & gloria fiat, & claritate cō forme. *Inquit illius corpus fore corp⁹ hoc nr̄m assimile, quē angeli venerēt, adorētq̄ ad pa tris dexterā assidentē, cuius & corpus glīa & claritate effulgeat, & adeo fore terreū hoc cor pusculū glorificādū, vt diuinū illud splēdore & maiestate exequet. Ergo si orbis terraꝝ vni uersus vna defleret eos, q tāta ex gloria dilabunt, & excidūt, haud dubie merito deploraret. Alias, Sed nunquid.

Secundū opatiōnē q̄ possit etiā subijcere sibi oīa. Qm̄ rē sane magnā hic ꝓtulit & mul tis pene incredibilē, sic inqt: Nihil diffidas, habet nāq̄ de⁹ virtutē, q̄ oīa operat, & angelos si bi subiecit & dæmones. Cū itaq̄ maiora hæc fecerit, longe magis & id qđ minoris est, faci et. Multi deū hic dicūt & patrē, sibi. i. Chr̄o oīa subdidisse, qđ th̄ cōsequēs min⁹ videt̄, cū nul lā superi⁹ de p̄re fecerit mentionē. Rectius itaq̄ erit vt de Chr̄o dictū intelligamus, vt q pro diuinitatis potentia sibi subiecit, hoc est corpori suo vniuersa. Neq̄ em̄ verendū est, vt Chri stū ex vno multiplicē faciamus, quē & si in naturæ diuersitate, vnū th̄ nouimus & tenemus.

CAPVT IIII.

Itaq̄ fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic state in dn̄o charissimi. Itaq̄ & si hos debacchari ꝓspicitis, luxuiq̄ & gloriæ esse addictos, vobis th̄ præstandū est, vt stetis spe certiores, habituros nos tandem hanc corporum gloriam, neq̄ idcirco vllam in partem declinandum. Vide q̄ varijs laudibus hoc pro sequatur, nam & fratres appellat, & charissimos dicit, desideratissimosq̄, hoc est, aliq̄n per me cōquisitos, inuentos demum & visos. Nec gaudeo solum esse hos sibi, sed coronæ affir mat, qua nihil est gloriosius decertanti. Non em̄ inquit, possum non iocunditate expleri, cū fidem contemplor, & palmam prospicio quā vestri gratia sum cōsecutus. Hos itaq̄ priusq̄ cōmonefaceret, laudauit, & cōmonefactis laudes ingessit, et alias. Tāti hos Paulus faciebat.

Erodiā rogo, et Syntichen deprecor idipsm sapere in dn̄o. Etiā rogo et te Germanæ cō par adiuua illas. Apparēt hæ mihi fœminæ, tanq̄ primates in Philippēsiū ecclesia extitisse Cōmēdat aūt has miræ virtutis, viro, q hαꝝ alteri vel vir erat, vel frater. Forsitan etiā carce ris erat hic custos, q̄si id inqt. Nūc vere German⁹ ē frater, nūc vi⁹ te ꝓpriū et cōiūctissimū geres, si in ope dn̄i et iugū pariter traxeris, mulierib⁹ hisce opē ferens. Nōnulli vero errore

ducti

ducti, vxorem dicunt Paulum adhortari, quod tamen longe est secus. Quippe quem neque
vxorem legimus habuisse. Et Germana coniunx dicere debuisset, si vxor illa fuisset. C

Quæ mecũ laborauerunt in euangelio, cum clemente & cæteris adiutoribus meis. ⌋ Nõ
eñ (inquit) minores euangelij partes tutandas hæ desumpsere, tametsi essent multi qui se iu
uarent, eoq; infert & mecũ laborant. Neq; eñ pars hi opus ecclesiæ tunc tp̃is tulerãt, hono-
res inter se deferẽdo, & subleuãdo labores, nũc vero heu, quã nos lõge aliter gerim⁹, q ad in
uicẽ q̃d honoris ẽ, ꝙ famæ, subtrahimus, eoq; & à pristina illa & optima sum⁹ ecclesia alieni

Lucæ.10. Quorum nomina sunt in libro vitæ. ⌋ Vides quantum mulieribus hisce inesse virtutis
testificetur, vt vel cœlo inscribi dignatæ sint, idipsum & Christus in euangelio dixit: Nomi
Matth.5. na vestra in cœlis sunt scripta, hoc est, scientia dei & iudicio sunt cœlo addicta. Contra ve-
Lucæ.6. ro, qui minus crediderint, in libro mortis inscripti sunt.

Gaudete in domino semper. ⌋ Cur ergo dominus inquit, beati qui lugent? Quia idipsum
istiusmodi gaudium præfert quod luct⁹. Nec gaudete simpliciter dixit, sed in domino. Qui
Actorũ.5. enim in dño manet, vel si torqueatur & laceretur, iocunditate semper afficitur. Reuerteban
tur enim inquit gaudentes à consilio, quia digni sunt habiti pro Christo contumeliam pati.

Iterum dico, gaudete. ⌋ Quia rerum ipsarum natura, id est, pressurarum & tentationum
grauior est, iteratione hac vt omnino gaudeant, exhortatur.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. ⌋ Tanquam id inquiat: Non solum erga
hos quos crucis dixeram inimicos, acerbiores vos nequaquã p̃stabitis, sed benigne his ve
lim vt cæteris & modeste vtamini, vel si infensos vos habeant & auersentur.

Dñs prope est, nihil soliciti sitis. ⌋ Quinpotius cõmiserari vos illos oportet, ꝙ per delici
as viuant & luxũ. Nec curæ habere illatas pressuras, sed æquo & patienti aĩo ferre. Est nãq;
in proximo dñs, hoc est, iam iudiciũ imminet, quo quisq; sit mercedẽ ꝓmeritã accepturus,
& illi sunt rõnem mox reddituri, & pœnas luent. Vos vero in otio eritis & quiete perpetua

Sed in omni orõne & obsecratione, cum gratiarũ actione petitiones vestræ innotescant
apud deũ. ⌋ Accedit præterea, ꝙ ad consolationẽ plurimũ valeãt, fusæ ad deũ precatiões, &
gratiæ actę. Nam quo iure in futurum quispiam beneficia postulabit, qui pro olim acceptis
nihil præ se gratitudinis tulerit? Sunt itaq; pro vniuersis quæ nobis obtigerint, siue prospera
siue aduersa sint illa, grates deo agendæ. Nam orationes huiusmodi, quæ ex grato animo ꝓ
deunt, notiora faciunt deo quæ petimus. Sunt nanque incognita, quæ aliter postulamus.

Et pax dei quæ exuperat oẽm sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in D
Chr̃o Iesu. ⌋ Pax. i. recõciliatio ipsa, quã cum humano genere fecit, oẽm profecto excedit
mentẽ nõ solũ humanã, sed angelicã insup, ꝑinde ac si dicat: Ita nos à malis exemit deus, vt
neq; cõprehendi sensu id aliq̃ possit, neq; cogitatu cõplecti. Quis eñ vnq̃ futurũ sperasset, vt
nobis obuenirent tot bona? Vt essemus cum deo, nostris flagitijs exasperato, in gratiã redi-
Iohan.14. turi, foreq; vt nos ille ita seruaret, vt q̃ praua sunt, ne cognitiõe quidẽ attingeremus. Vel pa
cẽ dicit, quã dñs dixerat se nobis relinquere. Ea eñ istiusmõi pax, mentẽ oẽm excedit & co
gitatũ, q̃nto magis dei substãtia cõprehendi nõ poterit? In Chr̃o ãt Iesu custodiat inq̃t, hoc
est, in Chr̃o seruabit, & ita tutabitur, vt nequeãt ab eo excidere, qui à pace hac seruabuntur.

De cætero: Fratres quæcunq; sunt vera. ⌋ Hoc est, quæ sunt virtute imbuta. Mendax eñ
deprehenditur cum sua voluptate nequitia.

Supra.3. Quæcunq; pudica. ⌋ Hæc quidem contra hos faciunt, qui terrena hæc sapiunt.

Quæcunq; iusta. ⌋ Contra eos, quorum deus est vẽter.

Quæcunq; amabilia. ⌋ Hoc est, quæ deo sunt & hominib⁹ grata. Id autem eos commo-
nefacit, vt neminem plane offendant.

Quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus, & si qua laus disciplinæ. ⌋ Vides quemadmodũ hos
velit vt vel coram hominibus bona prospiciant. Neq; illud simpliciter, sed cum virtute.

Hæc cogitate. ⌋ Cum per cogitationem praua facinora committantur, hæc (inquit) quæ
dicta sunt, mente vos agitate.

Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. ⌋ Quia lõgũ fuisset repetere
oĩa breuiter nũc & summatĩ, sic iĝens vniuersa cõcludit. Quęcũq; vł didicistis, vł audistis, vł
ex me p̃dicãte accepistis, in me hauddubie re ip̃a cõspexistis & factis. Id eñ dictũ à multis ẽ
vsurpatũ, optima q̃dẽ ẽ institutio, & doctrina, vt seipm q̃spiã in exẽplũ ꝓponat spectandũ.

Hæc facite. ⌋ Nõ solũ inq̃t (vt dictũ ẽ) cogitatiõe & dictis nitamini, sed ope & actiõib⁹.

Et deus pacis erit vobiscũ. ⌋ Hoc ẽ, in trãquillo futuri estis. Nã si ꝑ virtutẽ videlicet paci
fice cũ deo & hoĩbus nosipsi gesserimus. Erã eñ inq̃t cũ his, qui me oderunt, pacificus. Ade
Psalm.119. rit hic vobis profecto. Nam si se fugientes insequit̃, quo pacto nõ erit petentib⁹ se affuturus

Gauisus sum aũt in dño vehemẽter, q̃m tãdẽ aliq̃n refloruistis pro me sentire. ⌋ Nequaq̃
sum (inq̃t) gaudio ipse tali affectus, q̃li vel mũdus, vel præsens hæc vita solet afferre, sed ea q̃
in dño constat iocunditate. Neq; quia ipse conquieuisse, sed quia vos ꝓfecisse intelligebam.

magnope

A magnopere sum lætatus. Vehemēter vero eo subiecit, qa in eoꝝ id om̄e fiebat vtilitatē. Tacite aūt & hos arguit p̄teriti tp̄is negligentiæ, pinde ac ſi ad cōtinuā largitionē cōmonefaciat. Id tñ adūbrās reticet, nec apertius explicat. Tādē vero aliqñ cū dicit, tēporis diuturnitatē p̄tēdit, q̄ſi lōgo post tēpore resipuissent. Refloruistis aūt, ex arboꝝ metaphora traxit, q̄ & ſi plerūq; exaruisse sint visæ, pullulāt tñ & reflorescūt. Tanq̄ id inqat: Vos quidē florētes cū essetis vr̄a egentibus largiendo, & q̄ recta sunt operando, aridiores estis tādem effecti, quia eleemosinas impartiri desides eratis. Refloruistis tñ nūc demū, quia pristinā & optimā illā donandi recepistis cōsuetudinem. Fit itaq;, vt sicut in eoꝝ vituperatiōem id cedat, ita & laudem. Neq; em̄ parui debet existimari refloruisse tandē, qui semel aruerit. Sed ne qs forsitan hos arbitret̄ vel cæteris itē in rebus īprudentius se gessisse, adiecit. Pro me sentire, hoc est, in mei cura suscipiēda, & necessitatibus meis satisfaciēdo. Quærēdū vero, cur q̄ ita inquit, beatius est dare q̄ accipere. Et ad Corinth. Bonum est mihi potius mori, q̄ vt gl'iam meam quis euacuet, nūc oblata accepisse deprehendit̄? Nō temere id factitabat ap̄ls. Nam à Corinthijs quicq̄ accipere abstinebat, ne infensos haberet falsos ap̄los. Qui & ſi clā ab his multa exigerent, gratis se Chr̄i euāgeliū apud hos prædicare simulabāt, vt in q̄ inquit, gloriā habēt dep̄hendant vt ego. Neq; em̄ frustra dixit, euacuabit̄ gloria mea, sed in regione Achaiæ. Qñqdem, inquit, & alias ecclesias expoliaui. Ex q̄dam itaq; dispensatione tūc tēporis ne quid acciperet, cauebat ap̄ls, vt cęteris. ſ. eēt exēplo, & p̄cipue falsis ap̄l'is. Hic vero erat amabiles nactus & desideratissimos largitores, q̄s pculdubio offendisset, ſi eoꝝ dona repudiasset, alioqui istiusmodi donoꝝ susceptio, largientib' cōferebat, quippe, qui ex largitiōib' hisce plus ipsi vtilitatis asseqnebant̄, q̄ qui illas exciperent. Dicere aūt, beatius eē alijs cōtulisse, q̄ accepisse, non muneratione interdicit p præstita opera, sed cōparatione q̄dam quid e duobus sit potius patefacit. Nec prætea quia cæteris metallis aurū prestantius sit, eo prohibemur argēto potiri. Cæteꝝ de exercitatione ibidē & præstanda opera differit, & ita vt sic fieri necesse sit. Nam ſi vel vinculis præpedito, vel ægritudine affecto, operandi intercipiatur occasio, quid illi agendū? Num ab his quæ offeruntur tunc abstinendum vt famæ sit pereundū? Minime.

Actor. 20
1. Cor. 9.
2. Cor. 11
Ibidem.

Sicut & sentiebatis.] Hoc est, vt cordi quidē me habebatis, ita suscepistis & curā in mēti erat necessitatibus meis prospicere. Id nanq; vobis est non insuetū, vt mei curam geratis.

Occupati autem eratis.] Neq; enim vestræ id negligentiæ, sed necessitati est adscribendum quod intermissio aliqua vestri in me & in cæteris beneficij facta sit.

Non quasi propter penuriam dico.] Non enim eo vos culpo, quia in rerum sim penuria

B constitutus, & vti quæ mea sunt cogitem.

Ego em̄ didici, in q̄bus sum sufficiēs eē.] Ex lōga, inq̄t, exercitatiōe & cōsuetudine didici paucis vti & minimis reb' eē cōtēt'. Vides quēadmodū factu difficile sit, vt ea q̄ satis eē vident̄, afferāt cuiq̄ iucūditatē, nisi qui sciat & inopiā pati, & in hmōi patiētia sit diu exercitus.

Scio & humiliari & abūdare.] Hoc ē, & paucis vti noui, & inediā tolerare, & rursum affluere. Dicet aliqs: *Quota nā ista ē virtus, vt abūdare qs sciat, & famē p̄peti? Ingēs nimirū. Nā lōge plures rerū luxuries agit p̄cipites, q̄ ipsa egestas, & ad multiplices aīm ītēdit cupiditates, & multo absurdior ē. Verū q̄ pacto hāc copiā callebat ap̄ls? Quia q̄d ille susceperat, impartiendo alijs consumebat. Neq; in nimia rerū abundantia gestiebat lætitia, sed æque se vt in satietate, & in egestate habebat. Neq; ex hac soluebat̄ in luxū, aut ex illa opprimebat̄.

Als. Quanā. Luxuries multos p̄cipitat.

Vbiq; & in omnibus institutus sum.] Vbiq;, hoc est, quouis loco & tempore. Et in omnibus, hoc est, in quibusuis rebus, quæ accidere solent, experientiam cœpi.

Et saturari, & esurire, & penuriā pati.] Israelitę neq; famē tolerare didicerāt, q̄ppe q̄ eius mōi ī deū iactauerit, nō p̄t de' mēsam nobis parare, neq; cibo explere. Comederūt nāq; & īgurgitati sunt, & calcitrabāt. Paul' vero & cæteri, q̄ Chr̄m viuēdo imitabāt̄, haud ita se gerūt. Oñdit itaq; ex his, neq; mœrore se fuisse affectū, cū nihil sibi Philippēses cōferrēt, neq; illis nūc cōferētib' (vt fert mortaliū animus) gaudere, sed ex eorū p̄fectu lœtari magnopere. Psalm. 77

Omnia possum in eo, qui me cōfortat, Chr̄o.] Postq̄ aīaduertit magna q̄dam de se prædicasse, haudquaq̄, inquit, mea hæc virtute effeci, sed Christi, qui tm̄ mihi robur suppeditat.

Veruntñ bñ fecistis cōmuni tribulatiōi meæ.] Dixerat se satis habere. Verū ne Philippēses ab se offendant̄, pinde ac ſi animo nō libēti ab his oblata exciperet, velut minus necessaria duceret q̄ illi cōtulerāt. (Solēt em̄ offendi, q̄ bñficia cōferūt, cū aliquid afferentib' se non egere cōtulerit) dicta hæc, sic inquiens moderat̄ castigatq;. Veruntñ bñ fecistis, hoc ē, vel ſi nil ipse indigeā, fuere tñ p vos q̄ mihi dono trāsmissa sunt grata. Aduerte, prudēter rē ipsam p̄ vt extollat, cū inq̄t: Tribulatiōi meæ cōicantes. Nam & pares sibi hos facit, tāq̄ inquiat: Ipse equidē patior. Verū cū mei sit p vos cura suscepta, nequaq̄ vos impares mihi in meo certamine deputaturus est deus. Ex superiorib' aūt dictis, illorū in se pellexit bñuolentiā. Ex eis vero p̄sentibus, eorundē incendit in largiendo & voluntatē, & roborat promptitudinem.

Scitis āt & vos Philippēses, q̄ ī pricipio euāgelij qñ p̄fectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia

hi ecclesia cõicauit in rõne dati & accepti, nisi vos soli. ⌋ Quia visus est hos superius aliquantulum incessisse, cum diceret, Iam aliqñ tandẽ refloruistis: nunc se prudenter excusat. Quod aũt visus sum inquiens: vos offendisse, nõ vt à vobis quidpiam accipere vellem id egi, sed quã admodum sum vobis confisus, & occasionem vos ipsi obtuleratis, vt qui omnium primi cœ pistis necessaria mihi suppeditare. Vñ & ipse accepta fiducia obiurgasse vos videor, q à vestra & pristina cõsuetudine descineratis. Ingens sane hæc laus. Et quia in euangelij ipsius primordijs, & cum nõ mõ apud vos permanẽti necessaria mihi subministratis, sed etiã ex Macedonia abeunti, hoc est, vbi vr̃æ regionis excessi cõfinia, nõ enĩ vlla ecclesia mihi dedit, inquit, sed nulla communicauit. Ea ratione, vt pro carnalibus spiritalia capiens commutaret. C

Quia & Tessalonicam semel & bis in vsum mihi misistis. ⌋ In magnam hoc illis vel laudem cedit, quod in metropoli residens Paulus, & vrbe maiori à minori, & tanto studio alebatur. In vsum autem necessarias dicit impẽsas, non enim delicias deposcebat & luxum.

Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. ⌋ Cum humile quiddã & tenue dicere videatur, vbi quæ in vsum sunt, dixitne hi ex istiusmodi dictis forsitan superbirẽt, sic inquit: Haudquaquam hæc dixerim, quia vestra dona deposcam, sed vestri commodi gratia, vt fructum vos referatis, qui in vestra sit ratione, hoc est, qui vobis conducat. Vides quemadmodum & hĩ tribuendo, emolumenta non mediocria vendicabãt

Habeo aũt oĩa & abundo. ⌋ Qm̃ dixerat, nihil q̃ro, ne hos rursum ad id officij faciat segniores. (Nã q bñficia cõferunt q̃nto magis sapiæ studẽt, tãto etiã acrius ab his & grãs exigũt, q illa exceperint.) Habeo inqt, & abundo, hoc eſt, ex his vr̃is in me recẽtib⁹ bñficijs nõ mõ q̃ p vos antea desita sunt suppleuistis, sed abunde nimis largiti iam estis. Porro cum habeo dicit, q̃si debitũ esse id aliq̃d arguit, q̃d habere se asserit, ne illi gloriæ ducerent, quia se beneficio affecissent. Cõtra vero & hos cõsolat, & lætitiã affert, cum adstruit lõge hos plura q̃ tenerẽt, dedisse. Quippe qui ad abundantiã munera, non ad necessitatem sibi transmiserint.

Repletus sum, acceptis ab Epaphrodito, q̃ misistis in odorẽ suauitatis hostiã acceptã placentẽ deo. ⌋ Vah q̃ celsitudinis istoꝝ munus euexit. Nõ enĩ ipse (inqt) p vos trãsmissa suscepi, sed p me deus. Quocirca & si his ipse minus indigeã, haudquaq̃ vobis sit curæ. His nãq; Gene. 8 & deus nil p̃rsus indiguit, accepit tñ & seruat. Suauitatis odore cũ inqt, illud est in sacris lr̃is imitat⁹, odorat⁹ ẽ dñs odorẽ suauitatis. Vñ eo dixit, vt eleemosynã arguat deo suauissimã eẽ

Deus ãt meus impleat oẽ desideriũ vr̃m, secundũ diuitias suas, in glĩa in Chr̃o Iesu. ⌋ Cũ dixisset supius, & si occupati eratis, hoc est, & si vobis res familiaris esset angustior: opto tñ & precor vt q̃ satis sint habeatis. Si enĩ hi philosophoꝝ vitã vixissent, haudq̃uaq̃ his corporea precarẽt, sed cũ hoĩes eẽnt, p̃hti huic vitæ addicti, tenerentq; & p̃htiũ reꝝ cupiditate, de fiderat his nõ abũdãtiã & nimiũ luxũ, sed necessariaꝝ copiã reꝝ. Impleat (inquies) oẽm necessitatẽ vr̃am hoc ẽ, vt nulla re egeatis, quã hæc vita exigit. Deinde ne videat hos nimiũ ad reꝝ angustias cogere, scd̃m diuitias suas subiecit, hoc est, q æque vobis & abunde p̃t necessaria ĩpartiri, vt ei⁹ ad glĩam vti his bonis alliciat. In Chr̃o ãt Iesu p̃t sic ĩtelligi, videlicet hæc p̃f in Chr̃o Iesu facturus est, i. illius intercessu. Vel etiã eã ad glĩam, q̃ Chr̃o deferẽ adducit. D

Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum Amen. ⌋ Quia Christi gloriam dixit arguit hoc loco eandem & patri communem esse.

Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. ⌋ Haudquaquam exiguum est beneuolentiæ argumentum, per literas impartisse salutem.

Salutant vos qui mecũ sunt fratres. ⌋ Aderãt enĩ & Paulo ex vrbe oriũdi plerique, nil tñ idonei, vt apostolatus munus susciperẽt. Solus tñ Timotheus aderat ad rem tantã accõmodus, Capit. 2 quẽ vnanimẽ superius dixerat. Neq; hos quidẽ qui secũ essent fratres dicere dedignatur.

Salutant vos oẽs sancti, maxime aũt qui de Cæsaris domo sunt. ⌋ Hos etiam in fide obfirmat, ostendens vel imperatoris familiam, prædicationem hanc attigisse, vtq; si hi qui in regia diuersantur, cæteris rebus contemptis, Christum dñm sectarentur, q̃nto magis & hos, q his essent longe inferiores, id facere obstringi, & cogi significaret. Indicat præterea se apud hos, Philippensium commemorasse virtutes. Nam alias nec salutem his impartirent, qui in regia essent, nisi Paulum audissent istorum benefacta laudibus extulisse.

Grã dñi nr̃i Iesu Chr̃i cũ sp̃u vr̃o, Amẽ. ⌋ Pro sua cõsuetudine Paulus in cõprecatiõe cõcludit ep̃lam, cõmonefacitq; Philippẽses q̃cquid in se inesset virtutis, Chr̃i grã affecutos se fuisse existimẽt, ne ve ob id inani gloria efferãt, futurumq; vt perpetuo Chr̃i cum eis maneat grã, si minus superbiant. Velim itaq; omne virtutũ genus in vobis succrescere. Et ea præcipue virtus, quã vr̃a impertiendo exercetis, magis ac magis vt Chr̃i munere augescat, sitq; largitio vr̃a hæc vobis p̃fectui, & nobis egentibus vel potius Chr̃i grã mala tolerãtib⁹, suæ bonitatis liceat diuitijs frui, cui glĩa sit, & p̃tãs nũc, & in p̃petuũ, & in seculoꝝ secula, Amen.

¶ Missa fuit ex vrbe Roma per Epaphroditum.

A

ARGVMENTVM IN EPIST AD COLOSSEN.

¶Colossenses, nõ sunt Rodij (vt quidã existimãt) sed Asiani, sicut & Laodicēses. Et ipsi ꝑuerſi fuerãt à pseudoapostolis. Nec ad hos accessit ipse apostolus, sed & hos per epistolã corrigit. Audierant eñ verbũ dei ab Archippo, qui & ministeriũ in eos accepit. Ergo apostolus iam ligatus, scribit eis ab Epheso per Tychicum diaconum, & Onesimum acolytum.

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES THEOPHYLACTI PROLOGVS.

ET si oẽs Pauli epistolæ sanctimonia pollẽt, illæ tñ præcipue, quas ex carcere & vinculis trãsmittebat. Nec secus q̃ victor aliq̃s inter stragẽ ac cædes statuẽs trophæa, lras cõscribit. Nõ eñ nescius erat, per magni id esse, & ad gloriã sibi valere q̃ plurimũ: qui in istiusmodi ꝑssuris & malis mirũ in modũ gloriabat. Nã & ad Philemonẽ scribens, genuisse se hũc in vinculis refert. Quod eo dixit, ne & ipsi dura & grauia reformidemus, sed vt in his tolerãdis laudẽ conquiramus. Pleræq; aũt istiusmodi ab eo in carcere sunt cõscriptæ epistolæ, cuiusmodi ad Ephesios sunt, & ad Philemonẽ, Timotheũq; ac Colossenses. Præterea hãc vinctus cõscripsit. Vt eñ ad Romanos Hebræosq; nõ antea cõspectos scribebat, sic ad hos scribit, q̃s nondũ vidisset. Eñuero apud hos erat Archippus, cuius curæ (vt mihi videt) fuerat ecclesia * quædã demãdata. Illud aũt, ad Colossenses vt scriberet, eũ induxit. Ab his nãq; prauũ aliq̃d dogma erat nuper susceptũ. Putabãt nãq; nequaq̃ per filiũ, sed ꝑ angelos ad deũ & patrẽ viã patere, absurdũ existimãtes dei filiũ credere vltimis seculis aduẽtũ, q̃n quidẽ in veteri testamẽto angelorũ cũcta ministerio gererent. Seruabãt ꝑterea & Iudaica pleraq; instituta, & gentiũ mores, dies cauendo, & horas, & escas, quæ oĩa cũ corrigenda essent, apostolũ vt hanc epistolã scriberet, impulere.

Cap. vnica

* al's, quondam

CAPVT I.

PAulus apostolus Iesu Chr̃i per voluntatẽ dei.] Initio statim & tacite Colossensiũ sustulit dogma, cũ Chr̃i se dicit, nõ angelorũ apostolũ: idq; dei arbitrio fieri, ꝙ eius sit, nõ angelorũ apl'us. Si itaq; pro dei volũtate apostolatus hoc munere fungor, perspicuũ sane vera me ꝑdicare. At qualia hæc sunt q̃ ꝑdicas Paule? Nimirũ istiusmodi

B dixerim, q̃a per filium sumus ad patrẽ deducti: gentiliũq; & Iudaicis traditionibus liberati.

Et Timotheus frater.] Ergo & Timotheus ipse cum esset apostolus, merito erat istorum cognitioni insinuandus.

His q̃ sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Chr̃o Iesu.] Phrygiæ ciuitas Colossæ, q̃ nũc Conæ dicunt, quod vtiq; ꝑt, q̃a Conas has dicimus internosci, & Laodiceã habẽt propinquiorẽ. Verũ vnde hãc estis vos sanctitatẽ adepti? Nonne ex baptismo in Chr̃i morte iã instituto? Vnde fideles effecti? Nõne q̃a in Christũ creditis, & ꝑ Christũ tanta sunt vobis mysteria credita? Fideles itaq; nõ solũ sumus ex fide Chr̃i, sed q̃a à deo nobis sunt mysteria demãdata, q̃ nec angeli ipsi cognorãt. Vnde & frẽs nos reddit. Nũ ex operibus & nr̃is officijs? Minime. Sed in Christo. Cur ergo angelis, q̃d ad patrem deducãt, ipsi adscribitis?

Gratia vobis & pax à deo patre nostro.] Christi hoc loco nomen, etsi illi sit non insuetum nullũ adiecit: ne si confestim aperte illos impugnet, respuere cogat eius sermonem. Dicturi sunt nanq; qui spiritum paruifaciunt, vnde pater est vester deus? Nonne per spiritum patrem vobis esse hunc constat? Porro magna illa, & quæ omnem excedunt sensum, quis est elargitus? Nonne spiritus? Cur ergo hunc ipse imminuis?

Gratias agimus deo, & patri dñi nr̃i Iesu Chr̃i semp pro vobis orantes.] Chr̃s nr̃ & dñs nõ q̃ seruiũt angeli. Eius aũt nos bñuolẽtia nõ solũ gratias deo agẽdo, & pro his assidue deprecando apl'us patefacit: sed etiam quia nos antea nunq̃ vidisset, menti haberet & cordi.

Audientes fidẽ vestrã in Christo Iesu.] Gratias, inquit, nos agimus, quia per Epaphram nobis renunciata fides est vestra, non quæ in angelis constet, sed quæ in Christo. Christi autem nominibus illos anticipat, quæ profecto in nos benefica sunt, Christus quia pro nobis est vnctus, & Iesus est dictus, quia & populum à peccatis saluauit. Psalm. 44. Matth. 1

Et dilectionem quã habetis in sanctos oẽs.] Non eã dixerim, qua in hunc illumve estis affecti beneuolentia, sed qua in oẽs, & nosipsos. Quo fit, vt æquo me & libenti animo sitis audituri. Sunt tamẽ hæc captantis beneuolentiã verba. Videtur aũt mihi, quẽadmodũ alibi, dilectionem hoc loco pro eleemosyna, & bonorũ cõmunicatioe præsentium posuisse. 1. Cor. 9 Philip. 4

Propter spem q̃ reposita est vobis in cœlis.] Colite (inquit) fratres nõ humanarũ spe rerũ, sed futurorũ bonorũ expectatiõe. Vel eo grãs agimus, q̃a hæreditatẽ estis immortalitatis vos habituri. Neq; bona hmõi seruant in terris vt corrumpant, sed in cœlis conduntur. Ibi

nanq; certa sunt & stabilia hæc bona futura. Nihil ergo de spe hac ambigendũ, quæ in tuto seruat. Hæc aũt ad eos intẽdit, q tentatiõibus affligunt, ne vllũ in hac vita otiũ quærãt, neve cum tentantur succumbant. Sunt eñ viriliter obsistendo ingentem habituri mercedem. C

Quam audistis in verbo veritatis euangelij. ⌋Non eñ prædicationis dixit, sed euangelij vt his dei cõmemoret beneficia. Euangeliũ nanq; de rebus optimis differit: Quod cũ sermo sit veritatis, nihil in eo inest mendacij. Cur igit vos quasi mẽdacij illud arguitis, quia minus

Epaphras. creditis vt estis ab eo instructi, per Christum videlicet dari ad salutẽ ingressum? Epaphras aũt erat (vt ex sequentibus liquet) qui Colossensibus euangelium prædicabat.

Quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mũdo. ⌋Nõ secus ac animatã rẽ aliquã ad vos dixit euãgeliũ peruenisse. Et qm̃ pleriq; tũc maxime cõfirmant, cũ alios habẽt q secũ sentiãt & vniuerso mũdo adiecit. Est nãq; euãgeliũ id quaq; diffusum, & perstat vbiq; & firmũ est.

Et fructificat, & crescit. ⌋Fructificat quidẽ operibus, crescit ex credentiũ cõtinua multitudine ad fidẽ admissa. Non eñ fructũ deferret, nisi robore accepto & viribus quotidie inualesceret. Et arbores cũ altioribus radicibus obfirmantur, fructus producunt vberrimos.

Sicut & in vobis. ⌋Anticipat (vt supius fecit) hos laudibus, pinde ac suis errorib⁹ obduratos, tanq̃ id inqat: Si vt oĩbus, ita & vobis ꝓdicatũ est euangeliũ: cur aliter q̃ acceperint inter (vos sentiũt multis?

Ex ea die q̃ audistis & cognouistis grãm dei in veritate. ⌋Fructificat, inquit, in vobis euangeliũ & auget vel ex ea die qua gratia vobis innotuit. Quomodo? Non per fallacias & cõmentitia verba, sed in veritate, hoc est, signis & operibus admirãdis.

Sicut didicistis ab Epaphra. ⌋Sic, inquit, gratiam re ipsa nouistis, vti vos Epaphras edocuit. Neq; enim aliter hic q̃ gestæ res sunt prædicauit.

Charissimo cõseruo nr̃o. ⌋Viri huius integerrimã fidẽ ex his patefacit, perinde ac si dicat, Neq; eñ hunc ipse amore prosequerer, nec conseruũ quidẽ appellarem, nisi vera prædi(cando instrueret.

Qui est fidelis, ⌋hoc est, veridicus.

Minister pro vobis Chr̃i Iesu. ⌋Nostri vicẽ supplẽdo, q̃ Christi sunt ille ministrat. Nam ꝙ ad Paulũ se hic cõtulisset, & eũdẽ esset in vinculis cõsolatus, & significasset q̃ apud Colossenses tunc gererent, Chr̃i hauddubie ministeriũ ꝑferebat. Si taq; Christi minister est Epaphras, & recte oĩa ꝓdicauit: quo pacto ipsi asseritis per angelos ad patrẽ traduci mortales?

Qui & manifestaui vobis dilectionẽ vestram in spiritu, ⌋Hoc est, spiritalẽ, qua estis erga me affecti beneuolentiã. Hic nanq; firmior est & stabilis amor, qui spũ constat. Reliquũ vero beneuolentiæ genus, siue natura sit illud, vt patris in liberos, siue ex amicitia & animorũ coniunctione, quale esse inter amicos solet, instabile esse & infirmum. D

Ideo & nos ex qua die audiuimus fidẽ vestrã & charitatẽ, nõ cessamus pro vobis orãtes. ⌋Quid illud? Id sane, qa ab ea vsq; die q̃ vestrã cũ fidem, tum charitatem agnouimus, & de futuris vt optima vobis spes esset, pro vobis oramus, nec ad vnũ duosve dies vsq; hæc audiuimus. Aperit ꝑterea suã erga illos bñuolentiã, ac tacite arguit, vel se pro his deprecãte, non-

Orandum assidue. dum tñ hos ipsos prorsus à prauis erroribus vendicasse. Attende aũt vt multũ sit & assiduis precibus innitendũ, qñ & Paulus orans, etsi nihil proficeret, haud tamen orando desistat.

Et postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius. ⌋Neq; imperfectos ex his, neq; perfectos omnino hos arguit. Non eñ vt accipiatis inquit, sed vt impleamini, tanquã id inquiat. Dixerim equidem vos aliquid iam assecutos, sed nõ omne quod necessariũ est. Illud nanq;, ꝙ sitis ad deũ deducti, nõ ignoratis: ꝙ vero filij id sit incercessu effectum, vobis cũ desit lateatq;, precor suppleri. Id nanq; vult deus, idq; illi beneplacitum fuit, vt filium pro vobis, non angelos, traderet. Agnitionem aũt, scientiæ additionem intellige.

Philosophi fallaces. In omni sapiẽtia & intellectu spiritali. ⌋Cũ à philosophis circũuẽti, grauiter hi fallerent: velim vos, inqt, in spũs sapiẽtia, nõ hoĩm doctrina, verũ dogma ꝑdiscere, quæ nunc erroribus irretiti, scire vos aliqd existimatis. Qd̃ si vel dei volũtas spiritalẽ hãc exigit sapientiã qd de his inquiet aliquis: qui diuinã substantiã exteriori hac & humana sapiẽtia tenere se iactant?

Vt ambuletis digne. ⌋Precor, inqt, vt perdiscatis ꝑ vnigenitũ vobis fuisse salutẽ paratã, vt vos ambuletis, hoc est, vt officiose & cũ virtute, vitæ huius curricula trãsigatis. Nam qui dei didicerit benignitatẽ, & ꝙ filiũ pro nobis tradiderit: q̃ pacto nõ debet omni studio niti, vt virtuti insudet, suãq; & ipse crucẽ attollat. Ambulatio eñ (vt dictũ est supra) vitã & cõuersationẽ ꝑtendit. Vbiq; Paulus cũ fide & vitã cõiungit. Vel igit, neq; id dũtaxat precibus ipse deposcã, vt spũs imbuamini disciplina, sed vt opere hãc, & optimis actionibus ꝑferatis. Nã qui recte habuerit notionẽ, si recta minus exequitur, pœnas luet. Aduerte aũt, quẽadmodũ, vt per ambulationẽ vitã semp hic exprimat: arguens, vt nobis necessarius est ipse incessus, ꝙ pedibus scilicet eatur: sic & optimũ viuendi modum maxime profuturum.

Deo per oĩa placentes in omni opere bono. ⌋Velim, inquit, ita viuatis, vt deo placeant semper quæ geritis: qd fieri haudquaq̃ aliter poterit, nisi ea quæ bona sunt, operemini. Vbi eñ inerunt benefacta, ibidẽ quod deo & gratũ sit inuenitur. Aduerte aũt quemadmodum in

omni

A omni ſapientia, rectiſq; operibus, & deo placentibus, & in omni animi magnitudine, omnium ſummam reponat: arguens aliquid eos tam adeptos eſſe virtutis, nondum tamen ad perfectionem veniſſe, foreq; neceſſarium, vt quod perfectum ſit, aſſequantur.

Fructificantes & creſcentes in ſcientia dei.] Quēadmodū, inquit, maiorem eſtis q̃ veſtri progenitores dei notionē adepti, ſic etiam viuendo debetis pro veſtri ſenſus & cognitionis menſura ſuccreſcere, & in dei ſcientia fructū afferre. Nam vt dei quis cognitione dignetur, & hunc in modū filius dei efficiatur, quāta virtute eſt opus? Vel quia neceſſe eſt, vt in bonis operibus fructificetis, & deus erit per vos cognoſcendus. Non ea cognitione qua modo hunc cognouiſtis. Quid em̄ bene acta proderit vita, ſi deū hunc ignoratis? Attende p̄terea, vt ſuperius diuinā ſcientiā dixerit fore admodū neceſſariā, vt ſecundū deū, incedendi dignitas ſeruaretur: nunc rurſus eandē bonis operibus auctam exigat, vt ſimul & dei quis habeat rectiore cum vita cognitionem. Alterutrum enim ſe inuicem roborant. Quo pacto quis dei filius efficit.

In omni virtute confortati.] Precamur, inquit, vt impleamini, & omni ſitis ſtabiliti virtute. Verum quamobrem? Vt aduerſus tentationes perſequutionesq; ipſas ſitis validiores, ne in his vel animus hebetior ſit, vel deſperet.

Secundum potentiam claritatis eius.] Vt tales vobis, inquit, vires ſufficiant, quales vt cōferat par eſt, inexplicabiles ſcilicet & infinitas: alioqui vt à mortali excipi queant. His autē dictis hos admodum conſolatur. Neq; enim vires dixit, ſed quæ longe præſtēt potentiam, haud ſecus ac ſi diceret: Vbiq; illius gloria dominatur. Nequaq̃ igitur vos duris & aſperis in rebus remolleſcite, fortitudinem enim accepiſtis & robur, vt æquum eſt his vires ſuppeditare, qui deo inſeruiunt, cuius tanta ſit poteſtas & gloria.

In omni patientia & longanimitate.] Fortiores quidē in omni patiētia, vt alienis & externis obſiſtatis, effecti longanimes, vt vos inuicē toleretis. Vtitur em̄ tunc animi qs magnitudine, cū eos tulerit, in q̄s licuiſſet vlciſci: Suſtinet aūt quos nequeat vindicare, eoq; & in deū nulla cadit penitus tolerātia, ſed longanimitas quædā, vt qui cum perdere queat, patitur tamen & ſuſtinet, quia longanimis in omni, hoc eſt, perſeuerāti & perpetua. Vt itaq; breui id dictū concludā, id ſentit apſtus. Orando id ipſi expoſcimus, vt perfectiorē poſſitis dogmatū percipere cognitionē. Neq; in humana aliqua ſapientia, ſed ſpirituali, & vitā virtute p̄ditam aſſequamini, vt tentationibus conſtantius occurratis, robore accepto, quale, vt æquum eſt, à deo conceditur, alienos vt patientius toleretis, & in fratres longanimitate vtamini.

B Cum gaudio gratias agentes deo patri.] Cum eſſet eos obiurgaturus, vt qui dogma aliquod induxiſſent à recto admodū alienū, mitiori vtiť oratiōe, ne præ odio hos videat arguere. Ordiť itaq; inquiēs: Et ſi varia vobis ſum cōprecatus, vt ſemper antea conſueui: nil certe id vel maleuolētiā p̄fert, vel odiū. Subdit itaq;: Et libēter gratias ago pro collatis à deo p̄teritis in nos bñficiis. Quo fit, vt non ex odio vos ipſe incuſem, ſed ex bñuolētia & charitate. Vellē tñ perpetuis mihi liceret efferre vos laudibus, ſed neceſſario ad increpatiōes deſcēdo. Hunc ipſm & ad Corinthios ſeruat dicēdi modū. Tacite aūt de vnigenito ſermonē aggreditur. Libēs itaq; mea℞ hæc gratia℞ actio, bono℞ magnitudinē præfert, quā olim vobis pepereratis. Hæc aūt vobis, non angeli, quí ſubditi ſunt, ſed id filius dñs cōtulit. Veℜ cur dixit, gr̃as ago vel gaudēs? Quia poſſunt & gr̃e in triſtitia agi, quales & Iob illius fuere, qui dolēs gratias egit, dicēs: Dñs dedit, dñs abſtulit. Si em̄ ab eo dolore quis auferat, & laudē tollat neceſſe eſt, ſi ex tanta iactura, vt ſtupens & inſenſibilis nullo mœrore affectus tuliſſet præ ſe patientiam, quin potius moderabatur hic quidem doloribus, nil tamen feriebatur. 1.Corin.11. Iob.1.

Qui dignos nos fecit.] Tanti, inqt, illius ſunt munera, vt nō mō opulētos reddiderit, ſed & vires ſuffecerit, vt nihil īmerito videamur ab eo opes has accepiſſe. Exēpli gr̃a: Impator aliquis tenui quidā, & fortunæ ſordidioris, prouinciā credidit procurandā. Contulit quidē huic dignitatē, nil tñ tāto magiſtratui dignū effecit p̄ merito, vt dignitatē hanc gubernaret, q̄ fit, vt tātus illi delat⁹ honos ridiculū ſæpe p̄ſtiterit. Deus vero & nos honore prouexit eoſdē q; ad p̄merēdū idoneos fecit. Geminat itaq; honor, cū ad mun⁹ accedat collata ſufficiētia

In partē ſortis ſancto℞.] Hoc eſt, vt inter ſanctos diuerſaremur cōſtituit. Nec ſimpliciter, adeo, ſed iiſdem vt frueremur nos bonis cōceſſit, q̄d cū ſortē dicit, oſtēdit. Poteſt em̄ & quiſpiā eadē in vrbe ciuis inſtitui, haud tñ cū cæteris partē ſortiri. Et cōtra, eadē in ſorte cōſtare, nō tñ æquā habere cū cæteris portionē, Tanq̃ id dicat: In eadē ſumus oēs eccleſiæ ſorte, ſed partibus diuerſis potimur. Hic vero nos & ſortis eiuſdē, & portionis dignos effecit. Sortem aūt vbiq; appellat, vt oſtēdat quēadmodū ſors nulla obueniat humana ſolertia, ſed caſu quodā, & fortuna potius terminetur. Ita & nos nullo noſtro vel officio vel virtute cœleſti dignamur imperio, ſed dei munere quodcunq; eſt boni, ad nos defertur. Propterea dñs inquit: Dicite quoniam inutiles ſerui ſumus, fecimus quod facere debebamus. Sors quo modo. Luc.17

In lumine.] præſenti ſcilicet & futuro, hoc eſt, ſcientia. Nam reuelatis nobis myſteriis, & lumen viuentibus præbuit, vt futuro in ſeculo fulgentiorem lucem elargiretur.

S ij Qui

Qui eripuit nos de ptāte tenebrarū.] Neq; em̄ solū magni id est faciendū, φ cœlesti nos donauit imperio, sed etiā qa in tenebris antea diuersantibus, claritatē ingessit. Nō em̄ æquū id bñficiū fuerit, qd indifferēter in indignos, pariter & dignos cōferi, vt idē ad Romanos in eplā differit, inquiēs: Vix em̄ pro iusto qs mortē subijt. Itaq; qui sub tenebrarū sunt ptāte, hoc est, q diaboli circūuentiōibus & tyrānidi subiecti. Nec tenebras simpliciter dixit, sed tenebrarū sub potestate: quippe cū dæmon vobis dominaret, & sui iuris fecisset. Est em̄ graue existimandū illi subesse, nedū eius potestati addici, qd sane grauius est. Nec pterea eduxit intulit, sed eripuit, ostendēs seruorū in more, in ærumnis nos antea & calamitate fuisse. C

Roma.5

Et transtulit in regnū filij dilectiōis suæ.] Præstans sane id fuit, φ nos exemit e tenebris: illud tamen pstantius, φ in regnū induxit. Nec frustra inuexit, sed vt cū filio suæ dilectionis, hoc est, cū suo dilecto, cœlesti imperio potiremur, q sibi antea essemus infensi, & in tenebris versabamur, qd itē & alibi dicit: Si sustinemus, & simul regnabimus. Nec trāsposuit inquit, sed trāstulit, vt nō id omne transferri adscribat, sed arguat nos etiā aliqd ad eā rem cōtulisse. Ostendit pterea, cū transtulit inquit, diuinæ potentiæ ad omne opus facilitatē, quæ ita nos transferat, quemadmodum solent milites suos præfecti de loco ad locum ductare.

2.Cor.1. Roma.8

In q habemus redēptionē p sanguinē ipsius & remissionē pctōrū.] Si em̄ nec redempti essemus, nec remissa nobis praua fuissent facinora, haudquaq; trāslati ad cœleste imperiū fuissemus. Chrs ergo præuius fuit, vt tāto hoc munere à patre nos donaremur. Nec quidē solutionē dixit, sed redēptionē, hoc est, pfecte nos ipse redemit, ita vt nec relapsuri amplius simus, nec mortē tanq; delicto obnoxij subituri. Cū itaq; vos filius ipse redemerit, & ad patrē deduxerit, cur angelos ipsos astruitis id muneris fungi? nō aūt cū, in quo, dicit, de filio dicere.

Qui ē imago dei inuisibilis.] Et naturæ ipsius reuerētiā & dignitatis, q filio insit, magnitudinē exponit hoc loco, tinago ingens dei ē. Si dei imago, ergo à pre nil imutatus ē filius, vel imagine ipsa alienus effectus. Neq; em̄ paternę habes pceritatis mēsurā, vt afferre queas qto sit interuallo filius pre minor effectus. Nā si esset dei imago hūanæ mēsuræ, quā pro corporū angustia vel amplitudine ipsa metimur, liceret forsitā tibi dicere, formatā effeci āq; imaginē ad priorē aliquā formā nihil attingere. Sed cū imago hæc, vt deus fit & dei vt filius, psimilis erit ei q in deo ē & pre effigies. Et inuisibilis, ideo. f. qa videri nō pt. Apud nos aūt qa hoim arte (q fallit) sæpe effingant imagines, habere nequeūt conformitatē, vt psimiles sint. In deū vero nihil istiusmodi cadit, eoq; certior ē filio, & vera cū pre similitudo. Qd si nequaq; esset psimilis filius, qd impedit, q min⁹ nec angeli ipsi verā dei imaginē pferāt? Sunt nāq; & hi inuisibiles, haud tñ dei eē imagines adstruunt, quinetiā sacrarū lrarū subtilis & pspicax cōtēplatio. Hoiem qdē imaginē dei appellat & filiū dicit, angelos vero nequaq;: qa angelicæ naturæ celsitudo celerrime ad impietatē auditores impelleret, existimātes cū deo parē angelū dignitate. In hoie vero vilitas ipsa & humilitatis psumpta opinio, certiores nos facit, vt nihil hmōi suspicemur. Intellige igit ex his filiū dei eē imaginē & inuisibilē. Cū itaq; cōstet & imaginē eē, ab angelis ipsis fecernit, q etsi inuisibiles, nō tñ imagines eē dicunt. Qd aūt inuisibilis à mortalibus ipsis seiungit, q etsi imagines sint, nō tñ videri nō possunt. Restat ergo, vt solus filius imago sit dei & illi psimilis. Qd si adhuc institerint Arriani, asserāt φ minus eē imaginē priori formæ substātia parē, audiāt scripturā dicētē: Seth Adæ pfert imaginē, si Adæ imago Seth, ergo & illi cōsubstātialis habebit. Perspicuū itaq; est, q hoim sunt artificio cōficta imagines, absimiles esse substantia. Quæ vero natura, oino esse cōformes substantia & æquales. D

Gene.5

Primogenitus ōis creaturæ.] Cū filiū dixisset inuisibilis pferre imaginē, mox oīs & creaturæ subiecit. Huc prodeūt Arrianorū molitiōes. Cū em̄ inqt, anteq; cætera crearent, filius dr generatus. Primus ergo creatorū oīm filius. Nō em̄ q prior est cōditus, sed primogenitus dixit, nisi forte huc vel germanos attuleris, vt ranas & lapides, & hmōi alia, feceris q; hūc eadē cū cæteris vel abiectioribus cōstare substātia. Nā q primo est genitus, æquā erat cū his fortitus substantiā, quos genitura pcesserit, q blasphemia in vestra velim recidat capita. Est plane impiū, istiusmodi aliqd de incōparabili illa creatoris maiestate cogitare, ne dicā asserere. Vel aliter, Nō em̄ in sacris lris primogenitus dr, q alios habeat post se generatos, sed simpliciter q prior est ortus. Sic em̄ & dei parēs Maria virgo secūdū carnē hunc peperit primū, q nullos haberet post se germanos, ex vtero virginali productos, & hūc in modū primogenitus est appellatus. Sic etiā & ex patre primogenitus nō aliorū respectu q cōdita sunt, vt hæretici senniūt, sed absolute secūdū supnā illā creationē, pris est primogenitus. Quid igit sibi vult Paulus? Nimirū vt Colossensiū cōsutet & refellat opinionē, vt no existimēt vnigenitū angelis eē recētius procreatū. Tāetsi maiores illi & veteres patres, p hos ad deū deducerent, cū in psenti filio sit id officij demādatū. Vult aūt illud Paulus demōstrare, anteq; aliqd crearet, filiū esse. Esse aūt, qa genitus. Ergo & angelis prior, & ita vt eos creauerit. Fit itaq; vt qd antea angelorū fuerat in veteri testamēto ministeriū, nūc filij fit. Aduerte apostoli prudētiā ne filiū audiens quispiā ante oia creata cōsiare, existimet eundē carere principio, edocet & patrem

Primogenitus quis dicitur.

Lucæ.2.

A patrē habere & ab eo esse progenitū. Quādoquidē cum ipse, tū reliqua cōstet à deo prodiisse. Alioqui hunc patefacit à cæteris longe differre, siquidē à patre hic ortum ducat, vt filius. Illa vero tanq̄ creata per eundem sint filium condita, quod clarius in sequentibus aperit.

Quoniam in ipso condita sunt vniuersa, in cœlis & in terra.] In ipso, hoc est, per ipsum, vt idem deinceps monstrabit. Atqui quod ambiguum erat, quod cœlestia scilicet condidisset, plus expressit. Si itaq; angeli per ipsum sunt conditi, quo ergo pacto priores hi erunt?

Visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates.] Omissa accuratiori de visibilibus disputatione, vtpote de quibus nil sit ambigendum, de inuisibilibus ipsis, de qbus dubitatio potest animū plerunq; subire, particulatim nunc differit. Neq; em̄ & alia cœloꝝ ornamenta sigillatim exposuit, quando à præstantioribus minora protendat. Inuisibilia siquidem dici & angeli ipsi & archangeli possunt, & immortales hominum animi. Quo fit, vt per angelos & reliquos cœli ornatus designet.

Omnia p ip̄m & in ipso creata sunt.] Ecce q̄d supius in ipso dixerat, nūc dicit p ipsum: quēadmodū & Iohānes euāgelista (Oīa p ip̄m facta sunt) dixit. Oīa vero cū inqt, nequaq̄ est & sp̄m sanctū cōplexus. Neq; em̄ est ex oībus vnus, sed absolute vnus est sp̄s, sicuti & vnus est deus & dñs vnus. Quæcūq; igit facta sunt, p ip̄m sunt cōdita. Proinde ne hūc ministrū forte aliquē putes, & in ip̄m inqt, hoc est, in eo pendent vniuersa. Nec solū hæc ipse creauit, sed eadē hæc continet, & ita vt si ab eius hæc prouidentia abducant, pereāt protinus, necesse sit. Iohan. 1.

admiratio, quia sim munere hoc affectus, nec quoquã pacto diffidas, & alios posse pari dono dignari. Ob id nanq; ille in mundũ cõcessit, vt peccatoribus vniuersis salutẽ donaret. Est itaq; iusmodi sermo credibilis, & fidelis & dignus, qui ab omnibus admittat. Neq; enim quia ingentia sunt, quæ dono nobis sunt tradita, eo minus credenda, sed quia infinita est largientis benignitas, & credi hæc merito debent & excipi. Id etiam vel Iudæis, qui adhuc legi intenderent differit, vt illis aperiat, nequaq̃ posse salutem sine fide parari. C

Psalm. 3 Quoꝝ primus ego sum.] Quo pacto & alibi dicat, secundũ iustificationem q̃ in lege est, factus sine querela, nunc inter peccatores se primum se statuit? Quia quo ad Christi iustifica

Pulchra du tionem legis iustificatio pro delicto habetur, vt quæ nullum in præsentiaꝝ habeat tempus.

bitatio. Quãdiu eñ lex tẽpus id habuit, eius certior erat, & vera iustificatio. Nã queãdmodũ noctu lucernæ lux omnis à lunæ fulgore obtenebrat, si fuerit sub diuo exposita, sic legis iustificatio à Christi occultatur iustitia & plane tollitur. Cum eñ Christus apparuit, solis instar tenebris legem offudit. Peccat itaq; & insipiens est, qui lucernæ lumine vtitur, micante sole.

Sed ideo misericordiã cõsecutus sum, vt in me primũ ostenderet Christus Iesus omnem patientiã ad informationẽ eoꝝ, qui credituri sunt illi in vitã æternam.] Attende humilitatem. Propterea (inquit) sum misericordiã consecutus, vt eoꝝ nemo desperet, qui prauis sint facinoribus inquinati, sed spes certior sit, cũ Paulum videant, qui peccãdo cunctos excessit, saluũ iam redditũ. Arguit pterea ex his nec dignũ se extitisse, qui à deo veniã promeret, sed ad alioꝝ salutem esse iam dei clementia potitũ. Neq; eñ dixit, vt in me patefieret diuina patientia, sed omnẽ, quasi id inquiat: Cũ plurimũ deliquissem, omni, hoc est tota dei misericordia & cõmiseratione, nõ parte aliqua indigebã, vt hi qui pauca commiserunt. Ad informationẽ aũt dicit, hoc est, ad consolationem & eorum exhortationem, qui credere vellent.

adde, sapienti Regi aũt seculoꝝ, imortali, inuisibili, soli * deo honor & gloria in secula seculoꝝ, amẽ.] Quia de filio magna q̃dam pdixerat, q vel his eẽt salutẽ daturus, q nihil sperarẽt se saluos fore, ne patrẽ filio videat fecisse inferiorẽ, illi & gloriã defert, q̃ vtiq; filio est cũ patre cõmunis, quippe qui cũ seculoꝝ habeat regnũ, q̃ pacto & immortalis non erit & inuisibilis diuinitate & sapiẽs solus? Ipse nãq; patria est sapia. Dici hæc eadẽ & de spũ possunt. Soli aũt sapiẽti dixit, non qa pater à filio sit & spũ separatus (absit), sed cũ cõstet, & angelos sapientes & hoies dici, ostẽdit hũc solũ præcipue sapere, vt q & fons sit, & causa sapiæ. Reliqua vero q̃ sapiẽtiã vendicãt, cõdita sunt & creata, & participatiõe quadã assequunt. Honor aũt & gloria, non q̃ verbis solũ, sed & operibus constet. Ille eñ gratosos arguit, hæc vero regis imitatores, qd sane pstãtius est. Atqui gloriam q̃ verbis exprimit, à nobis deposcit, vt se nõ solum pie colamus, sed animũ ipsum penitus intendamus, geramusq; illi morem, vt ex hoc & ipsi proficiamus. Nec secus ac solent, qui solis splendorẽ cum spectant & demirant, eo fulgore delectati sibi profuerunt, & eodem illo, cum aliquid his est operandum, fruuntur. At contra, qui solaris sunt nescij claritatis, sibi officiunt maxime, quia nullo in opere vti hac possint. D

Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee.] Cum eñ præceptum dixisset, idq; imperantis sit potius, fili Timothee adiecit, perinde ac si dicat: Neq; eñ hæc vt dñs tibi edixerim, sed vt pater commonefacio. Commendo aũt eo dixit, vt ostendat diligentissime id esse seruandum, arguatq; haudquaq̃ nostra esse quæ possidemus, sed dei. Quo item & fieri, vt quæ ille contulerit, omnino sint per nos obseruanda.

Nõ debẽt ad p̃laturã prouehi, nisi digni. Secundũ præcedẽtes in te prophetias.] Præceptoris & sacerdotij cũ magna sit dignitas de iudicio confirmanda hæc fuerit, vt qui dignior sit, id munus suscipiat. Eoq; apud veteres prophetaꝝ vaticinio & iussu, sacerdotes, hoc est, per spm̃ sanctũ mox creabant. Est eñ prophetiæ propriũ, vel p̃sentia dicere. Sic itaq; est & Timotheus in sacerdotem electus, de quo & editas prophetias fuisse testat. Vel tum forte cũ fuit ad sacerdotiũ ille assumptus & circuncisus, & ad sacros ordines demũ prouectus, perinde dignitatẽ omnẽ hmõi ex prophetia & spũs reuelatione adeptus. Subdit igit, Consulo tibi & moneo, vt secundũ pcedẽtes in te prophetias incedas, hoc est, vt has contemplatus, & quasi ab illis edoctus, quid tibi agendum sit, pergas pro illaꝝ dignitate omnia facere, vt nequaq̃ his probro & ignominiæ sis.

Vt milites in illis bonã militiã.] Quid (inquit) tibi demãdo? Nẽpe vt in illis iam milites, id est, ne illaꝝ legẽ & normã excedas, sed quemadmodũ illæ te elegerunt, & his in rebus qbus te adduxerunt optimã militiã milites. Est nanq; & prauum quoddã militiæ genus, cum membra exhibet quispiã ad immunditiã & turpitudinẽ, & armis vtitur ad iniuriam inferẽdam. Militiæ autem meminit, vt arguat, etsi acre omnibus bellum infertur, ei tamen inferri acerrimum, qui alios instruat ad recte viuendum, eoq; esse huic & magis inuigilandum. Neq; vt se languidiorem præstet, necesse est, sed excitum & vigilantem.

Habẽs fidẽ & bonã cõsciam.] Haudquaq̃ (inqt) existimes sat tibi fore, q p spm̃ fueris & pphetiã ad sacerdotale munus puectus, nisi & fides p te indubitata pstet, vt verba pmere recte queas, & cõsciam bonã, hoc est, vitã irrephensibilẽ habeas, à q̃ orit rectior hæc cõscia, ita

vt &

A vt & alijs ꝓesse q̃as. Nã quẽadmodũ q ductare exercitũ velit, vt optimũ militẽ antea egerit ẽ
necẽ: sic & ꝓceptorẽ oportet his eẽ virtutibus ꝓditũ, q̃s postmodũ sit à discipulis exacturus.
Inde nãq; ediscimus, & si docendi officio fungimur, quẽadmodũ instruere alios debeamus.
Quã quidã repellẽtes circa fidẽ naufragauerũt.] Quã, bonã cõsciam scilicet. Neq; iniu-
ria, nã cũ fuerit vita impurior, ex ea & dogmata q̃dã peruersa emergũt: Siquidẽ qui immun
dã & sordidam duxerint vitã, ne in futurꝫ formidine crucient, temere sibi hoc suadent, falsa
oĩa credi q̃ à nobis tradunt. Quo fit, vt qui fidẽ abegerit, opinatiõibus cuncta inuoluerit, cir
ca fidem naufragio pereat necesse est. Fides nanq; portus est patentissimus, qui animum ad
tranquillitatem traducit. Quæstiunculæ vero & hæsitatiões, tanq̃ procellæ mentem vtrinq;
exagitatã in miserꝫ corripiunt naufragiũ, affliguntq; scopulis, vel in profundũ demergunt.
Ex q̃bus est Himeneus & Alexãder.] Vides ne & olim extitisse, qui verã doctrinã ꝑuari
cati, à fide absciederẽt, sectarenturq; opinatiões nõnullas & ambigua q̃dã? Cauendũ itaq; &
vobis inquit, ne quid ex vr̃o pristino instituto intermittatis, cũ tales hoc tpe conspicemini,
q erroribus detrahunt. Quin instãdũ potius vt istiusmodi hoĩes impugnãdo vos superetis.
Quos tradidit satanæ, vt discãt nõ blasphemare.] Dicet aliquis: Si alios satan castigat, cur
nõ seipm emẽdat? Nõ eñ vt castiget dixit, sed castigãdos: quippe qui nemini ꝑt, nisi dei per
missu obesse: sicuti & carnifices ipsi, etsi nequissimi sint, morte tñ damnatos cõficiũt, & mul-
tis vt recte viuãt causam ꝑbent. Cur ꝑ se Paulus nõ hos tormẽtis affecit, vt V ariarꝫ illũ affe- Acto.5.13
cerat, vt Ananiã & Petrus? Ne supplicij magnitudine illorꝫ augeat blasphemia: quin etiã vt
ostẽdat se posse satanæ imperare, ex eoq; & formidolosus fit magis, & terrorẽ incutiat cõtu
macibus, ꝑsertim cũ ab se & Petro, vel hi crucient, qui fide careãt, vt intelligãt se minus pos
se latere. Erat eñ & ille Ananias fidei expers, q̃a deo minus cõfideret. Eos itaq;, q hæc Pau
li Petriq; iã gesta rescissent, & alio deinceps sunt deuoluti, satanæ demãdabãt apostoli, vt il
lis perspicuũ facerẽt satanã nõ propria illa virtute, sed aplorꝫ potẽtia eos sanare q his demã
dent. Vel quia q̃s corrigere vellẽt, nõ ipsi ꝑ se apostoli pœnis afficerẽt. Cõtra vero, q emen-
dari nõ poterãt, ꝑ se afflictabãt. V erꝫ qũo aliq̃s dicet, Satanæ tradebant? Qui eñ contumax
esset & minus obediẽs, extra ecclesiã emittebat, eijciebaturq; à cætero grege, & nudus mox
& desertus, lupis dedebat in ꝑdã. Nã quẽadmodũ olim nubes tabernaculum obducebat, sic
Chr̃i ecclesiã spũs. Quicũq; ergo ex ecclesia fuerit eiectus, & spũ sancto priuatus, erit hic mi 1.Cor.11.
B ser ꝑfacilis in capturã: tanti est ab aliorꝫ cõsortio & coĩone repelli, cẽsura. Istiusmodi nanq;
mox deus & peccatis obnoxios, castigãdi gr̃a & morbis afficit, & malis vrgebit. Inquit eñi,
Cũ iudicamur à deo, & castigamur. Vides itaq; quemadmodũ velle curiose admodũ diuina
scrutari, in blasphemiã cedat. Est eñ deo inferre iniuriã, cũ nitimur q̃ eius nutu & dispensa
tione gerũtur, animo & cogitatione comprehendere.

CAP. II.

OBsecro igitur primũ omniũ fieri obsecratiões, postulatiões, orões, gr̃arꝫ actiones
pro oĩbus hoĩbus, pro regibus, & oĩbus q in sublimitate constituti sunt.] Omniũ
primũ, hoc est, iure diuina q̃tidie peragẽda. Sacerdos nãq;, tanq̃ cõis orbis terrarũ
pr̃, sancto altari astãs oĩbus prospecturus, & dei instar, cui est dedicatus. Aduerte
gr̃æ magnitudinẽ. Neq; eñ istiusmodi sunt Iudæorꝫ ꝑdicationes. Neq; statim pro regibus
orandũ dixit, ne videat principũ cuiq̃ adulari, sed cũ prius pro oĩbus dixisset hoĩbus, tũc re
gibus adiecit. Etsi infideles sunt, inquiẽs, reges, est tñ pro his deꝑcandũ. Erãt eñ fidei Chri- Orationis
stianæ expertes tũc tpis, imperij & regnorꝫ moderatores. Duo aũt, cũ pro vniuersis à nobis fructus.
orat, q̃ optima sunt cõsequimur. Nã & odia si q̃ nobis in alios sunt, dissoluunt, cũ nemo q̃at
in eũ pro q̃ deprecetur iniq̃ aĩo esse. Et reges, ꝑcibus (immutata in probitatẽ nequitia) melio
res reddunt, nec vltra in nos efferati deseuiũt. Nã q̃ illud debet mirꝫ videri, ꝑsecutores & car
nifices audire ab his deposcẽtes pro se orare, q̃s afflictẽt supplicijs? Oratiões aũt, postulatio-
nes & obsecratiões eundẽ ꝑferũt sensum. Nã istiusmodi dictionũ repetitio, exigẽtis est fieri
oĩno oportere q̃ mãdet. Tñ nõnulli hãc his inesse differentiã aduerterũt, vt obsecratiões di-
cerẽt supplicatiões esse quasdã, q̃bus vrgẽtibus malis & tristitiã inferẽtibus, liberari deposci
mus. Oratiões vero, cũ bona nõnulla ꝑcãdo efflagitamus. Postulatiões deniq;, cum eos peti
mus, in viã vt redeãt, q nos vel criminant, vel iniuriã inferũt. Aduerte quẽadmodũ vel pro
bonis in alios q̃scũq; collatis iubemur deo gr̃as dicere, videlicet q̃a solẽ tã bonis q̃ malis fru Matth.5.
endũ exhibeat, q̃a vniuersos suis oppleat bonis, vel blasphemos ipsos & infideles his ipsis af
ficiat. V nde & fraterna charitate coniungimur, & vnũ diuersi efficimur. Nã qui propterea
gr̃as agit, q̃a proximũ videt bonis expleri, sequitur certe vt eundẽ bñuolẽtia prosequatur.
Quo fit, vt cũ ipsi bonis afficimur, maiorẽ longe erga deũ præferre gratitudinẽ debeamus.
Vt quietam & tranquillam vitam agamus.] Quoniam non absurdum videtur Christia
ni animũ obturbari, cum ei indicitur rem diuinã agenti, & sacrosancta mysteria pertractãti
vti pro infidelibus & regibus deprecet, proponit & lucrũ, vt vel eo illecti, id factitemus. Ait
nãq; istiusmodi hoĩm salutẽ in quietem nobis cõcessuram, & otiũ. Sunt eñ & hi in posterꝫ

militaturi, vt nos quiescamus. Quo igit pacto nō debet iniquū videri, vt hi ex insperato pro C
nr̄a salute pericula obeāt, nos vero nec saltem labelli motū pro his deprecando toleremus.
In om̄i pietate & castitate.⌋ Id quidē eo adiecit, q̄a plerisq; belli & tētationū vacatio, ad lu
xū & iniuriā aliis inferēdā p̄bēt occasionē, vnde & praua dogmata quędā oboriunt. Idcirco
subdit. Nō per delitias vel alioꝝ iniurias vitā ducamus, sed in om̄i pietate, om̄i. s. non mō q̄
Titum.1. dogmatibus inest, sed vitæ. Est nāq; & vitæ q̄dā impietas, quemadmodū cū inq̄t: Deū profi
tent se scire, opibus aūt negāt. Vel om̄i puritate, q̄ fit ab hæresibus ipsis semota. Nec minus
& in om̄i castitate, hoc ē, virtute, p̄inde ac si dicat: Nō solū est ab impietate cauēdū, sed cū oī
virtute vita ducēda ē: oportet igit etsi exteriori hac pace potimur, vt & q̄ete fruamur, vitāq;
ipsam om̄i cū pietate & virtute nos trāsigamus. Sic p̄culdubio vitā erim⁹ q̄etiorē, & quauis
p̄turbatōe vacuā cōsecuti. Tria sunt apud nos belli gn̄a. Primū cū barbaros impugnamus,
Secūdū q̄d ex priuata q̄dā inimicitia nobis infert. Tertiū, q̄d intestinū ē, & à vitiis aduersum
nos excitat. Barbaricū illud imperatoꝝ industria sedat. Quibus bellātibus, vel à nobis votis
ac p̄cib⁹ p̄stāda opa ē. Sed duo reliq̄, p̄ nos erūt & nr̄is virib⁹ sedāda & studio. Q̄d facile fiet
si mala q̄ in nos p̄ maleuolos irrogātur, benigne & aīo æq̄ori tulerimus, pēsabimusq; inge-
Psal.108 stas p̄ssuras p̄cando. Inquit em̄: Cū hi q̄ oderunt pacē erā pacificus, & detrahebāt mihi, ego
autem orabā. Quod deniq; in nobsipsis inerit bellū, iustitiæ armis facile prorsus tollemus.
Hoc enim bonū est, & acceptum corā saluatore nr̄o deo.⌋ Quod illud? Pro oibus. s. de-
precari, tam pro gentilibus ipsis, q̄ pro hæreticis. Idipsum & natura bonum & rectum vide
tur, quippe cum eiusdem naturæ omnes participes sumus, identidemq; & deo pergratū est.
Qui oēs hoēs vult saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire.⌋ Si deo id libet, vt vniuersū
hoim gen⁹ asseq̄t salutē, imitare hūc ipse. Cui si volūtate par eē volueris, erit p̄fecto tibi pro
cæteris deprecādū. Dicet aliqs: Si illd diuinæ ē volūtatis, vt salui fiāt cūcti mortales, q̄d meis
opus ē precibus? Atq; p̄magni deus has facit, vultq; valere ad eā rē plurimū, q̄ppe q̄ nos (vt
diximus) miro aī cōiungat affectu. Nec gētiles sinunt, vt in nos efferant. Et præterea siue ve
ri, vt te deprecante ad fidem hi deducantur. Salutem vero intellige, quæ per fidem parat. Et
ad veritatis cognitionē, hoc est, ad fidē quæ deo p̄stetur. Hæc nanq; dici sola veritas pōt.
Vnus em̄ de⁹, vn⁹ & mediator dei & hoim, hō Chr̄s Iesus.⌋ Cū velle deū dixisset cūctoꝝ
salutē, idip̄s cōfirmādo ita p̄seq̄tur, p̄pterea de⁹ filiū suū ad nos mediatorē legauit vt se hoī
bus cōciliaret. Dicet aliqs: Cur ergo nō oēs salutē sunt assecuti? Quia haudq̄q̄ conciliationē
hāc admisere. Cū vero vnus ē de⁹ (inq̄t) nō eo intulit, vt filiū argueret à deo differre, sed ab D
idolis alienū eē hūc demōstraret. Q̄d aūt de⁹ sit filius, liq̄t ex eo q̄a & cōciliator sit & media
Mediator dei & hominū Christum. tor effectus. Qui. n. est mediator duoꝝ, se mediū interponit ad inuicē dissidētiū, & alterutris
debet cōem se exhibere. Cum itaq; dei filius & hoim mediator, vtriusq; est particeps, diui-
nitatis vicз & hūanitatis, deus existēs & hō, vtrāq; ergo idē naturā cōplectit, hūanā. s. & di-
uinā. Neq̄q̄ igit purus est deus, neq; em̄ hoies hūc excepissent, q̄ erat intercessor futur⁹. Nec
simplex hō q̄ppe q̄ deū eēt allocutur⁹. Nil aūt clare de diuītate disseruit, ne de se & existimēt
q̄ multos deos inducere. Neq;. n. cū de dei singularitate ē differēdū plurali nūero vel duali ē
singularitas hæc exprimēda, sз singl̄ari vtēdū ē. Tā diligēs ē & cauta de diuītate ī sacris lr̄is
disputatio. Vnde nec spirit⁹ hoc loco Apl̄s meminit, ne multoꝝ esse deoꝝ cultor appareat.
Qui dedit redemptionē semetip̄m p̄ oib⁹.⌋ Hoc ē, & p̄ gētib⁹ ipsis. Ille igit p̄ cūctis mor
tem subiuit, tu vero p̄ vniuersis orare nil toleras? Attēde id dictū cōtra Arrianos plurimū
facere qui filiū asserūt vel inuitū fuisse morte affectū. Idcirco itaq; nos ille redemit, quia cum
esset nr̄a hæc humana natura peccato obnoxia, p̄ illa seipsum obtulit vltro, ne perderetur.
Cuius testimoniū.⌋ Hoc ē, vt id testaret, filius ē in nr̄i redēptionē oblat⁹. Vl̄ idētidē inter
p̄tādo redēptionē testioniū dicit. i. ei⁹ passionē. Venit em̄ vsq; ad mortē, vt veritati afferret
testimoniū. Is nāq; & patrē manifestauit, & veꝝ dogma explicuit, ad verāq; & euangelicā
Temporibus suis confirmatum est.⌋ Hoc est, congruis & decentibus. (vitā prçuius fuit.
In q̄ positus sum ego p̄dicator & apl̄s.⌋ Ad q̄d testimoniū sum ipse appositus p̄dicator, vt
illud prędicādo vulgarē, hoc ē, Chr̄i crucē & mortē. Nec solū vt p̄co, & vt aliq̄ vno in loco
prædicandi fungar hoc munere, quin & Apostolus sum institutus, vt quacunq; velim diua-
ger. Et prçterea haud mediocris apostolat⁹ hæc dignitas, eoq; & hanc sibi vēdicat Paulus.
Apostolatus dignitas. Veritatē dico, nō mētior, doctor gētiū.⌋ Suis dictis facit hic fidē. Cū em̄ cæteri apl̄o eēnt
ea in re segniores, partī q̄a gentes detractarent, et abhorrerēt, partī q̄a nec eas essent ad se ad
missuri, ipse inq̄t sum vt gētes instruerē destinatus. Si itaq; dei filius p̄ gentibus hisce p̄pes-
sus est mortem, et earundem ipse sum doctor, nihil ipse negligas velim pro his deprecari.
In fide et veritate.⌋ Aduerte vt in fide dicat, nō syllogismis vllis aut argumētatiōibus ca
ptiosis, sed in fide. Deinceps ne fallacias inesse rei existimes, in veritate adiecit, p̄inde ac si di
cat, nihil ē sane fallax vel cōmētitiū, q̄d ex fide instruit, vel dēmādat, sed in veritate traditū.
Volo ergo in om̄i loco orare viros.⌋ Quæret aliquis: Num Chr̄s prohibet, quin quouis
in loco

A in loco orãdũ fit, cũ ĩ ꝓpatulo & in plateis interdicit prędicationẽ: & in abditũ secedẽdũ cũ orat iniũgat: Neq̃ Chrs q̃ min⁹ vbiq̃ orãdi officiũ exequi possit ꝓhibuit, sed cũ alios admo neret, ne ad ostẽtationẽ id agerẽt, cubiculi meminit & loci abditioris. Haud sec⁹ & alibi dicit: Nil nouerit sinistra tua quid faciat dextera. Neq̃ .n. de manib⁹ differit, sꝫ quã sit excellẽs de mõstrat, eleemosynã sine iactãtia ĩpartiri. Eoq̃ & Paul⁹ viros deposcit, oĩ in loco orare, ꝑinde ac si nihil ipm à Chro sit vetitũ. Qd̃ sane ideo intulit, vt Iudæoꝝ orãdi ritũ à nro seiũgeret. Illi nãq̃ statuto q̃dã ad id loco, hoc ẽ, tẽplo q̃d Hierosolymis ẽ orãdũ, cẽsent. Nos vero qb⁹ nullus est prædicãdi pręscriptus locus, lõge alr illud exequimur. Nam vt nobis mos est, qui Christianum sumus nomen sortiti, pro vniuersis orare, sic & vbiq̃ fundimus preces. Matth. 6. Ibidem.

Leuãtes puras man⁹.] Neq̃ .n. loc⁹ ad oronẽ, sed modus diligẽter inquirẽdus. Religiosas eñ deposcit manus oro, hoc est, à q̃uis auiditatis gñe abstinentes, & puras vc3, q̃ nec rapaces sint nec homicidio inq̃natæ, nec quenq̃ diuerberẽt, sꝫ ad eleemosynã ĩpartiendã effusiores.

Sine ira & discrepatione.] Hoc est, sine odio & prauo aliq̃ aĩ affectu in frẽs. Disceptationẽ vero hæsitationẽ & ambiguitatẽ dicit, hoc est, ne subdubi⁹ & hæsitãs ad orandũ accedas, sꝫ fide certiori imbutus, & nihil ambigens, vtrũ q̃d postulas sis nec ne acceptur⁹. Veꝝ qui fieri id poterit, dicet quispiã: Ita quidẽ, si nihil deposcis q̃d dei voluntatẽ oppugnet, vel deo ipso indignũ. Si enim omnia, inquã, petieris quæ spiritus sint, si mũdis manibus & ira oĩ sublata.

Siñt & mulieres.] Veli. s. has nihil irasci, nec hæsitare, puriores asseruare & man⁹, nõ rapa- Mulierum
ces, aut alieni appetẽtes. Cũ .n. vxor viꝝ cõpulerit, vt mũdũ sibi muliebrẽ, gẽmas & marga- ornat⁹ qua
ritas & aurea ornamẽta suppeditet, & vir illi vt faciat satis, auidi⁹ rapiet. Erit qdẽ hęc furto lis esse de
(obnoxia. beat.

In habitu ornatu cũ verecũdia & sobrietate ornãtes se.] Maius aliquid à mulieribus exigit, vt vestibus se obducãt ornatis, nõ exquisitis. Id eñ ducit ꝓ indecoro & inuenusto. Habitũ significãtius Græci καταστολὴν dicunt. i. stolam quandam & amictum quę vndequaq̃ hominem contegat. Vult itaq̃ velato corpore mulieres precari, nec vllas corporis partes, impudenter retegere. Vnde cum verecundia, inquit, & sobrietate ornantes.

Nõ in tortis crinibus & auro aut margaritis, vel veste ꝑtiosa.] Orãdi .n. gr̃a accedat, nõ tripudiãdi. Cur ergo caput hæc sibi curat, & crines comit, margaritis hos interplectẽs, cum alias e vertice suspẽdit, alias toto corpe circũponit, alias pedibus demittit. Qd̃ sane ꝓbro cedit & ignominiæ potius q̃ ornamẽto, ꝑsertim cũ tãti res ꝑtij ꝑ paupeꝝ sint & viduaꝝ & or-
B phanoꝝ lachrymas cõparatę. Nã viduã & egentẽ viliori veste priuabis, vt ipsa margaritas & gẽmas cõculces. Est eñ summæ simplicitatis, ne dicã vesanię, & aĩ nil pẽsi habẽtis, ad orãdũ te cõcessisse peccatis veniã petiturã, perinde tanq̃ ad nuptias ꝓditurã, te comptã esse & ornatã. Optima sane hæc erit animi ob errata cõpunctio, q̃to citius exauditurus est deus sic deprecantẽ, nõ te, q̃ inopũ lachrymis circũduceris iactabũda & tumens. Si ea itaq̃ q̃ ad opulentiã spectãt, interdicit Apls, lõge magis q̃ cura quadã superuacanea, & studio ad inanẽ ornatũ cõponunt, vt genaꝝ & oris vnguentationes, & oculis adiecta quædam ad pulchritudinem liniamenta, vt vocem effractã, vt oculos in lasciuiam resolutos, & huiusmodi reliqua.

Sed q̃d decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.] Quin necesse est, inquit, vt se rectis operibus ornent. Id nãq̃ vt faciant, fœminas decet quæ Chrm profitent, & deũ veꝝ pie colunt. Vel alr: Cum eñ liceat vel verbis dei cultũ promittere, per opera subdidit.

Mulier cum silentio discat cum omni subiectione.] Nõ solum, inquit, gestu & habitu ornata sit mulier, verum & voce. Non enim velim loquatur, neq̃ de spiritalibus ipsis edisserat sed id modo vt discat. Id nanq̃ expedit magis vt silens quiescat.

Docere aũt mulieri non permitto, neq̃ dñari in viꝝ, sed esse in silentio.] Omnem fœmi-
nis adimit loquendi occasionem. Cum eñ taciturnitatem his indixisset, ne causam forte iu-
stiorem aliquam ad loquendum fuerit mulier nacta, ne doceat, inquit. Id nãq̃ est habere in
viꝝ ipsum imperiũ. Quin potius subiectã esse hanc viro iniunxit. Inquit eñ, ad viꝝ sit con- Gene. 3. se
uersio tua, sit itaq̃ vt illi silendũ sit. Cum eñ silet, eius præfert subiectionẽ. Intelligas aũt nõ cundũ ve
vbiq̃ Aplm mulieri iniunxisse silentiũ, vel alios instruendi quouis in loco facultatem inter- ritatẽ He
dixisse, sed in ecclesia duntaxat, quippe quæ seorsum habeat docendi alios potestatem. Si- braicam.
quidem & Priscilla Apollo illum instruxit, & fidelis mulier virum commonefacit.

Adam enim primus formatus est, deinde Eua.] Cum enim, inquit, virile genus primatũ Gene. 1.
sit in ea creatione adeptum, & Eua post Adam condita sit, iure debent post viros secundum locum fœminæ obtinere, & illis subdi. Quod enim constat in Adam & Eua tunc temporis contigisse, & inde posteros seruare credendum est.

Et Adã nõ seduct⁹, mulier ãt seducta ĩ pręuaricatõe fuit.] Quo pacto inq̃t aliq̃s, nõ Adã Gene. 3.
deceptus: Quia nec ex sacris lr̃is id satis cõstat, sed mulierem r̃ndisse sic fert: Serpẽs decepit me. Adã vero, nõ mulier circũuenit me, inq̃t, sed pomũ obtulit, & comedi. Haud igit̃ æque se hñt, ei fidẽ adhibuisse, q̃ ex se cõdita sit, & adiutrix sit dicta, & beluæ credidisse, quæ hoꝝ esset ꝑtãti supposita. Quo fit, vt si serpentis suggestio cũ mulieris oblatione hac conferatur,

pro

pro fallaci arguaẽ necesse sit. Neq; em̃ deceptũ se ꝓfiteẽ, quippe qui ignoret id lignũ in esum suaue, sed mulier q̃ eẽt ei⁹ rei iã cõscia ẽ circũuẽta. Proinde sic illa obtulit viro vt ipsa plane arguaẽ ꝑuaricatrix, hic vero vxori fidẽ adhibuisse. Ait igiẽ, qa semel mulier viꝝ edocuit & cũcta peruertit: idcirco neq̃q̃ hæc habeat veſi docẽdi de cætero ptãtẽ. Est nãq; mulier natura leuior, & facile falliẽ. Aduerte ãt, quẽadmodũ nõ Euã dixerit deceptã eẽ, sed mulierẽ, tãq̃ de ipso muliebri gñe disseruisset. Nã quẽadmodũ natura oĩs humana in Adã pdita ẽ, sic & per Euã in oĩne fœmineũ genus dilapsa est leuitas, qua & præuaricatio ipsa primũ Euã inuasit.

Saluabiẽ aũt per filioꝝ gñationẽ.⌋ Quis (inqt) saluabiẽ? Nũ Eua? Neq̃q̃, sed mulier .i. muliebris natura. Nolite ergo aĩo cõcidere mulieres. Cõtulit em̃ & vobis salutis causam, filioꝝ ꝓcreationẽ, hoc est, liberos vobis educãdos, & optimis moribus imbuendos cõmisit, q̃s pariendo ederetis. Nõ em̃ filios parere vos solũ oportet, sed erudire, & ad rectiora instruere. Id nãq; vere præfert filios genuisse. Alioqn haudquaq̃ esset hęc liberoꝝ genitura, sed gestatio potius quædã appellãda. Quæret aliquis: Quid ergo cũ virginibus ageẽ? Quid cũ sterilibus, perdenẽ ne hæ, quia liberos nullos pepererint? Absit. Non eñi has (inquit) ꝓpria saluas fore virtute, sed filios ꝓcreasse, mulieribus salutis offert occasionem. Est enim illud perspicuũ, vt q̃ virtute sit ꝑdita mulier, ad virtutẽ sit & liberos educatura. Hãc igiẽ virtutẽ cũ traditã virgo habeat à genitrice, & ipsa est hauddubie salutẽ habitura. Videre aũt videor, cũ fœminæ alios instruendi potestatem ademerit, perinde has ipsas consolaturus demandasse, q̃s doceãt, perinde ac si dicat: Si tibi alios erudiendi libido incesserit liberos tuos erudi.

Si permanserint in fide.⌋ Si filij videlicet religiose Chri fidem seruabunt & dogmata.

In dilectione.⌋ Hoc est, recte viuendi modo. Non enim satis est fides, nisi & charitas adsit, quæ vitæ totius est summa.

Continentia coniugib⁹ nonnunquã seruanda.

Et in sanctificatione cũ sobrietate.⌋ Sanctificationẽ, corporis dicit puritatem. Et qm̃ nõ omnes fœminæ virgines sunt, cũ sobrietate adiũxit, hoc est, cũ continentia, quę nonnunquã ab illis seruãda est, quę m̃rimonio copulanẽ. Vel forte sobrietatẽ dicit simpliciter honestatẽ ipsam. Quid igitur, si m̃r nequior fuerit & impudica, filios tñ recte educet? Fieri id sane nequit: veꝝ si fiat, & ipsa mercedẽ acceptura est. Quid aũt cũ probis sit ipsa moribus imbuta, negligat tñ filios erudire, & pro eius nimia indulgẽtia patiaẽ illos ꝑcipites in vitia agi? Contra vero si totis viribus adnitaẽ, & studio oĩni incũbat, nequeat tñ hos reddere meliores (q̃d nõ raro euenit) & hæc nimiꝝ laboꝝ habitura est ꝑmiũ. Siquidẽ & dei filius, cũ factis, tum dictis maxime ad veritatẽ hoies traducere conareẽ, perpaucos habuit qui sibi obtemperarẽt.

CAPVT III.

Fidelis sermo.⌋ Cum in ambiguo haberetur, virum matres frui filiorum virtute quirent, sic inquit: Fidelis sermo, hoc est, quem ipsi protulimus, haudquaquã falso prolatus est, idcirco nil ambigas.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.⌋ Quæ ad Timotheum de episcopatu edisserit, vniuersis edicit. Si quis, inquens, cupit præesse, nihil impedio. Opus nãq; bonum desiderat, hoc est, negotium habere cupit. Nolim tñ vt dñandi quispiam cupiditate ducatur. Nam & Moyses operandi magis quàm præsidendi voluptate, deniãdatam sibi Iudæos moderandi suscepit prouinciam. Episcopatus enim ab ἐπισκοπεῖν dicitur, hoc est, prouidere & prospicere vniuersis, quos sub eius cura & tutela susceperit.

Oportet. n. ep̃m irreprehẽsibilẽ eẽ.⌋ Hoc ẽ, vt oẽm sit virtutẽ adept⁹, & ita vt neq̃at criminis accusari vel vitij. Nec ipse sibi sit mali conscius. Si qs itaq; obstrictũ se prauis facinoribus nouerit, nequaq̃ eã rẽ cõcupiscat, q̃ seip̃m mala opãdo priuarit. Oportet nãq; q ꝑest, vt tanq̃ lumen aliq̃d se & spectandũ exponat, à q̃ & cæteri cũ in se intẽderint oculos, lucẽ accipiant.

1. Cor. 7.

Vnius vxoris viꝝ.⌋ Si is q vxorẽ duxerit, q̃ mũdi sunt meditaẽ: ep̃m vero nil deceat mundanis rebus eẽ intentũ, q̃ pacto hũc dicit vnius vxoris viꝝ esse oportere? Nõnulli asserunt à muliere abesse episcopũ iniũxisse. Quod si fieri neq̃at, hñe hũc vnicã, sic præcepisse, ꝑinde ac si nullã haberet, hoc est, nihil illi addictũ esse ob venereas voluptates, cũ aliter Apl's sentiat, nec necessariũ ducat, vt vxori copuleẽ episcop⁹. Quo em̃ pacto hoc indixisset, q uia inqt, volo aũt oẽs eẽ atq; ego sum. Sed qa illud ips hmõi rẽ exigebat, ꝓpterea si duxerit (inqt) vxorẽ episcopus, vnius sit nõ mulraꝝ maritus. Vel vnius vxoris viꝝ dici, vt q ad eã episcopatus ꝓuehẽdus sit dignitatẽ, nõ multas habuerit vxores, sed vnã. Quod eo dicit, ne Iudæos ea in re sectarenẽ, quibus vt plurimos filios procrearẽt, vt & plures haberent vxores, permittebatur. Plęriq; etiam (inconsideratius tñ) affirmant, de ecclesia hæc dixisse Apostolum, tanquã enixe prohibeat ab eccclesia esse ad ecclesiam transeundum, quod esse adulteriũ dictitant.

Sobrium.⌋ Hoc est, perspicacem & meditabundum, nullis huius seculi curis vel mœrore offusum.

Pudicum.⌋ Hoc est, abstinentem & moderatum.

Ornatum.⌋ Hoc est, grauem & honestum.

Hospitalẽ.⌋ Si. n. se suis ciuibus dũtaxat ꝓbũ ꝑstiterit, & hospitalẽ gñis affectionẽ sequeẽ.

A Oportet itaq; vt in alienos etiā liberalē se pbeat,q̄d sane maius est fr̄næ charitatis indicium.

Doctorem.] Quæ dicta superius sunt,vel à subditis exiguntur.Hoc autem docendi officium omnium præcipue vt infit episcopis necesse est.

Nō vinolentū.] Nō eñ dicit hoc loco,q mero madeat,sed cōtumeliosum & temerariū.

Non percussorem.] Non qui manibus quenquam affligat, sed qui intēpestiue incessat, & fratrum percellat animos dicit.

Sed modestum,non litigiosum,nō cupidum.] Docet hoc loco, quemadmodū queat & temulentiam quis euitare,& ne percussor dicatur effugere, si benignum seipsum vicę exhibeat,& minus contentiosum.Et q̄m dixerat superius,hospitalem oportere hunc esse, adiecit,non cupidum,cum ostenderet eū esse hospitalitatis cupientissimū, qui diuitias aspernetur,tum etiam vt instituat,ne quis hospitalitatis exercendæ occasione thesauros congerat.

Sed suæ domui bene præpositum.] Hoc est,qui rei domesticæ bene prospiciat, & familiam diligentius moderetur.

Filios habētē subditos cū oī castitate.] Oportet eñ vt eius ex domo cæteris pdant exēpla.Quis eñ crediderit hūc posse alienos sibi morigeros reddere,q filios neq̄at subiugare? Vel q̄ pacto alios moderatos effecerit,q suos viuere intēperātius fuerit.In oīni aūt castitate.i.quæ verbis & gestu & operibus ipsis præfert, in omnesq; & quouis tempore adhibetur.

Si qs āt domui suę pesse nescit,q̄uo ecclesię dei diligētiā habebit?] Nihil sane aliud epi dixerit domiciliū,nisi exiguā ecclesiā aliquā.Si itaq; rei cuipiā paruę & infimę,& q̄ facile possit cognitōe cōprehēdi,pesse nescierit,q̄ pacto tot hoīm moderabit volūtates? Iure q̄ri hoc loco pt.Cuius rei grā Paulus q à laicis & secularib⁹ viris,magna q̄dā & istiusmodi exegerat. Mortificate,inqens,mēbra vr̄a q̄ sup terrā sunt,Et alibi:Hi āt Chr̄i carnē crucifixerūt:nūc ab epo parua q̄dē deposcit,& tātæ sublimitatis indigna,vicę ne temulētus sit aut pcussor,& hmōi,pſertim cū Chr̄s ad tollēdā crucē iniūgat,& bon⁹ inqat pastor, aīam suā ponat p oui bus.Erat itaq; ab epo exigendū,q̄d ad dignitatis ipsius celsitudinē spectat,vt angelū ageret, illusq; duceret vitā,redderetq; oībus immunē se vitiis. Dixerim equidē ppaucos dari posse,q istiusmodi nacti sint vitæ perfectionem.Erat autem multis epis opus,qui singulis vrbibus præsiderent,eoq; & mediocrem ab his virtutem exegit,quæ posset facile comperiri. Coloss. 3 Galat. 5 Mat. 10. 16. Luc. 9. 14. Iohan. 10.

B Nō neophytū.] Nō eñ iuniorē hoc loco dicit,qppe cū & Timothe⁹ esset annos nō multos natus,vt in sequētibus pdiscemus,cū Paulus inqt: Nemo te ob iuuenilē ætatē cōtemnat, Sed eū neophytū asserit,q nup sit ad fidē instructus,& in ea recēs plātatus. Nā ipse inqt,plantaui.Enuero cū ex gētibus plęriq; ad apl̄os ipsos cōcederēt,& baptismo abluerent,nequaq̄ ait velim qui nuper baptismum acceperit,ad huiusmodi præsidendi munus hunc prouehi. Capi. 4. 1. Cor. 3.

Ne in superbiam elatus,in iudicium incidat diaboli.] Si prius,inquit,quàm optimus discipulus fit,præceptoris illi officium demādetur:intumescet hic sane & in diaboli iudicium & damnationem concidet,qualem ille præ mentis elatione subierat.

Oportet āt illū & testimoniū hr̄e bonū ab his q foris sunt.] Hoc ē, à gētib⁹ ipsis,ne & hi q̄dpiā habeāt,q̄ hūc criminent,s; reuererι poti⁹ ob ei⁹ queāt integritatē.Dicet aliqs:q̄d inq̄, si pbus forte appareat,& impb⁹ postmodū deprehendat? Eritq; id quidē difficile cognitu. Nā solēt hostes,vel eos carpe,q pstatioris sint vitæ:necesse ē vt ad reliqs ei⁹ virtutes & aliorū optimū accedat testimoniū.Quid ergo si hūc sine causa & immerētē calūnient nōnulli? Fieri id quidē nequit.Nā eū qui ita vixerit vt argui nequeat prauitatis,vel id in ipso venerabuntur gētiles,& decreta quidē,nō illius sunt vitā improbaturi. Quemadmodū & apl̄os, nō vr fornicatores & sceleratos calūniabant,sed seductores dicebāt,q̄d prędicādi officiū solū obiiciebat. Q̄d si cōcedat,vel cū in modū se rē hr̄e,vt p calūniā quis improbet,nequaq̄ velī huiusmodi vir cōstituat epus.Nō enim sunt multorū lucē spectantiū & improbantiū animi obturbandi.Siquidem luceāt,inquit,opera vr̄a vt videāt homies. Si nobis itaq; testimonium ab inimicis est comparandum,longe magis ab his qui amicitia nobis sunt coniuncti & fide. 2. Cor. 6. Matth. 5.

Vt nō in opprobriū incidat.] Quippe cū futurū sit,vt ab infidelibus increpet, cp pdicatio (nē interpellaret.

Et laqueū diaboli.] Vel quia huiusmodi hominem gentiles illi confe- stim de medio tollerent,vel qa in ea flagitia quibus illi essent obnoxii,& hic laberet. Quod sane quia multos offenderet,merito dici dæmonum posset illa creatio.

Diaconos similiter.] Cur autem quæret aliquis:Sacerdotes hic præterit? Quia quę dicta de episcopis sunt,sacerdotibus cōpetunt.His nanq;,vt & alios instruant,& vt ecclesiis præsint,iniunctum est.Et sola sunt illis consecrationis cerimonia inferiores. Ait igitur:Et diaconos similiter, hoc est, eisdem debere dixerim pollere officiis, vt hospitales videlicet,benignos,& minus contentiosos,& huiusmodi reliqua sese præbeant necesse est.

Pudicos.] His quidem vel inter cætera & pudicitia accedat,necesse est.

Non bilingues.] Hoc est,subdolos & dolis instructos,ita vt aliter sentiant, ac loquātur. Vel quorum verba infirma sint & nutantia,nec pensi habeant quicquam.

Non

Non multo vino deditos, nō turpe lucrū sectātes.] Nō enim remulētos dicit hoc loco, & mentis nil cōpotes (id nanq; dictu admodū videret indignū) sed bibaces vt essent ꝓhibuit. Nā etsi minus inebrient, immoderatior tñ vini potatio, aī imbecillitat neruos, redditq; languidiores. Prisci vero illi orandi gratia templū iam ingressuri vino abstinebāt. Nři vero (si deo placet) & vino vtuntur supplicaturi, turpe lucrū sectant, & nullū vndecunq; sit, repudiant cōmodum. Hoc tñ loco turpe lucrū sectantem, auarū intellige, & pecuniæ indigentem. C

Habētes mysteriū fidei in cōscia pura.] Hoc ē, post susceptā dogmatis rectitudinē, & vitā degant, q̄ criminis neq̄at incusari. Est nanq; purior conscientia, vita irreprehēsibili insita.

Et hi autem probentur primum, & sic ministrēt, nullum crimen habentes.] Quemadmodū (inq̄t) episcopum deposci haudquaquā neophytū: sic nolim diaconos istos nisi probatos deduci ad ministrandum. Quinetiam & temporis processu periclitādos hos dixerim, si noxa vacant & crimine. Quēadmodū nec seruo quispiā, qui nuper sit emptus, non ante domus gubernationem demandat, quā per aliquod tempus periculo facto probus appareat.

Mulieres sir̄ pudicas.] Nō eñ de qbusuis mulieribus differit, sed eas nūc ꝓfert, q̄ & ministrādi fungant officio. Eę nāq; ecclīæ cōferūt plurimū. Nā nisi faceret de hmōi fœminis mētionē, qd opus fuisset cū de diaconis & viris tractet, de mulieribus etiā interiecisse sermonē.

Non detrahentes.] .i. quæ neminem detrahendo incusent, vt aniculæ factitāt. Quæ dum per alienas domos vagantur, aliarum deferunt vitia.

Sobrietas mulierib⁹ maxie necessaria.

Sobrias.] .i. excitas & vigilantes. Cum enim constet leue esse fœmineum genus, & captu facile, necesse est vt vigilantiam seruent & sobrietatem, vt mente valeant.

Fideles in omnibus.] Hoc est, constantes & stabiles, tam verbis quàm etiam operibus.

Diaconi sint vnius vxoris viri.] Aduerte quēadmodū eādē virtutē à diaconis exigat, quā & ab epis ipsis exegerat. Quippe q haud secus quàm illi & casti eē debēt & irreprehēsibiles.

Qui filijs suis bene præsint, & suis domibus.] Cunctis liberorum iniungit hanc curam, ne cæteri offendantur, si educentur hi negligentius.

Qui eñ bñ ministrauarint, gradū bonū sibi acquirēt, & multā fiduciā in fide, q̄ est in Chřo Iesu.] Gradū .i. profectū. Nā qui infimis fuerint in rebus solertiores, ad summa mox ptingēt fastigia. Et ita vt in fide fiduciæ plurimū nanciscant, hoc est, vt maiorē sibi gloriā pariāt. Nec in mundanis his dignitatibus aut pecunijs, sed in fide, hoc est, in cunctis quæ secundum fidem sunt operibus, & sermone. Istiusmodi nanq; in ecclesia ipsa fulgebunt, qui cum à diaconatus gradu ad sacerdotium, à sacerdotio deinceps fuerint ad episcopatum prouecti. D

Hæc tibi scribo fili Timothee, sperās me ad te venire cito. Si aūt tardauero, vt scias quō oporteat te in domo dei cōuersari.] Ne discipulū in mœrorē inducat, ꝑinde cui ex his dictis offerri suspitio possit, haudq̄q̄ vltra ꝓceptorē se reuisurū, sic inquit: Non eñ eo hæc ad tē scribo, quia nō sim ad te cōcessurus, sum eñ oīno vēturus. At si tardior fuerit meus ad te aduentus, habeas velim formulā à me interea aliquā, quēadmodū tibi sit in ecclesia dei versandū. Bñ aūt sperans adiecit, Nam cum spiritu hic ageret, nescius erat, quo sibi esset adhuc abeundum. Vnde & merito videtur ambigere, vtrum se ad Timotheum possit conferre nec ne.

Quæ ē eccla dei viui.] Neq; .n. existimes velim, domū hāc hoīz eē ope cōstructā, sz viuētis dei ecclesiā eē, hoc ē, tremēdi illius moderatoris, nō demortui & ībecilli, q̄les sunt gētiū dij.

Colūna & firmamētū veritatis.] Hoc loco cū Iudæorū tēplo ecclesiā cōfert, sic ingēs: Illd quidē figuras & vmbras q̄sdā cōplectebat, veluti tintinabula & mala punica, & cū sacrificijs sacerdotē: hoc vero veritatis ē firmamētū & robur. Cūcta nāq; q̄ illi inesse cōstat & pagūt, certiora sunt & stabilia, nihilq; in ea est vel fucatū, vel q̄d vmbrā aliquā prę se ferat, cuiusmodi legis sunt oīa. Pro tintinabulis nāq; clarissimū habet de Chřo præconium, & pro punicis malis, vitam contractiorem & castigatam, & fructum interius asseruantem. Huic præterea & pontifex præsidet, maximus dei filius, cuius diuinum corpus, summum est sacrificium.

Et manifeste magnū ē pietatis sacrm.] Sacrm ē sane & mysteriū, q̄d nobiscū ē dispēsatū, & ingēs qdē pietatis ē sacrm: nō .n. de eo qs ambigit. At q̄ pacto dici id poterit sacrm, q̄d & noti⁹ sit & vulgatius. Anhac eñ nō oībus erat id cognitū, sed nūc plane innotuit. Q̄d aūt deus sit incarnat⁹, neminē pterit, sed incarnatōis huiusce mod⁹ multos clā habet, vñ & mysteriū dr. Aduerte tñ, dei erga nos charitatem, q̄ñquidem eius tā admirabile sacrm nobis aperuit.

Quod manifestū est in carne.] Cū eñ Paul⁹ q̄ ad sacerdotiū faciūt, explicaret, nil tñ eorū q̄ de sacerdotib⁹ in Leuitico ꝓfinita sunt & explicita, nobis indixit. Tanq̄ id inqat: Neminē subeat admiratio, si ea q̄ minoris momēti sunt prætererim. Pręcellunt nanq; magnitudine nřa, neq; huiusmodi aliquid in leuitarū institutione cōperies, cū in nostro hoc sacro siue mysterio deus ipse se patefecerit. Quo pacto? In carne. s. Quippe qui diuinitate sit inuisibilis.

Iustificatus ē in spū.] Aut eñ id inq̄t, cū cūcta ille ad hoīm salutē effecerit, & nonnullis q corde eēnt & aīo obdurato ꝑsuadere nequerit, ipse tñ iustificatus ē, q̄a q̄d sua intererat, fecerit. Vł eo dr iustificat⁹ q̄a nihil deliquerat, neq; in ei⁹ ore inuēt⁹ ē dol⁹, cū hi q ꝑ lege iustitiā

1.Petr.2

sunt

A sunt assecuti, spū seruitutis detinerent. Formidines nãq; & supplicia lex ipsa cōplectebat, & eadē hæc peccātibus intēdebat, quippe q̃ spū adoptiōis careret. Dn̄s vero omnē sancto spū impleuit iustitiā, iustitiæ cōsubstātialis existēs, eūdē'q; habēs suapte secū natura manētē, quē & nobis largit, vt in eo iustificemur. Nā qui sunt p̱ euangeliū iustificati, & spūs participant plurimū, & longo his interuallo præcellunt, qui per legē sunt iustificationem hanc assecuti.

Apparuit angelis. ⌋O mysterium admirandū, nobiscū dei filiū & angeli cōspexere, quē Math. 4
antea nō vidissent. Inquit em̄: Et ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. Id'q; illi ab eius natiuitate quoadusq; fuit in cœlū assumptus, ministeriū præstitere. Constat em̄ hunc natum Luc. 2
angelos collaudasse, & denunciasse pastoribus, fuisse'q; & in eius assumptione ministros. Actorū. 1

Prædicatus est gētibus, creditus est mūdo. ⌋Gentibus inquā, q̄bus nulla salutis spes inesse sit visa, & condēnatis. Nec p̄dicatus est solū, quin & à terrarū orbe eius suscepta est fides. Qđ vtiq; maximū est, tū eius qui p̄dicatus sit, tū potestatis, tū veritatis argumentū nō mediocre.

Assumptus est in gloria. ⌋Hoc ē, supra nubes est angelis ministrātibus ille sublatus. Nec 4. Reg. 2
tñ in Heliæ modū ad cœlū subuectus, sed in gloria.

CAP. IIII.

SPiritus autem manifeste dicit. ⌋Hoc est, non adumbrate & sub figuris, tanquam regulis prophetarum astrictus.

Quia nouissimis temporibus discedent quidam à fide. ⌋Cum em̄ constet circa fidem naufragium fecisse nonnullos, nequaq̃ inquit mireris, si quidam ex hoc tempore Christiani Iudæorū ritus vtantur. Est nanq;, vt in deteriora prolabantur, futurū, qui sectari Christū videntur. Hæc quidem non de Iudæis prædicit, quippe qui superioribus fuere temporibus, sed de Marcionistis & Manichæis, & cæteris hæresum sectatoribus.

Attendētes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū. ⌋Horū nãq; suggestione & opera & escā detrectabāt & nuptias. Arguit p̄terea & reliquas hæreses, q̃ oēs per dęmonū fallacias obrepsere & doctrinā. Nec tñ has apertius patefacit, ne illas in aīos disseminet hoīm, sed eā quæ iam obrepsisset, escam (vt diximus) & nuptias detrectantem, in præsentiarū ostendit.

In hypocrisi loquentiū mēdaciū. ⌋Hoc est, ea in q̄bus hi deprehēdunt mendaces, nō vt veritatis ignari mentiunt, sed prudētes, scientes'q; falsa hęc esse, pro veris docere dissimulāt.

Et cauteriatā habentiū suā cōscientiā, prohibentiū nubere. ⌋Hoc est, vitæ sunt nequioris. In eos inue
Et cū sibi sint hi multarū sordiū cōscij, eo & illorū cōscientia & ineluibiles habet vitæ institu hitur, q nu
tiones impurioris, & matrimoniū improbat. Nā si eorū vita purior esset, & cōscientia labe ptias dam
B careret, nunq̃ quæ deus bn̄dicēdo probasset, vituperarēt. Qui tñ haud faciūt secus, ac solēt q nabant.
cū laborāt ex stomacho, eo cibū repudiāt, quia noxios intus humores cōtineant. Quid igit, nū ipsi nuptias prohibemus? Absit. Quin potius eū ad cælibatū hortamur, qui nuptias fugiat, eo'q; & honoratior fit. Haud tñ propterea ignominiosæ sunt nuptiæ, sicut neq; ob id cōtemnet argentum, quia maioris sit pretij aurum. Quod em̄ honoratius est, honore illud excedit, quod sit honoratū. Et melior quispiā quod bonū est superat bonitate, nō malum. Qui potest itaq;, habeat secum virginitatis hoc aurū: qui minus, nuptiarum argentum excipiat.

Abstinere à cibis q̄s deus creauit ad percipiendū cū gratiarū actione fidelibus ⌋ .i. cōsulentiū fore à cibis abstinēdū. Quæret aliqs, Quid ergo, nōne vel infidelibus ipsis in escā creauit hos deus? Ita q̄dem, hi tñ ab ijs seipsos coercent. Quid p̄terea, nōne p̱hibet & luxus? Admodū, haud tñ moderata cibi desumptio. Nā vt modū hæc præfert, sic luxus modum excedit: quinetiā nec luxus ipse tanq̃ impurus & sordidus prohibet, sed q̄a suo excessu animā p̱dat.

Et ijs q cognouerūt veritatē. ⌋Vident ergo Iudaica illa figurā dūtaxat prętendisse: nunc vero veritatē extare liquet. Arcebat em̄ Iudæorū innumera multitudo à plurimis escis, non q̄a essent immundæ, sed ne delicijs se addicerēt: & vt à multis cibis coerciti, oues cum immolarēt & boues, nō ignorarēt quales deos sibi fecissent Aegyptij. Veritatē aūt, vel in Chr̄o fidē intellige, vel eā simpliciter, quā hi cognouissent. Si qualē quæras, audi quæ insequuntur.

Quia oīs creatura dei bona est. ⌋Et erāt, inq̄t, bona valde q̃ fecerat. Sub creaturæ aūt appellatiōe, oīa q̃ nobis sunt in esum exposita, designauit. Vnde & hæresim illā extirpat, asserētium omnē materiā nullam habuisse originē, ex qua hæc prodierint quibus nos vescimur. Gene. 1

Et nihil reijciendū q̇d cū gratiarū actione percipit: sanctificat em̄ per verbū dei & orationē. ⌋Ergo immundū erit, nisi sanctificet? Nequaq̃, sed ex permissu id ponit. Nam primum asseuerando nihil dicit immundū, deinde cōcedimus, inquit, immundū id fieri, habes tamen quā adhibere possis medelā. Cruce obsigna, laudē deo & gratias redde, sic immunditia oīs & fœditas dilabet. Cū em̄ gratias agimus, oīa emundant. Qui vero secus se gesserit, & perinde ingratus, nec gratias egerit, hic plane conuincit impurior & inquinatus. Licebit igitur & idolothytum eundē in modū purgari, ita tñ, si idolothytum esse id ignoramus. Quo si sciētes nos vescimur, eadē nos labe coinquinabimur, Nō quia illud idolothytum sit, sed quia 1. Cor. 8
legem ipsi transcendimus, iubentem minus debere nos dæmonum mensæ participes fieri. Quo fit, vt tua voluntas infectior fit, tanq̃ præuaricatrix, non eo, q̄ cibus ille fit inquinatus.

Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Iesu Christi.] Hæc: Quæ ista? Quod magna scilicet magisterij dignitas, quodque abstinere hoc modo à nuptijs & cibatibus, dæmonũ fiat suggestione, & alia quæcunque prædixit huiusmodi. Proponens autem, hoc est, consulens & persuadens. Neque enim imperans dixit: quippe in quos nullum esset imperium. C

Enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ, quã assecutus es.] Dixit, propone hæc fratrib' & cõsule. Nũc vero vel tu ipse inquit enutritus, i. frequẽter eadẽ illa cõuoluẽs & quasi ruminans reuoca. Enutrit' vero ideo intulit, vt indesinẽtẽ eius in his attẽtionẽ ostẽderet, vt quẽadmodũ semper corporis alimẽta percipimus, sic etiã assiduis quod ad fidẽ faciãt, verbis enutriamur.

Ineptas aũt & aniles fabulas deuita.] Hoc ẽ, fratribus quidẽ (vt dixi) id cõsule. In his vero qui fuerint puerili, nõ multũ opæ suadẽdo & laboris impẽde. Nã vt nihil pt vtilitatis afferri, sic poterit obturbatio aliqua oboriri: quin videbere potius imbecillis & fragilis qui obsistere illis nequieris, nec illorum corrigere improbitatẽ. Fabulas aũt, Iudaicas dicit obseruatiões. Vel quia cõmẽtitiæ sint, vel quia necessariæ minus aut opportunæ. Exẽpli grã, Si hoiem mihi obtuleris annos natũ triginta lactari tã velle, quam ille ridiculus dephendet, quia pter ætatẽ ac tẽpus, lac sugere more infantiũ cõcupiscat. Aniles aũt dicit ob vetustatẽ Iudaicos ritus, tanquam inueteratos & nullius momẽti. Vel quia aniculæ inania quædã & superuacanea fabulant. Ineptas, siue vt Græce, prophanas, quia fidei vident illudere. Nã velle ammũ qui has fabulas euincat, & Iudaicas illas ineptias superet, legis formidine coercere, impurius est & iniquum imperium.

Exerce aũt teipsm ad pietatẽ.] Hoc ẽ, ad fidei puritatẽ, & vitæ optimæ rectitudinẽ. Id namque pietas pdit. Est itaque exercitatio necessaria, & laboribus assiduis opus. Qui enim cũ vel nullũ sit certamẽ ppositũ, seipsm certãdo exercet, parare sibi sudores cõtẽdit, vt pmiũ assequatur.

Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est.] Nonnulli corporis exercitationem ieiunium dicunt, quod tamen secus se habet. Siquidẽ spiritalis sit. Nam etsi corpus per inediam maceratur, ipsis tamen est vigilãtior. Sed corporalis exercitatio corporis est agitatio quædã, quæ cum laboris habeat plurimum, parum tamen & ad breue corpori sit profutura.

Pietas aũt ad oĩa vtilis est, promissionẽ habẽs vitæ quæ nunc est & futuræ.] Vel in hoc secu lo pietas (inquit) hominẽ iuuat. Nã qui nullius sibi mali est cõscius, & dũ viuit lætatur, futurorum bonorum, pro certioribus ducẽs promissa, & in eo seculo verã victurus est vitã. E quadã itaque præsentis & futuræ vitæ cõparatione, pietatis ipsius excellentiam patefacit.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus.] Hoc est, verax & dignus vt cunctis accipiatur, vt qui nequaquam ambiguus sit. Quis sermo iste, inquiet aliquis? Nimirum qui certo affirmat, cum in hac vita, tum in superna illa prodesse plurimum pietatem. D

In hoc enim laboram' & maledicimur, quia speram' in deũ viuũ.] Et cuiusmodi sit pietas ipsa demõstrat, & qualẽ apostoli ipsi pratrẽt, cõfirmatque vti & vitæ futuræ spem ipse sit nactus. Inquitque: Et in hoc, hoc ẽ, pter hoc, & laborib' ipsi & pbris afficimur. Nã quo pacto & gladios subirem' & mortẽ, nisi futura illa opiremur, quæ post obitũ nobis daturus ẽ viuẽs de'? Hic namque etsi milites pro impatore sese piculis obiectẽt, mercedẽ tñ plerũque amittũt, cũ interea e medio tollitur imperator, rex vero noster ille perpetuo viuit, eoque & quæ perpetua sunt, largitur.

Qui est saluator oĩm hoim, maxime fideliũ.] Hoc est, sic illi placitũ est, vt cũ in psenti hac vita, tũ in futura illa & cœlesti, vniuersi hoies assequant salutẽ: quippe quod studij plurimũ in tuẽdis fidelibus ipsis impẽdat. Ni enim hos ille saluos efficeret, qui possent * mortaliũ, cũ vndique oppugnent, obsistere? His aũt dictis & Timotheũ impellit ad picula obeũda, pinde ac si diceat: Nihil velim in demãdato officio elanguescas, cũ tã bñficũ habeas deũ. Neque ab alijs opẽ deposcas, sed tua oĩs sit in eo spes sita. Viuit enim ille ppetuo, & saluos reddit in se cõfidentes.

*ars, mortalibus

Non est auxiliũ, nisi a domino.

Præcipe hæc & doce.] Nõnullis doctrina est opus, nõnullis pcepta sunt necessaria. Furtũ namque nõ instruẽdo, sed iubẽdo phibet, hoc ẽ, formidine & autoritate vetat. Cũ vero de re familiari leuãda, & egẽtibus ipertiẽda, deque cælibatu & ieiunio ẽ disserẽdũ, doctrĩa ẽ opus: quo circa vtrũque id indicit aplus, pcipe. s. & doce. Vel aliter: Cũ nihil ignari, sed prudentes & scij in prauũ aliquid facin' labimur, pcepto egemus. Cũ vero ignoranter delinquimus, disciplina.

Nemo adolescẽtiã tuã cõtemnat.] Cũ cois quædã sit & præsumpta opinio, cõtẽptibilẽ esse adolescẽtiã: præcipe inquit audẽtius, & nemo iuuenilẽ hãc tuã aspernet ætatẽ. Est enim necesse vt nõ contemnat, qui alios instruit. Dicet aliquis: Quo ergo abscessit humilitas? Esto inquit, cũ tibi infert iniuria, humilis. At cũ de aliorum salute certat, austeritate est & acrimonia opus, vtque & fidẽ eius imperet. Vel forte infert, si vitã honeste transegeris, nequaquam tua adolescẽtia, etsi natura sit contemptibilis, parui fiet, sed admirationi potius erit. Subiungit itaque.

Sed exemplum esto fidelium.] Hoc est, præuius ipse alijs exhibe viuendi formam, & regulam te vitæ melioris præstiteris.

In verbo.] Vt facile & verba promas, & ad loquendum, quæ dei sunt, promptior sis & paratior.

In conuersatione.] vel ciuili vel ecclesiastica.

In charitate.] Qua in omnes vtaris.

In spi-

A In ſpū.] .i. in ſpiritali cōfirmatione & ſtatu, vel ſpūs dono, vt nihil eo accepto ſuperbias.

In fide,] Recta ſcilicet & indubitata, quā deo quis adhibet, vel in his q̄ fieri non poſſunt.

In caſtitate,] Hoc eſt, in puritate, ſiue virginitatem exerceas, ſiue continentiam.

Dū venio, attēde lectiōi.] Si Timotheo iniūgit vt ſacris literis vacet, q̄d nobis erit agendū? Quin etiā & Paulus ipſe ad finē vſq; diuinis ſcriptis intenderat, vt alios poſſet inſtruere. Cōſolat aūt & Timotheū, cū inquit, dū ad te venio, ſpe quadā illi allata, ꝑceptorē ſe aliqñ viſurꝫ. Iure em̄ inſtructore orbatus, Paulū requirebat. Verꝫ cur, dū venio, dixit? Quia par erat, cū iunior eſſet ætate, pleraq; hūc ignorare, & pro neceſſario ducere Pauli ad ſe aduentū, vt q̄ꝫ eſſet ignarus, ab eo ꝑdiſceret. Ait ergo, q̄ad ipſe ad te proficiſcar, ſcripturas perlege, E q̄bus intelliges, queādmodū alios cōmonefacias. Ipſe vero & reliqua ſuppeditabo cū venero.

Exhortationi,] Qua. ſ. ad eos vtaris, q mœrore afficiunt, vel qui negligenter ſe gerunt.

Doctrinæ,] Qua omnes rem omnem edoceas, ad ſalutem conſequendam ſpectantem.

Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam.] Doctrinæ hoc loco gratiam dicit, quam ille cum epiſcopi munere fungeretur, accepit. Per prophetiam, hoc eſt, ſpiritu ſancto iubente, vt dictum eſt ſupra.

Cum impoſitione manuum preſbyteri,] Hoc eſt, epiſcoporum. Aduerte q̄ illud tremēdum ſit, & quantum valeant pontificum impoſitæ manus. Manuū impoſitio prodeſt plurimum.

Hæc meditare, in his eſto.] Hiſdem de rebus hunc ſæpe commonefacit, vt epiſcopum arguat, debere omnium maxime, his quæ ſuperius dixit, incumbere.

Vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.] Neq; enim in vita ſolum recte degenda, ſed & verbis quæ ad aliorum faciant inſtructionem, & cæteris ſint documento. Aduerte autem quemadmodum hunc maximum in modum proficere volebat apoſtolus.

Attēde tibi & doctrinæ, inſta in illis.] Hoc eſt, tibi ipſi vaca, & cæteros inſtrue diligētius.

Hoc em̄ faciens, & teipſum ſaluū facies, & eos qui te audiunt.] Qui em̄ oblectat docendo, ſibi primum cōducit, & cum alios commonefacit, corde compungitur. Vnde cum ſibi, tum illis parat ſalutem.

CAPVT V.

SEniorē nō increpaueris, ſed obſecra vt patrē.] Neq; em̄ de eo nūc differit, q in eccl'ia dignitate fungat, ſed de alio quis, q p ætatē ſit ad ſenectutē prouectus. Quid inq̄et aliquis, ſi obiurgatiōe indigeat? Vel hūc vt patrē conueni, precareq; vt à malo deſiſtat.

Iuuenes vt fratres, anus vt matres.] Cum em̄ homines grauiter ferant cū obiur-B gantur, & eo magis cū ab his arguuntur, qui annis ſunt longe inferiores: huic rei benignitate videt occurrere, iuuenes inquiens vt fratres, & anus vt matres, cū delinquunt, cōmoniſacito.

Iuuēculas vt ſorores.] Cū em̄, inquit, iunior ætas natura petulās ſit, & frenorꝫ impatiēs, ita vt caſtigationē minus admittat: mitius erit hæc pertractāda, ne corripientem repudiet.

In omni caſtitate.] Cū em̄ ſuſpitionē inducāt, qui cū fœmella & adoleſcentula conſeruntur ſermones, neceſſe eſt tamen vt has alloquatur epiſcopus, caſtigetq; lenius. Ait igitur, in omni caſtitate loquere, hoc eſt, nō modo ſcelus ipſum cōcubitus oīno defugeris, ſed & aliam omnē ſuſpitionis cauſam euitabis. Hæc aūt non Timotheum monendi gratia ſcribit, quippe quem ſciret caſtiſſimū, ſed noſtri, qui poſteri ſumus, vt & ipſi ſuſpecta omnia caueamus.

Viduas honora, q̄ vere viduæ ſunt.] Verꝫ cur nullā hic facit de viginib' mētionē? Forte q̄a nōdū erāt in ea vrbe virgines q̄ fideles iā eēnt. Honore aūt viduas hūc ꝓſequi iubet, tū q̄a nec viros habēt q illas tuent, tū q̄a viduitas ipſa & probro digna videt & deteſtāda, & ideo à preſbytero honore q̄dā mō ſubleuet neceſſe ē. Et hæ ꝑcipue viduę ſunt ſubleuādæ, q̄ viduitatis dignitatē aſſeruāt. Quę aūt hæ ſint, progrediēdo ꝑdiſces. Fieri ergo p̄t, vt & viro careat aliqua, nec tñ vidua eē coarguat. Honora aūt, hoc eſt, cōmiſerere, & neceſſaria illi ſuppedita.

Si q̄ aūt vidua filios aut nepotes habet, diſcat primū domum ſuā pie regere.] Pie regere matris vel nutricis dicit ſenectā alere. Eſt nāq; parētū dignitas diuina q̄dā. Ediſcant igit, inquit, tam filij q̄ nepotes eorꝫ matribus honorē deſerre, huſq; & alimēta ꝑbere & benefacere.

Et mutuā vicē reddere parētib', hoc em̄ acceptū eſt corā deo.] Parētibus, hoc ē, nutrici & matri. Aduerte vt gratos nos in parētes eſſe velit ap'ſus, cū vicē inquit reddendā eſſe parētibus, quia nos educarūt, & ad maiorē prouexere ætatē, infertq;: Id em̄ eſt deo pergratū.

Quæ aūt vere vidua ē deſolata, ſperet in deū.] Dixit ſuperius, viduas honora, q̄ vere ſunt viduæ, proinde viduis interiectis, q̄ min' ſunt viduæ, q̄ppe q̄ liberos habeāt ꝓcurādos. Nūc ſubdit q̄ vere ē vidua, & eā eſſe hāc aſſerit, q̄ neminē habeat q ſibi ꝓſpiciat, nō nepotē, non filiū, ſed eius ſpes oīs in deo ſit offirmata, q̄ & honore ſit proſequēda, & illi q̄ ad vitā ſpectāt, (ſubminiſtrāda.

Et inſtet obſecratiōibus & orationibus die ac nocte.] Merito iſtiuſmodi differēs viduas conſolat, vt quæ deū habeant omniū loco. Nam etſi mulier q̄ filios nutrit, mercedem aſſequitur, haudquaq̄ tamen & his imminuta eſt dignitas, quia filijs careant.

Nā q̄ in delicijs eſt viuēs, mortua eſt.] Cū em̄ pleræq; eo malint in viduitate ꝑſtare, vt liberius peragant q̄d aius tulerit. Sic inq̄t: Vidua q̄ per delicias viuit & luxū, etſi ſenſibilē vitā

 hanc

hāc ducere videat,ſpū tñ demortua ē. Si itaq; nequaq̃ mulieri pmittit vt i delitiis agat, cuius C
ſorſitā & natura & ætas ē imbecillior, qd viris ē obiectturus, q̃ luxui ſe & delicijs addixerūt.

Et hæc pcipe vt irreprehēſibiles ſint. ⌋V ides queadmodū pro lege haberi id velit. Neq;
id eñ voluntati permittit, quo minus delicietur, ſed quia pro delicto hoc interdicit. Præci-
pe eñ cum inquit, illud deſignat, id eſt, acerrime prohibe, ne iſtiuſmodi committantur.

Si quis aūt ſuoꝝ, & maxie domeſticoꝝ, curā nō habet. ⌋Ea, inquit, q̃ in delicijs diuerſaṫ,
ea mortua eſt, & piane interijt, qa pter ſeipſam nil aliud curat, cū & domeſtici oēs, hoc eſt, ſi
deles curandi ſint, & hi pcipue qui genere nobis proximi ſunt, & cōſanguinitate coniuncti.

Eccl. 32 Fidem negauit. ⌋Cur fidē, inquit, negauit? Quia eius opera nequaq̃ ſunt in deū credētis.
Si eñ crederet, illum vtiq; audiret dicentem. A domeſticis qui tuo ex ſemine ſunt, nō auer-
teris. Deum enim profitētur ſe ſcire, operibus autem negant.

Et ē infideli deterior. ⌋Eo quidē deterior eſt, qa qui fide caret, etſi alienos cōtēnit, ſuos tñ
naturæ obediēs, nō aſpernaṫ. Hic vero legi vt hūanæ, ita & diuinæ maxie aduerſaṫ. Nā quis
eū crediderit i alienos eē bñuolū, q̃ ſuos neglexerit? Qđ ſi & externos ſuis poſthabitis videaṫ
cōmiſerari, cur nō ſupbiæ ſit id adſcribēdū? Reputa igiṫ ſi lōge eſt infideli deterior, q̃ ſuos nil
curat, q̃ malignitatis ſtatuēd⁹ ſit gradu, q̃ illis iniuriā fecerit? Quin nec ſatis huic ad ſalutē erit
ppria virtus, vt q̃ etſi virtute ſit pditus, nequaq̃ vel inſtruxerit, vel cōmonefecerit genitores.

Quæ ſint viduaꝝ nu mero ans numerādæ V idua eligaṫ nō minus ſexaginta annoꝝ, q̃ fuerit vnius viri vxor. ⌋Cū ſupius dixerit eā
q̃ delicijs vacet, nec ſuis prouideat, indignā eſſe q̃ viduaꝝ numero inſeraṫ. Nūc vero nos
edocet, quid illa vt habeat, ſit neceſſe. Et primū quidē ætatē præfinit, cauſam vero in ſequen
tibus explicabit. Neq; eñ temere ſexagenariam illam decernit, tāetſi vel in ea ætate poſſit
aliqua indigna viduitate haberi. Mox q; & vnius viri vxorē depoſcit, tanq̃ in eius caſtitatis
& continentiæ argumentū, & alia quædam (vt in ſequentibus audies) ſint neceſſaria.

In operibus bonis teſtimonium habens. ⌋Id ſane hanc poteſt viduaꝝ catalogo dignam
efficere. Deinceps enumerat ſigillatim & opera.

Capi 2 Si filios educauit. ⌋Filios educare, non eſt filios enutrire, ſed quemadmodum decet (vt
dictum eſt) inſtituere, vt in fide ſcilicet, & ſanctitate permaneant.

Si hoſpitio recepit. ⌋V ides quemadmodū quę in ſuos conferunt viduæ beneficia, illis p-
poſuit, quæ in alienos contulerunt. Nam cum, ſi filios educauit, dixiſſet, tunc eiſi hoſpitio
excepit, adiunxit, perinde quod priori poſuit loco, magis expediat. Nam ſi cæteris bonis
careat quiſpiam, domum tamen habebit, vt ei ſub diuo manendum non ſit. D

Si ſanctoꝝ pedes lauit. ⌋Id vero intuiṫ, quia eṫi alienos hoſpitio admittūt nōnullę, an-
cillaꝝ tñ, nō ſua in illis excipiendis vtunṫ opera. Cum itaq; viduā actuoſam hic eſſe velit, &
exercitā, nō languidiorē & mollē, hāc ipſam p ſe iubet hoſpitibus inſeruire. Languor eñ &
mollicies ipſa, eius eſt potius, q̃ in delitijs agit. Quin etiā ne quis inopiā oīno excuſet, ad hoſ
pitalitatē hāc exercendā, perinde ne domicilū habeat quo hoſpites queat excipere, ſi pedes
inquit ſanctoꝝ lauit. Iſtiuſmodi nanq; ablutio, nec ſumptus depoſcit, nec opes. Sancti autē
ſunt quotquot fidem ſunt rectam cum operibus conſecuti, vel ſi nulla edant miracula.

Si patiētibus tribulationē ſubminiſtrauit. ⌋Si eos videlicet, q̃ affligantṫ, pecunijs iuuit, ſi
Si omne opus bonum ſubſecuta eſt. ⌋Hoc eſt, ſi ipſa exequi id opus nequi- (tutata eſt.
uit, alteri tamen recte operanti bona hæc præſentia communicauit.

Si ſubminiſtrauit. ⌋V idelicet ſi lectum ſtrauit hoſpitibus ad quietem, & alia huiuſmodi
factitauit, quibus ſunt fœminæ accommodatiores.

Adoleſcētiores aūt viduas deuita. ⌋Cur eñ de virginū nil quicq̃ ætate definit? Nimiꝝ qa
viduæ adoleſcētiores labēdo iā ſæpius delinqbātvſ & occaſionē pbuere aplo vt Timotheū
hunc in modū cōmonefaceret, cū de virginibus hiſce nōdū cōpertū hmōi aliquid haberet.

Cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt. ⌋Hoc eſt, cum diu male caſti-
moniam diſſimularunt, vt vbi in delitijs ſunt & luxu verſatæ, in Chriſtū ſuperbiunt. Quem
cū habere de cætero dedignent in ſponſum, in nuptias recidunt, nubunt q; quippe q̃ haud-
quaq̃ certo animi iudicio, viduitatem elegerint in finem vſq; tutandam. Aduerte aūt quē-
admodum & vidua Chriſtum habeat ſponſum, nec ſecus q̃ virgo.

Habētes dānationē, qa primā fidē irritā fecerūt. ⌋Fidē cōueta dicit & pactiōes. Hæ nāq;
inanes reddidere cōuentiōes, quas cū Chro pepigerant, quo circa & dānationē adipiſcunṫ.

Simul aūt & otioſe diſcunt circūire domos. ⌋Ad eā dānationē & aliud ſcelus accedit, id
ſcilicet, quia otiari perdiſcūt, & tēpus incaſſum terere, cū per alienas domos vagantṫ. Otium
eñ omne malū edocuit. Hoc itaq; adeo fœminis turpe eſt, ita vt viros hoc ipſum dedeceat.

Non ſolum otioſe, ſed verboſe & curioſe loquentes quæ nō oportet. ⌋Non iniuria hæ
tales redduntur. Siquidē per alienas domos circumuagæ alioꝝ facta renunciant. V nde ne-
ceſſe eſt cū indagare omnia velint, vt curioſe reddantur & nugaces: quippe quæ ad multos
deferunt, quæ à multis gerantur, & hunc in modum præcipites eunt.

Volo

A Volo ergo iuniores nubere,filios procreare,matresfamilias eē.⌋ Maluissem equidē,inqt,
maxīe,viduas hisce à pactionib⁹ cū Chr̄o initis minime desciuissent. Sed cū nuptias malint,
& ipse assentior,dūmodo iuniores sint q̄ nubere volūt. Est em̄ sati⁹ matrēfamilias fieri,i.do
mus & familiæ curā suscipere & aliqd opari,q̄ p alienas domos circūuagari,& ad nugas cō-
uerti & otiū:Cū vero dicit,filios pcreare,ostēdit ep his eē nubēdū,vt filios pariāt, & plures (offerāt deo.
Nullā occasionē dare aduersario maledicti gratia. Iā em̄ quædam con-
uersæ sunt retro post satanā.⌋ Qui matresfamilias fieri has velle se dixit,ne videaſ quietē il-
lis & otiū ad delitias cōtulisse,adiecit nullā occasionē aduersario dare,perinde ac si dicat,Ita
domū & familiā curent,vt nihil anima patiaſ iacturæ:Aperit pterea hoc loco,qua mente il
lis vt nubāt,cōsenserit,videlicet ne occasionē pbeāt aduersario vt sese illudat,vt cū Christo
denupserint,præ iuuentutis infirmitate adulterenſ. Quocirca eo has inquit,sub matrimonij
iugo traduxerim,ne si curis vacauerint,quæ dicta sunt mala,mox subsequantur.
Si quis vero fidelis habet viduas,subministret illis.⌋ Atqui fidelium viduas haudquaquā
deceret,vt ab infidelibus alerentur,ne illorum ope viderentur egere. Cum vero submini-
stret inquit,quod satis sit,his arguit tribuendum nihil ad luxum:
Vt non grauetur ecclesia,vt his quæ veræ viduæ sunt,sufficiat.⌋ Qui enim viduas suas
aluerint,& ecclesiæ viduis conducāt necesse est, vt nihil aliorū onere oppressa ecclesia,maio-
re copia rerum,quas habet,enutriat eas,scilicet quæ veræ sunt viduæ,hoc est, quæ nec virū
habeant aliquem sibi prospicientem,& ab omnibus sint destitutæ.
Qui bene psint presbyteri,duplici honore digni habeanſ,maxīe qui laborāt in verbo &
in doctrina.⌋ Quales hi sint q bene psunt,dn̄s edocet,inquiēs:Bonus pastor animā suā ponit Iohan 10
pro ouibus,videlicet nemini parcēs,vt oues curet. Honorē aūt dicit(vt ex sequētibus patet) Quales esse
q̄ in vitæ alimoniā cōferunſ. Oportet em̄ vt abundēt,qui alios instruūt his rebus,q̄ hominū debeāt qui
vitæ sunt necessaria,ne horū cura distracti,prædicādi munus omittāt. Sic em̄ & olim leuitæ præsunt.
degebant. Duplici aūt,quo ad viduas vel diaconos,intulit:Vel duplici,pro abundāti positū
est. Verū vbinam gentiū sunt,qui optimo viuēdi genere opus esse affirmāt,nō sermone,quo
cæteri instruanſ? Audiant Paulū,vti sermonē hoc loco cæteris pferat. Est nanq; etsi aliud
quidpiā sermo hic apprime necessarius. Nam cū aliqua de decretis inciderit disceptatio,q̄-
nam ea in re prodesse vitæ genus,vel optimū poterit? Sermonē vero nō tumidū exigit & ia
ctabundū,sed qui sacrorū scriptorū sit virtute & sensu refertus,vtcūq; sit ille pronunciatus.
B Dicit em̄ scriptura:Nō infrenabis os boui triturāti. Et dignus est oparius mercede sua.⌋
Subnectit & testimonia,legis alterū,& alterū Chr̄i. Aduerte āt quēadmodū vndiq; cogiſ in- Deute.25
sudare q docet:nā vt frumēta dissoluere & ī grana deīceps cōminuere,nō mediocris ē labor 1. Cor.9
sic & q alios instruit,necesse ē ad angoris & penuriæ & laborū se tolerantiā pparet. Cū vero Matth.10
de opario disserit,ostēdit nequaq̄ hūc optere delicias & quietē cōquirere. Oparius nāq; sua Lucæ.10.
est dignus mercede,siue cibo dixeris & victu. Qui vero nil opaſ,vel his indignus eē arguiſ.
Aduersus presbyterū accusationē noli admittere.⌋ Cōtra iuniorē accusatio vel sine teste
est admittenda. At si fieri potest,contra neminē admittatur,Sed in eum præcipue qui pro-
uectiori sit & senili ætate,nolim delatores admittas. Non enim dixit,Et in hūc noli iudiciū
ferre,sed ne accusationem inquit admiseris. Hi nanq; per ætatem minus delinquunt, q̄ solēt
adolescentes. Presbyterum autem hoc loco senem dicit.
Nisi sub duob⁹ vel tribus testib⁹.⌋ Cū em̄ ex suspitiōe & cōiectura pleraq; iudicenſ,pos-
sunt qdē & testes ex prisca lege haberi,q delicti coarguāt. Quid tū,inquiet aliqs, si & hi mē
tianſ? Id sane praro cōtingit. Licet tn̄ vel id iudicio indagatū cōprehēdi,Moris est tn̄,duos
in testes produci,qn̄quidē peccātes seorsum & clam praua cōmittūt. Quid pterea si palā cri
men profiteatur,& nulli sint testes,sit tamē suspectior qui delicta commisit? Hac de re fecit
superius mētionē,cū dixit:Oportet aūt vel ab his qui foris sunt,bonū habere testimonium.
Peccātes aūt corā oībus argue,vt & cæteri timorē habeāt.⌋ Hoc est,eos q in prauis faci Cap.3
noribus pseuerāt,& qs inquirēdo deliquisse cōpereris,propalā obiurgato. Nō vt iracundiæ
medearis,sed vt cęteri affecti formidīe,à pctīs abstineāt. Oportet itaq; vt alijs terrori eps sit
Nā vt sine causa quēpiā cōdēnare,temeritatis est & imprudētiæ,sic sontes & noxios nō in-
crepare,pestiferū. Nā in plures morbus in posterū disseminaſ. Verū cur dn̄s dixit:Vade & Matth.18
argue eū inter te & ipsum,si in te deliquerit frater? Permittit tn̄ vel in propatulo si delinque
re perseueret redargui. Quid ergo? Nōne acerbius delinquentē percellit,aperta hæc casti-
gatio? quin cōtra potius illud offendet,si cū facinorosus aliqs notior sit,nec tn̄ à quoq̄ pecca
ti admonitus iuerit in pceps. Propterea Pharaonem & Nabuchodonosor deus,& alios q̄ Exo.7.8
multos in mediū productos,tormētis affecit,vt hominū vita à vitijs comprimeretur. 9.10
Testificor corā deo & dn̄o Iesu Chr̄o & electis angelis.⌋ Cū de multis disseruisset,& pser
tim de rebus cœlestibus,nūc qa de iudicio dixerat,deū ipm̄ & horribilē sane in modū, in te
stē producit,nō vt Timotheo timorē inijceret,sed magis vt cōfirmaret. Nā cū de seipso sic

1.Cor.9 loqueref,ne alijs ṗdicās,ipſe reprobus fiā,longe magis Timotheo verebaf. Vocat aūt & Ieſum filiū in teſtē,tanq̄ vt in futuro poſſit iudicio excuſari,ſi aliter res q̄ ipſe iniunxerit, ſorte C
Gene.31. cōtingat. Cur aūt,ſi q̄ras,& angelos teſtificādo cōplectit? Nimirū qa in eo iudicio & angeli ſunt affuturi,dñi milites. Eſt ṗterea humanæ cōſuetudinis,tā ṗſtantiū perſonarū,q̄ inferiorū excipere teſtimoniū. Atqui & Iacob vel deū teſtatur & montes,& ſerui demum hoc modo admittuntur in teſtes. Electis aūt angelis dicit,quia & dæmones angeli ſunt,ſed reiecti.

al's,in alterā partem declinādo, Vt hæc cuſtodias ſine ṗiudicio,nil agens * per aduocationē.⌋Hoc eſt,vt æquū te ṗbeas litigātibus,ne fiat præiudiciū,id eſt,ne quis anticipādo q̄q̄ pacto te circūueniat,& familiarē ſibi ac propitiū reddat,vt ſecundū ſe vel ante iudiciū ſentētiā feras. Nec quidpiā velim per aduocationē feceris,hoc eſt,ad grām,vel q̊d ad alterā partē ſis voluntate propenſior. Perinde ac ſi dicat: Vocat te ex altercātibus alter,ſeorſumq́ꝫ cohortaf,vt ſe iuues, decernaſq́ꝫ eius eſſe cauſam potiorem. Noli ergo pro illius vocatu & exhortatione aliquid exequi.

Manus cito nemini impoſueris.⌋Deſcendit tandē ad rem admodū neceſſariā,eccleſiaſticorū videlicet ordinū collationē,q̄bus hauddubie eccleſia ipſa cōtinef. Inquitq́ꝫ: Haudquaquā cito,id eſt,temere,vel cū primū quempiam fueris,ſecundove aut tertio periclitatus,ſed ſæpe (vt diligenter omnibus inueſtigatis) manus cuiq̄ impoſueris. Neqꝫ eñ expers periculi ea res eſt. Quale aūt hoc periculum ſit,ex his quæ ſubſequuntur intellige.

Neqꝫ communicaueris peccatis alienis.⌋Es nanqꝫ,inquit,alienis delictis obnoxius,his ſcilicet,quæ ille in futurū commiſerit,cui manus impoſuiſti. Quo fit,vt virtutū illius particeps ſis futurus,ſi recte vixerit. Si peccatorū non immunis, ſi prauus. Eiuſdem & prauis eo obſtringeris facinoribus,quia nulla horū habita ratione,tenebras lucem effeceris. Nec hunc ipſum denunciaueris commiſſa prius deflere, & corde compungi.

Noli adhuc aquā bibere,ſed vino modico vtere propter ſtomachū tuū,& frequētes tuas infirmitates.⌋Vides quēadmodum hūc vel tot affectū laboribus,aquæ potione macerabat apl'us. Perdiſce ergo,nequaq̄ grauiter ferre,ſi q & nos ad continentiā cohortenf: q̄nquidem Timotheū & Paulus aquā tādiu potantē,vt ſtomachū morbo infecerit,de abſtinētia cōmonefacit. Neqꝫ eñ ſimpl'r,vino vtere,dixit,ſed modico,cōſeſtim adiecit: Et ad proſperā valetudinē,nō ad luxū. Feruet eñ ſuapte natura iuuētus,& celerrime ex abundāti mero ad luxuriā cōcitabif. Quæret aliqs: Cur Paulus,q à mortuis alios reuocabat ad vitā,nō huius aduerſæ valetudini aliter medebaf? Id ſcilicet,vt nihil ipſi hoc tpe offendamur,ſi ſanctos & innoxios male pati cōſpicimus: quinetiā vt nequaq̄ exiſtimemus ſupra noſtrā naturā fuiſſe veteres illos,ſed hoīes & nobis aſſimiles. Demū ne Timotheus ipſe de ſua virtute forſitan efferaf ſuperbiatq́ꝫ. Cōſtat ṗterea,cū ob tuas frequētes infirmitates dicit, valetudinariū Timotheū illū fuiſſe. Nec ſolū ſtomachi morbo laboraſſe,ſed alijs morbis affectū,egrotaſſe frequētius. D

Quorūdā hoīm pctā manifeſta ſunt,ṗcedētia ad iudiciū,q̄rundā aūt & ſubſequunf.⌋Cū eñ de eccleſiaſticis ordinibus cōferēdis inſtitueret Timotheū,noli dixit,alienis pctīs cōmunicare. Verūtamē poterat & illud nō iniuria obieciſſe. Quid ſi ignarus & neſcius,ipſe id egerim,inſtituerimq́ꝫ ad ſacros ordines nō merētē? Ad hæc tacite reſpondet apl'us, Nōnulli inquiēs,palā & manifeſte delinquūt,q̄rū pctā ad iudiciū his ipſis ṗcedūt.i.condēnant in ṗpatulo,q̄ forſan inueſtigādo deprehēderis. Subſequent aūt cū inq̄t: Hmōi ſunt,ita vt facile queas hæc innoteſcere. Quorūdā vero incerta ſunt & obſcura delicta,aliquid ṗtēdit,tanq̄ id dicat. Licebit & hos ṗcauere q prauis facinoribus obſtringunf,cū impertieris. Q̄d ſi illorū ignores improbitatē q̄s ipſe ſacraueris,nequaq̄ eris crimini ipſe obnoxius, ſed culpa vacabis. Et illi quidē pro ſacratis habenf,tāetſi vita fuit minus ṗbata. Nō eñ ſacra illa dona īprobitas vlla diſſoluit,q̄ oīo illū ſequunf,cui fuerint collata. Magn⁹ vero Baſilius in aliū ſenſum hęc verba
Baſilius traducit. Neqꝫ ad eos retulit,q cōſecrādi ſunt,ſed ita inq̄t: Si forſan q̄ſpiā fornicef,fureturve hūc id ſolū delicti ṗcedit,ad iudiciū trahēs. Verū ſi praua q̄s edocet,& ṗniciofioris ſapiæ ſtudiū affert & diſciplinā,hunc ſane pctm̄ ſubſequif. Q̄d vtiqꝫ nō in ipſo vel extinguif vel finif, ſed reſtāt eiuſmodi peſtilētes doctrinæ ſucceſſores. Cuiuſmodi ſunt Græcorū ſapientes,q̄les & reliqui oēs, q pręter eccleſiaſtici dogmatis veritatē multa cōſcribūt. Daturi aūt hi pœnas ſunt,nō ſolū qa ipſimet errorib⁹ ſunt inuoluti,ſed qa ſe ſubſequētib⁹,erroris cauſam ṗbuere

Similiter aūt & facta bona manifeſta ſunt,& q̄ aliter ſe habēt,abſcōdi nō poſſunt.⌋His dictis eos præcipue q recta geſſerint cōſolaf,affirmās & in præſenti hoc ſeculo patere oīm facta,& in futuro,vbi nuda ſunt omnia.

CAP. VI.

QVicūqꝫ ſub iugo ſunt ſerui,dños ſuos honore dignos arbitrenf,ne nomē dei & doctrina blaſphemef.⌋Cōmonifacito,inq̄t,& inſtrue,vt ſi vel infideles ſint dños nacti,morē illis vt ſerui gerāt & oñi honore dignos,& re & verbis exiſtimēt. Neqꝫ eñ qa Chrī fidē exceperint,credāt ſe liberos fore. Verū libertate vtanf,cū à prauis ſunt facinorib⁹ liberi,corpe vero ſeruituti obnoxij. Quæ ſeruit⁹ pro libertate habef,cū eā pro Chrī noīe quiſqꝫ ſubierit, Nā tū maxīe deteſtarent infideles,Chrī dñi hoc ſanctiſſimū
dogma

A dogma, cū illud ꝑ fideles ipsos oppugnatū iri cōspicerēt. Quippe q̊d ad tolerātiā & placabilitatē sectatores suos īstituit, nec cōtumaces eē ꝑmittit. Q̃d si benignos se serui p̄stiterīt, & ad parēdū faciles erūt, demirabūt haud dubie dñi īfideles, & obstupescēt Chr̃ianæ religiōis virtutē, q̄ tāta sit vt seruoꝝ etiā mores, q̄ cōponi, & castigari haud facile p̄nt, tam faciles reddat, vt īperanti mox pareant.

Qui āt fideles dños hñt, nō cōtēnāt, q̄a frēs sunt, sed magis seruiāt, q̄a fideles sunt & dilecti, q̄a bñficis participes sunt.] Neq̧ ei q̄a baptismi gr̃a eū, q̄ tibi dñet frēm fis nact⁹, cōtēptui habēdū cēsebis. q̄n poti⁹ q̄a fidelis sit & dilect⁹, hoc ē, ꝑ dño fratris locū sortit ob fidē, eo illi magis inseruies, p̄sertim cū in te sit idē bñficus. Quippe q̄ vt te alat, aut vestē suppeditet, & bona reliq̄ impartiat, curis maximis* cōflictet. Habet ita plurimū dñs æquitatis, vt emptionē p̄tereā, q̄ te seruitute obstringat. Cū vero dilectos inq̄t, seruis formidinē demit, & charitatē inducit. Nā q̄s verent & timēt, eos plerumq̧ & odio hñt. Quin poti⁹ inquit, eo libenti⁹ serui dñis obsequant & seruiāt, q̄ & bñficioꝝ sint effecti participes. Dñi vero eo fideles sunt & dilecti, q̄a bñficijs iuuāt, q̄ppe q̄ serui vt* bñficiant, curent. Aſt, affligatur. Aſt, beneficijs afficiātur.

Hæc doce & exhortare.] Nō itaq̧ autoritate solū & dogmate docēdi est op⁹, q̄d sane cū doce (inq̄t) prætēdit, sed & benignitate & māsuetudiue, q̄d cū exhortare dicit, præfert. Fungit quippe præceptor medici munere. Siquidem modo lenit, modo exasperat vlcera.

Si quis aūt aliter docet, & nō acquiescit sanis sermonibus, qui sunt dñi nostri Iesu Chr̃i, & ei q̄ secundū pietatē est doctrinæ superb⁹ est, nihil sciens.] Vides quēadmodū in desperationem inducat ignorantia ipsa, & insolentiā afferat, vtq̧ & qui sanos sermones nō excipit inflet & intumescat. Nam istiusmodi tumor, animi ægrotātis & morbidi est à nimia corporis adustione non alieni. Non eñ in superbiā ille ꝓlabitur, qui dñi dicta p̄ceperit. Is nanq̧ Matth. 11 q̄ se ipsum exinaniuit, & ablutos discipuloꝝ pedes absterſit, sit inquit: Discite à me, quia mitis Matth. 5 sum, & humilis corde. Is inquā humiles spū beatos dicit, & humilitate iustificatum excipit. Qui isthæc igitur, aut repudiauerit, aut ignorat, intumescat, & efferatur, necesse est.

Sed languens circa q̄stiones, & pugnas verboꝝ.] Est ergo lāguore & morbo affici, ꝑquirere & inuestigare, q̄ minus sunt indagāda. Vbi eñ deerit fides & morb⁹ inest, & verbis cōtendit, q̄nquidē q̄ ad suadendū sit efficacior, aduersantē alteꝝ cōfutare conabit. Atq̧ fides ꝑ lūinib⁹ ipsis habet & oculis. His q̄ caruerit, nil ꝓrsus īueniet, sed tm̃ erit ad ingrendū intēt⁹.

Ex quibus oriunt inuidiæ cōtentiones, blasphemiæ, suspitiōes malæ. Dogmata eñi quædam iniq̄ & praua, ex huiuscemodi q̄stionibus ortum ducūt. Siquidē tunc & detestamuur,
B & maledicimus, & quæ minus decent suspicamur de deo, cum ad inquirendum incidimus.

Conflictationes.] Hoc est, studia q̄dam superuacanea διατριβὰς eñ q̊d græce habet, diligentiā solemus & studiū dicere, q̄ rei cuipiā impendit. Vel secundū latinā traductionē, consuetudinem dici hoim mente corruptorum. Nam quemadmodū infectæ & morbidæ oues si cum sanis & integris diuersent, & illas morbo inficiunt, ita & hi qui peruersis sint morib⁹, vel dogmatibus prauis imbuti eos corrumpent, quibus cum consuetudinem cœperint.

Hoim mēte corruptoꝝ, & q̄ veritate priuati sunt, existimātiū q̄stum eē pietatē.] Vides quēadmodū & verba cōtētiosa vl̄ turpe pariāt lucrū. Quippe cū hoīes istiusmōi cōtēdēdo & altercādo, plures post se trahāt discipulos & opes vēdicēt arte, & dicacitate ad se alliciāt multos.

Discedite ab eiusmōi.] Nō ei dixit, verbis cōtēdito, & hos oppugna, sed discede. Perinde ac si inq̄at: Cū semel aut bis istos cōmonefeceris missos facito. Qui eñ poteris hoīes pecuniarū & lucri gr̃a altercantes, ꝓuincere? Hos itaq̧ cum corrigi nequeant, declina.

Est aūt quæstus magnus pietas cum sufficientia. Illi (inquit) lōge fallunt, cum quæstum male existimāt pietatē. Inest quidem pietati & lucrum, sed nequaq̄ cuiusmodi hi opinantur sed longe præstantius. Q̃siquidem lucrifacere pietas dr̃, non cum pecunijs affluit, sed cū his caret. Sufficientia eñ & quod sat est ingentium opum & stabilium ducitur loco. Nequaq̄ ergo animo concidāt qui pietatē sectant, q̊d nullis abundent diuitijs nec pecunijs potiantur.

Nihil enim intulimus in hunc mundum, hauddubium nec auferre quid possumus.] Oñdit hoc loco id quæstus, cui illi incumbunt & student, nullius esse momenti. Quippe q̄ nr̃m post obitum in terris sit remansurum, non nobiscum commigraturum. Quid ergo opus est nobis nimia rerum abundantia, si nihil sumus ex his veram in patriam delaturi?

Habentes aūt alimenta, & q̄bus tegamur his cōtenti simus.] Diffinit tandem q̄d ista sufficientia sit. Atq̧ sufficientiam esse tm̃ rerū potiri, q̄ntum nobis ad victū sat sit, non ad luxum Et talibus operiri quibus tegatur, non ornetur hoc corpus, sitq̧ in vestem quodcunq̧ offert

Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationē & laqueū diaboli.] Ex rebus p̄ntib⁹, ad bonoꝝ cōtemptū hortat. Vt futura (inquiens) omittā, p̄ntia hæc ipsi aduertite. Nec diuites dixit effectos, sed volentes diuites fieri. Potest nanq̧ diuitias quis possidere, & illaꝝ fieri cōtemptor, eas optime dispensando, & egentibus ꝓ necessitudine impartiendo. Sic eñ nequaq̄ dicitur, quis opes appetere. In tentationem aūt & laqueū cadunt, qui à fide aberrant, & ꝓ opibus his comparandis, periculis obuoluuntur, & singulos quosq̧ verentur & timent.

 Et deside-

Als,inutilia. Et desideria multa,&*insensata & nociua.] Quo enim pacto non insensati,& stolidi hominis est argumentũ,picas & psitacos alere, beluasq́ & pisces magno ambitu intercludere & eq̃s auro exornare,vel ad domus vsq; fastigiũ aq̃s pducere,& pauimẽta ipsa sectis tegulis & phengite lapide sternere,vt magis eluceant? Hæc pfecto oĩa nec sanæ sunt mẽtis,& officiunt plurimũ,aiæq́ thesauris obsunt,& sensibiles opes,q̃ manibus attrectãt,disperdũt & delẽt. Quinetiã vel pleriq; cũ tyrannidẽ affectarẽt,iacturã sunt demum haud mediocrẽ ppessi. C

Quæ mergunt homines.] Quandoquidem,vt dictum est,deferre secum nil possunt.

In interitum & perditionem.] Ita vt neq; hoc seculo his bonis fruantur, in futuro plane desperent,& morti adiudicentur.

Radix eñ oĩm maloꝝ est cupiditas.] Quippe q̃ nec viuentib⁹ parcit,nec mortuis. Quæ vel hosipsos spoliat,pdaturq́. Et in parentes vt insurgãt,liberos cogit,& fratres vt cũ fratrĩbus litigent,& humana simul & diuina iura puertit. Hãc itaq; si tollas auiditatẽ, nec bellum erit,nec odia nec quispiam fornicabit. Nã & fœminæ argenti cupiditate seipsas prostituũt.

Quam quidam appetentes errauerunt à fide.] Neq; enim finit cupiditas hæc, vt salutis via cernatur,q̃ oculos hominum ad se conuertit. Nam quo pacto euangelio fidem præstiterit pecunijs inhians,cum paupertatem illud indicat,& hanc vt sectemur suadeat.

Matth.20 Et inseruerunt se doloribus multis.] Quippe qui hac cupiditate tenentur mœrent dum viuunt,& dolent quod explere auidissimum habendi animum nequeãt. Bene aũt inseruerũt dixit: Sunt nanq; sentibus similes curæ diuitiaꝝ,vt testatus est dñs: Quæ vndequaq; vbi ipse attigeris,innatis aculeis manus cruentant,infligũtq́ vulnera,& doloribus angunt.

Tu aũt o homo dei.] Magna profecto hæc dignitas. Cum enim mortales cæteri dei dicantur, proprie tñ iusti non modo creationis rõne, sed & propinquitatis, & coniunctionis sunt dei. Noli(inquit)ea quærere aut sectari,quæ à deo auertunt,sed quæ ad eum reducunt.

Hæc fuge,sectare vero iustitiã.] Vtrũq; augẽdo expssit. Neq; eñ dixit, abscede & veni, sed fuge & sectare iustitiã. Vt nõ pari corripiaris cupiditate,q̃ qui diuitias expetunt capiũt.

Pietatem,fidem.] Dogmatum.s.fidem. Quæ .s.longe est à diuitiaꝝ appetẽtia aliena.

Charitatem.] Id est,rectum vitæ modum. Huius nanq; caput est charitas.

Patientiam,mansuetudinem.] A charitate,patientia & mansuetudo deriuantur. Omnia enim sustinet ex quadam animi magnitudine charitas.

Certa bonum certamen fidei.] Hoc est,stabilem te erga fidem,& firmum redde,& inuictum cum virtutis sermone,tum vitæ puritate & innocentia. D

Apprehende vitam æternã.] Vides vti in mercedem &palmam,vita offeratur æterna.

In q̃ vocatus es,& cõfessus bonã cõfessionem corã multis testibus.] Hoc loco Timothei & strenuitatẽ collaudat & fidutiã,q̃d vel in vitæ discrimine pfessus sit Chr̃m. Vel cõfessionẽ dicit,quã alios instruẽdo aperuit. Ea videlicet q̃ pfitemur fore à satana abscedendũ,& vitã cũ Chr̃o ducendã. Aduerte aũt quẽadmodũ non solũ confessione fit opus,sed etiam tolerantia vt semp sit cõfessionis acriori insistendum certamini,&ab ea nihil prsus diuertendũ.

Præcipio tibi coram deo.] Vt &formidinem augeat, & cautiorem reddat discipulum, testem inuocat deum,arguens haudquaquam humana esse sua præcepta,vtq́ & ille hũc testem animo repetens,vel sola recordatione contremiscat.

Qui viuificat omnia.] His verbis hunc & ad pericula subeunda hortatur,& resurrectionis commonefacit. Perinde ac si diceret: Nil prorsus mortem horresce, dei enim es seruus qui vitam potest omnibus condonare.

Et in Chr̃o Iesu qui testimonũ reddidit sub Pontio Pilato bonã cõfessionẽ.] Rursum pceptoris exemplo hunc cohortat. Qui & si testimoniũ tulit, hoc est,mortẽ sustinuit,debem⁹ & ipsi hunc imitari. Regnanti eñ Pontio Pilato,& roganti,ita respondit. Ego ad hoc nat⁹

Iohan.19. sum & veni vt testimonium perhibeam veritati. Et pleraq; alia testificatus est & confessus.

Vt serues mandatum sine macula irreprehensibile.] Hoc est, neq; dogmatum,nec vitæ gratia labem tibi aliquã imprimas.

Vsq; in aduentum dñi nostri Iesu Christi.] Hoc est,vsq; ad tuipsius consummationem, & finem,quo tibi ex hac vita sit excedendum. Tametsi id haud palam expressit,id tamẽ sentit Apostolus. Ad dñi autem vsq; aduentum dixit, vt magis hunc excitet, cum gloriam illam Christi futuram,& iudicium illud horribile recordatur.

Quem suis temporibus ostendet.] Hoc est,decentibus & præfinitis. Nil(inquit)mœrore conficere,quod nõdum illud aduenerit.

Qui beatus est & solus potens.] Vel hæc sane ad consolandũ nũc valẽt,qbus monet, ne terrenis hisce intendat obtutũ,q̃ hic beata vident,sed in eũ,q ipsam & verã habet in se beatitudinem,in quo nihil est q̃d tristitiã afferat,nihil quod sit insuaue. Nec hic quidẽ seculi huius potentatus veretur,nec reges,quippe qui solus sit potens. Solus vero quo ad hoĩm differentiam dixit,& coꝝ qui falso dij sunt appellati, non vt alioꝝ sanctoꝝ secernat substantiã.

Rex regũ

A Rex regũ,& dñs dñantium,q solus habet immortalitatẽ.]Hic solus ꝓpriam habet & ve ram ex sua substãtia immortalitatẽ. Angeli vero,& si immortales,nõ tñ natura,sed grã sunt immortales effecti. Quo fit,vt nõ habeãt immortalitatẽ,sed immortalitatis participationẽ.

Et lucem habitat inaccessibilem.]Ergo(inquiet aliquis)& hoc loco circunscribitur deus & aliud lux esse deprehenditur,aliud ipse,is nanq; lux est. Vides quemadmodum cum magnum aliquid proloqui volumus,lingua non suppetat.

Quem nullus hominum vidit,nec videre potest.]Secundum diuinitatẽ videlicet. Nam secundum carnem visus est,& innotuit. Basilius tamen de filio & principaliter de patre dicta fuisse hæc omnia intelligit. Tametsi & filio competant & spiritui.

Cui sit gloria,honor,& imperium sempiternum, Amen.]Si itaq; illi ꝑpetuum imperiũ est,nil vereare,si in præsentiarũ id minus patescit. Atq; honos illi & præsto est, & laus ꝑpetua. Qui & si nunc afficit ignominia,nil aio cõcidas,præsertim cum vnũ illud nobis facere liceat,vt laudibus hũc libere efferamus. Opportune aũt de deo hic disserit,cũ eundẽ vocat in testẽ,cuius & gloriã explicat,vt ea ꝓcepta magis ac magis Timotheus nitaẽ iniũcta ꝑficere.

Diuitibus huius seculi.]Est nanq; & aliud quondam diuitum genus,non hoc ipso in seculo,sed in futuro,iustorum videlicet.

Præcipe non sublime sapere.]Nam & diffidentiam diuitiæ pariunt & insolentiam. Diuitiæ diffidentiã pariũt & insolentiam.

Neq; sperare in incerto diuitiarum.]Sunt quippe opes incertæ. Nam ab his possessores persæpe destituuntur,idcirco nec cupiendæ sunt,nec sectandæ.

Sed in deo viuo & vero,qui præstat nobis oia abunde ad fruendũ.]Id est,elementa ipsa q̃bus constat hæc vita,& lucem hanc & annuos cibos, & bona reliqua vbertim suppeditat. Tametsi cuncta sibi vendicet auaritia,& tanq̃ priuata non cõmunia ducat, quæ deus in medium cõtulit,in quo est spes oĩs habenda,& pro opib⁹ ille ducendus,q̃nquidẽ & viuit in sempiternum,& nunq̃ corrumpitur. Vnde arguitur,haudquaq̃ magni is inesse momenti, qui eo dolet,q̃ pauper sit,& diuitijs careat,quem expedit magis rectis actionibus abundare.

Bene agere,diuites fieri in operibus bonis.]Vniuersis(inquit) hæc manda,vt quæ recta sunt,factitent. Quod si & opibus velint affluere,bona operando has parent.

Facile tribuere.]id est,pecunias egentibus impartiri.

Cõmunicare.]Vel hoc charitatis ẽ. Eos vero hoc loco cõicare intellige,qui & si diuites sint non cæteros aspernant,sed humanos se ꝓbẽt & benignos,& quoꝝ facilis est cõuersatio.

B Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum.]Vbicunq; bona iacta sunt fundamenta,eodem tuto poterit moles quæuis imponi,& inædificari quod velis. Cumq; & virtutis & futuri seculi bona firmiora sint & stabilia,eo & fundamentum commeminit.

Vt apprehendant veram vitam.]Potest quippe boni operatio,quam & fundamentum vocauit,vere illius vitæ fruitionem spectare.

O Timothee depositum custodi.]Quæcunq; scilicet sunt tibi per me demandata,tanq̃ domini præcepta seruato,nec horum quicquam imminues.

Deuitãs prophanas vocum innouitates.] Prophanas.i.impuras &inquinatas. Vocum vero nouitates,hoc est,verba inania. Potest tamen & blateronem cum vana loquatur concedi,nequaquam prophanum dici. Vel secundum Basilium vocum nouitates accipito,pro nouis quibusdam,&nuper inuentis instructionibus &doctrinis,à vero penitus alienis.

Et oppositiões falsi nois sciæ.]Vbi em̃ nulla erit fides, sed oĩa humanis sensib⁹ excogitãtur,dici scia neq̃t,sed sciæ nomẽ mẽtit. Oppositiões ãt dicit,q̃a plerũq; opponũt nõnulla,q̃bus haudquaq̃ est rñdendũ. Quin ab his potius aures auertẽdæ,neq; prorsus his inhærẽdũ.

Quam quidam promittentes,circa fidem exciderunt.]Est enim necesse,vt qui humanis obsequitur cogitatibus,à fide aberret. Fides siquidem cogitationes huiusmodi nullas admittit. Puto aũt hæc illoꝝ grã dixisse Apl̃m,qui tunc tp̃is gnostici dicebant,&erant impuritate q̃uis oppleti,& identidem illud prætẽdere cum ꝓphanos dixit & nouaꝝ vocum nouitates ꝓinde ac nouoꝝ essent dictoꝝ hi inuẽtores,& in hæresim tandẽ conciderint,cuius princeps Nicolaus fuit,qui ex septem erat diaconis vnus. Huius sectatores Nicolaitæ sunt appellati.

Gratia dñi tecum, Amen.]Tanq̃ dictoꝝ oim cõclusionem,grãm illi dñi cõprecat,q̃ bona oĩa & cõdonant & custodiunt. Velim itaq; &nos his bonis fruamur,q̃ à grã hac vbertim accepimus,nil tñ his imminutis, sed auctis potius & Chr̃m Iesum gratiarum elargitorem summis laudibus efferamus,patremq; simul & spiritum,cui laus sit in æternum & gloria. Apoc. 2.

¶Missa fuit ex Laodicea,quæ est Metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

ARGVMETVM SECVNDAE EPISTOLAE ad Timotheum.

¶Scribit item Timotheo de exhortatione martyrij, & de omni regula veritatis & quid futurum sit temporibus nouissimis,& de sua passione,scribens ei ab vrbe Roma.

1.Timo.3. Cur & secundã ad Timotheũ cõscribat epistolã, id causæ est. Dixerat nãq; in priori epistola: Spero me celerrime te cõuenturũ, q̃d ne vti pollicit⁹ est & p volũtate exequeret, eo est interceptũ, q̃a in vinculis à Nerone detinebat. Cũ itaq; sibi nequaq̃ liber pateret, q̃d maxime cupiebat, accessus, eundẽ p literas cõsolat, mẹstũ forsan. Tum q̃a Pauli & p̃ceptoris priuat⁹ esset p̃sentia, tũ etiã q̃a* minus eũ ecclesiæ cura vrgeret, & onus susceptũ iam p̃meret, cui moderandæ vel viri p̃stantiores succumberẽt eo præsertim tempore cũ pcellis vndiq; agitarent fideles & oppugnarent vndequaq; acerrime. Reuocat itaq; ad se Timotheum Apl's, quia morti iam erat propinquior.

Als, nimius, nimis.

CAPVT .I.

PAulus apl's Iesu Chri p volũtatẽ dei scdm pmissionẽ vitæ q̃ ẽ in Chro Iesu.] Principio statim Timothei attollit, erigitq; aĩm, subinde inq̃t: Nõ eñ mihi vitæ huius discrimina cõmemores velim, q̃ à nobis si tollãt, vitã hauddubie nil parerẽt sempiternã. Nã eo apostolat⁹ hic munere fungimur, vt morte affecti in æternũ viuam⁹. Quinetiã ne p expectata cõsolatiõe mœrore cõficeret Timothe⁹, si p̃ceptorẽ in piculo versari pciperet, vt eũ nũc cõsolet, sic ordit Apl's. Si pmissa nobis ppetua illa est vita, noli ex rebus hisce terrenis hãc q̃rere, siq̃dẽ in Chro Iesu esse eandẽ hãc cõstat, & cũ Chro futurã. Vt in Chro Iesu esse vitã hãc dicit, vt quã nobis sit ille largit⁹, & in seipso hãc cõtinet. Nã si sensibilis hæc lex cibo & potu cõstat, spiritalis tñ illic cõtinet in Chro, q tũc nobis futur⁹ ẽ oĩa.

Timotheo charissimo filio.] Potest & quis filius esse, nec tamen charus. Erat vtiq; Paulo pergratus ob eius virtutem Timotheus. Arguit igitur cum Timotheum charissimum dicit handquaquam q̃ ei succenseat, aut aliquod eius improbet facinus se hũc deserturum, sed ex vi sibi illata. Quippe quem paulo post erat Nero obtruncaturus, sic faciat sit necesse

Gratia & misericordia, & pax à deo patre, & dño nostro Iesu Chro.] Quæ antea cõsueuit, huic & nunc cõprecatur, & idem hic sentit, quod in priori epl'a, cũ eadẽ hæc illi optaret.

Gratias ago deo meo.] Vides ne beneuolentiæ & charitatis magnitudinẽ? Gratias (inquit) ago, quia cum te plurimum diligam, tui memoriam habeo. Est equidem id veri amoris indicium, cum quis gloriæ duxerit, alterius cuiuspiam amicitiam.

Cui seruio à progenitoribus meis in conscientia pura.] Quo pacto in pura (*inquit Paul⁹*) D conscientia, qui Christum à principio ignoraret? Conscientiam hoc loco p vita ponit, quã & si Iudẹus esset, & Iudaicos ritus seruaret, honestissime transigebat, tametsi ecclesiam persecutus sit. Quod sane egit, vt paternas tueretur traditiones, non gloriæ ductus cupiditate, vt solẽt q hæresim excitãt. Quod aũt dicit, tale est. Nihil existimes aliter me sentire ac loq̃r inest eñ mihi cõscientiẹ puritas, nec sane p mea cõsuetudine mẽtior, nec falso ptulerim, q̃d sum in p̃senti dicturus, me .s. tibi semp esse charitate deuinctum, & tui perpetuo recordari.

Quod sine intermissione habeã tui memoriã in orationib⁹ meis, nocte ac die desiderãs te videre. Gratias (inquit) ago, q̃ te nõ solũ aĩo & recordatione repeto, sed interdiu noctuq; orãdo, tui assiduo reminiscor, votis deposcens & precibus, vt meis desiderijs te reuisendi sit iam satis. Qui igit fieri põt, vt tãta me voluptate priuarẽ tuo fruendi cõspectu, si esset mihi ad te adeundi facultas cõcessa? Cur ergo dicet aliquis, non aperte causam explicat? Eo videlicet, ad Timotheũ non concessisse, quia esset à Nerone in vinculis detentus? Id sane idcirco egit, ne statim illi tristitiam afferat. Est tñ in epistolæ calce eiusmodi causam explicatur.

Memor lachrymarũ tuarũ, vt gaudio implear.] Hunc contextum ita cõstruito. Cupiens te visere, vt gaudio implear, deinceps id sequit, memor lachrymarũ tuarum, subinde id inq̃t: Etsi admodum essem natura ipsa charitatis expers, sunt tñ lachrymæ tuæ satis, vt flectar, & te animo, versem. Erat enim id decens, vt cum à Paulo Timotheus sciungeretur, maiori hunc fuisse querimonia & fletu disiunctum, q̃ infans soler, cum ab vberib⁹ matris diuellitur.

Recordationẽ accipiẽs eius fidei, q̃ est in te nõ ficta.] Nõ solũ (inq̃t) lachrymas tuas memoria repetẽs videre te cupio, q̃n & tuæ fidei reminiscẽs, q̃ simulatiõe prsus caret & dolo. Id eñ me vel plurimũ cogit, vt iure optimo te bñuolẽtia prosequar, & charitate cõplectar.

Als, Eunice. Quæ & ĩhabitauit ĩ nutrice tua Loide, & ĩ mre tua* Eutice.] Alia q̃dã hẹc Timothei laus q̃ ab ĩfidelib⁹ ortũ nõ duxerit, sz à fidelib⁹ & Iudæis, tãetsi hui⁹ p̃rem cõstet gẽtilẽ fuisse. Aduerte ãt ex his, quẽadmodũ lex solui iã cœpat, cũ Iudæi ĩfidelib⁹ hũc ĩ modũ admiscerent.

Certus sum aũt, q̃ & in te.] Cum itaq; recte se gesserint pgenitores, si eorum vestigia psequemur, & tales nosipsi iam præstiterimus, quales illi fuere, gloriam nobis ex illorum gestis hauddubie vẽdicabimus. Sin minus, maiorum præclara facinora ad ignominiam nobis potius sunt concessura. Idcirco genitorũ (inquit) vt vel fidem tibi inesse certior sum, eadẽq; te nil simulatam habere, tanq̃ superne, & à deo ita fundatam, vt contaminari non possit.

A Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam dei.] Qum̃ (inquit) spectata tua
est mihi & testatior fides, velim æquidem te hortari q̃ maxime, & excitare, vt spũs gratiam
quam ad tuendam ecclesiam & signa operanda, & oẽm deniq;, eꝑm decentem virtutẽ ac-
ceperis, resuscites, & viuidam reddas & floridam. Nam quemadmodum ignis ligno vt ar-
deat, indiget, sic spũs gr̃a animi exigit promptitudinem studiumq́;, & vigilantiam poscit, vt
perpetuo ferueat. Quibus si careat, extinguitur facile, vt alibi dicit: Spm̃ nolite extinguere. 1.Thess.5
Quæ est in te per impositionem manuum mearũ.] Inest quidem tibi de istiusmodi gra-
tia, quam simul ac tibi manus imposui, accepisti, cum te .s. episcopum constituerem & sacra
rem. Velim itaq; vt spm̃ vehementius excites. Perinde ac si dicat: Adeptus es sermonem fi-
dentius prædicandi, hunc totis viribus, & animo maiori prosequere.
Neq; em̃ dedit nobis deus spm̃ timoris, sed virtutis.] Non em̃ eo inquit spm̃ ipsi accepi 1.Reg.18
mus, vt formidine contrahamur, sed vt aduersum tentationes simus validiores, audenterq́; 1.Reg.5.
& libere nos periculis offeramus. Timoris nanq; hic spũs plerisq; est traditus, vt in lib. Reg.
proditum est: Et cecidit spũs formidinis super eos, pauorem illis iniecit deus.
Et dilectiõis.] Eius videlicet quã erga se & ꝓximũ esset habiturus. Nã & ꝙ deũ colimus Roma.8
vt patrẽ, ex spũ habemus, q̃ Abba pr̃ dicere nos facit. Nil vero à ꝓximi charitate seiũgi, gr̃a Galat.4
est, & diuina veritate effectũ, vt cõtra: A ꝓximo offendi, nec patiẽter hũc tolerare, formido
losi est, & pusilli animi, & inconstantis. Oportet itaq;, vt priores ipsi, quæ nr̃a sunt, ꝓferam⁹
Et sobrietatis.] Vt scilicet sobrij sim⁹ & cõtinẽtes, & mentẽ integra ac stabili. Vel vt spi
ritum ipsum nostri habeamus moderatorem. Et cum aliqua offeriur tentatio, hanc ad ca-
stigationem excipiamus, vel alios vt ad continentiam erudiamus.
Noli itaq; erubescere testimoniũ dñi nostri Iesu Christi.] Sunt sane miseri & calamitosi
nõnulli, qui humanis sensibus cõquirunt, quę supra hoĩem sunt, nec cõprehendi à mortalib⁹
pñt, & ignominiæ ducũt, fuisse dei filiũ cruci affixum, nesciĳ hanc ipsam ob crucẽ sontem &
noxiũ, hoĩem, in dei filium fuisse accitum. Tu itaq; Timothee, velim nil ꝓrsus testimonium
Christi & mortem, quã per crucem subĳt, erubescas, sed gloriæ potius id ducas & ꝑdices.
Non enim, noli timere, dixit: sed, noli erubescere, vt arguat nihil inesse huic rei discriminis,
sed pudorem duntaxat, perinde ac si dicat: Si mortem neglexeris, omnia tibi in tuto erunt.
B Neq; me vinctum eius.] Nec mei (inquit) te pudeat. Qui etiã mortuos suscito, & orbis
sum terrarum magister, non enim vt facinorosus his vinculis astringor, sed illius sum vinct⁹
.i. propter illum quem si nihil patibuli puduit, cur ipse compedes erubescam?
Sed collabora euangelio.] Hoc est: Non mõ id præ te feras, nil. s. te euangeliũ erubesce-
re, sed re ipsa & opere Chr̃o, & mihi tam crucis cõpedũ participẽ reddito. Hæc aũt & ex su
perioribus dictis oñdit, cũ diceret. Et cõtulit nobis spm̃ virtutis. Quid vero ꝑtendit, cum in
quit: Euãgelio collabora? Nũ euãgeliũ tũ laborat aut piclitabat? Neq̃q̃, sed vel illud inq̃t, &
laborẽ mecũ ꝓpter euãgeliũ insume. Vel euãgeliũ dicit, euãgelij ipsius ꝑcones & diuinorũ ar 1.Cor.9
chanorũ participes, sicuti in ep̃la ad Corinthios dixerat: Collabora his quæ euangelij sunt.
Secundum virtutem dei.] Cum grauior forsitan iniunctus hic labor sit visus, ei rei hunc
in modum medetur. Non tua (inquiens) sed Christi virtute, euangelio insudabis. Quin vo-
luntatem tantisper velim ad id negotij offeras, & animi promptitudinem.
Qui nos liberauit de peccato & vocauit vocatione sua sancta.] Aperit nunc diuinæ vir-
tutis indicia. Liberos enim nos (inquit) & saluos fecit, vel longe distãtes ad se exciuit, vt san
ctos redderet. Qui itaq; vel inuitis salutẽ largitus est, lõge magis est volentibus opẽ laturus.
Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiã.] Cogente ne-
mine aut consulente, sed secundum suum propositũ, hoc est, sponte & sua bonitate ductus.
Quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.] Hoc est, quæ præfigurata
sine principio est, & ante secula, vt nobis per Christũ Iesum cõcederetur. Neq; id parui ex
istimandum, ꝙ non temere & negligenter, sed ante secula hanc nobis destinauerit deus.
Manifestata est autem per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi.] Et si erat isti-
usmodi gratia prædestinata, nunc tamen innotuit, vbi & saluator illuxit.
Qui destruxit quidẽ mortẽ, illuminauit aũt vitã & incorruptionẽ p euangeliũ. In ꝓprio
quidẽ corpore re ipsa & opere mortẽ deleuit, cũ illud reddidit incorruptum. Nos vero per
euangelium illuminauit, vt vitam speremus & immortalitatem, quam nobis per euangeliũ
cõfirmauit. Qui & si nondũ simus, vl' immortales effecti vel incorrupti, id tamẽ fore spes ẽ.
In q̊ posit⁹ sum ego ꝑdicator & Ap̃ls & mgr̃ gentiũ.] Cui⁹ rei gr̃a gentiũ se apud Timo
theũ nũcupat ꝑceptorẽ? Nimirũ vt oñderet & Timotheo cũ gẽtib⁹ diuersandũ. Eoq́; ne aĩo
cõcidat, cohortat, sed se poti⁹ imitet, q̃ ob doctrinã & euãgelij ꝑdicationẽ, cõstrict⁹ vĩclis sit
Ob quam causam & hæc patior.] Id .s. quia gentibus prædico, non quia prauum aliq̃d
admiserim facinus. Simul etiam & suis dictis vẽdicat fidem, perinde ac si dicat: Si minus cre
derem mortem esse deuictam, nequaquam hæc paterer.

Sed non confundor.] Vides quemadmodũ re ipsa affirmet, quod Timotheum commonefacit, arguitq; nil prorsus se erubescere quæ pateretur. C

Scio.n.cui credidi,& certus sum, qa potẽs est depositũ meũ seruare in illũ diẽ.] O cõfidentiã & spẽ plane indubitatã. Scio, inqt,& certus sum. Depositũ aũt, aut fidẽ dicit euãgelij pdicationẽ, tanq̃ id inqat: Chrs q mihi id negotiũ demãdauit, hoc ipsum seruabit, & oĩa toleto,

Acto. 20. ne mihi thesaur⁹ meus hic subtrahat. Aut fideles dicit, q̃s sibi Chrs iã demãdarat. Vt eos depositũ esse affirmat, q̃s ipse dño cõmẽdasset vti,& alibi dicit: Cõmendo aũt vos dño. Perinde ac si dicat: Nihil me carceris pudet, nil eqdem vincula erubesco, qppe q spere me plurios dño oblatuꝝ iudicãti q̃s ille tutabit,& salute donabit, vt eoꝝ gr̃a.& mihi gloriã largiat,& vitã. Nã qui bona dũ viuit, exequitur, deo hæc ipsa demãdat, vt ꝑ his in tempore coronetur.

Formã habe sanoꝝ verboꝝ.] Tanq̃ pictor descripsi tibi,& formaui imaginẽ, quã ipse aduertẽs aĩo tuo depigas,& sanoꝝ verboꝝ formã à vero nihil aberrãtẽ, exẽpli habeas loco. Ita vt si qd tibi ipostez erit effigiãdũ ab ea desumas. In ea nãq; verboꝝ forma oĩa recõdũt.

Quæ à me audisti.] Non eñ solum meis ex literis, sed meo ex ore hæc percepisti. Haud quaquam itaq; existimemus Pauli epistolas mancas esse, perinde non sint cuncta complexę quandoquidem & sine scripto verbis ille quàm multa disseruit.

In fide & dilectiõe i Chro Iesu.] Mea hæc dicta fidẽ cõplectũt & charitatẽ, hoc ẽ, dogmata ipsa ꝑ me lata, queadmodũ viuẽdũ sit, explicarũt. Si qd itaq; tibi erit vl decernẽdũ, vl disserendũ, vl ꝑ veritate aliquid pagẽdũ, poteris ex meis illiusmodi verbis formã desumere.

Bonũ depositũ custodi ꝑ spm̃ sc̃tm̃ qui habitat in nobis.] Hoc ẽ, ꝓcepta q̃ tibi sunt per me de vita fideq; tradita. Vl depositũ gr̃am dicit, quã ille accepat, vt dixit superi⁹. Veꝝ q pacto gr̃am hãc ipsam tutaberis? Certe nõ hũanis viribus vllis, sed ꝑ spm̃ sc̃tm̃, q nobis baptismi inhabitat gr̃a. Si spm̃ itaq; hũc asseruabimus, neq; à nobis hũc prauis facinorib⁹ abegerim⁹, seruabit & ille nobis q̃ deo sumus iã cõsecuti. Stude ergo spiritũ hũc custodire,& ille contra

Psalm. 126 depositum tibi tutabitur. Nã nisi custodierit dñs ciuitatẽ, incassum vigilat qui custodit eam.

Scio.n.hoc, q̃ à me auersi sunt oẽs i Asia, ex qb⁹ ẽ Phigel⁹ & Hermogenes.] Explicat qb⁹ sit maľ imersus. Nõ vt discipulũ terreat, qn vt suadeat poti⁹, si i eadẽ ille iciderit, nõ tanq̃ iso lẽs aliqd patiat, abhorreat & formidet, sz eq̃ aĩo ferat. Paul⁹.n.cũ eẽt à Nerone cõphensus, à cũctis est mox destitutus, q in Asia erãt fidelibus, hoc ẽ qui ex Asia secum Romã cõcesserãt.

Det mĩam dñs Onesiphori domui.] Vide vt Paulus philosophat,& patiẽter oĩa tolerat, siqdẽ nil eos q à se desciuissent execrat, vel isectat maledictis, sed rẽ vti gesta ẽ simplr narrat. D Et vero qui sui alendi susceperat curã, bñ precat. Nec illi solũ, sed familiæ vniuersæ & domui. Adeo Onesiphori domestici oẽs virtute præstabãt,& ab eo iã optimæ erant instructi.

Quia sæpe me refrigerauit.] Nec secus (inquit) hic me recreauit, q̃ si qs aliquẽ sublevet sudauitq; q squalore sit iã multo oppressus & contendendo defatigatus. Nec semel (ait) hic me refrigerauit, sed sæpe. Sic itaq; & nobis semper agendum vt alijs opem feramus, q recti aliquid operantur. Hunc enim in modum & illis erimus meritorum participes.

Et catenã meã non erubuit.] Vbiq; pudoris, nõ periculi meminit, Timotheũ hunc cohortãdo tanq̃ huic rei plus ruboris q̃ discriminis insit, tãetsi inesse discrimẽ aliqd videbat. Nero nãq; in Paulũ sæuiebat, quia domesticos suos nonnullos & familiares ad fidem instruxerat.

Sed cũ Romam venisset, solicite me quæsiuit & inuenit.] Non modo nil meum ille defugit colloquium, sed conquisitum inuenit. Quod sane huius & virilitatẽ prætendit & fidem.

Det illi dñs inuenire mĩas à dño in die illo.] Misert⁹ (inq̃t) ẽ mei, vel itaq; et id admodum cõcupisco, vt huiusce miĩ retributionẽ, in die illa horribili capiat, cũ oẽs vel q sc̃timonia pol

1Cor. 8 lẽt, mĩa indigebũt. Si itaq; Onesiphor⁹ ille q Chri ob gr̃am periculis se obiectauit, ex dei mi

Galat. 5 seratiõe saluat, lõge magis et nos salutẽ sumus ex dei clemẽtia habituri. Hoc loco qa Paulus

Ephe. 4. bis dñm ponit, insultãt qui Martionis morbo laborãt, asserũtq; duos dños eẽ. Qd sane lõge

Gene. 19 secus se habet. Vnus nãq; ẽ dñs, vt alibi testat Apls: Cõsueuere iñ liæ sacræ id dñi nomẽ sæpius iterare, vt alibi: Pluit dñs à dño, hoc ẽ à seipso. Nec secus hoc loco id fuisse cõstat, q̃d si pr̃em et filiũ significari dñi iteratiõe hac cœperis, nil erit absurdũ. Est nãq; et pr̃ dñs, et filius dñs quin et sp̃us dñs nũcupat, sed in tribus substantijs, vnus dñs demõstrat. Attende aũt quẽ admodum nequaq̃ dixerit, det illi dominus aliud mĩam, præter quã sane pcipuã existimabat.

Et quanta Ephesi ministrauit mihi, melius tu nosti.] Est certe ille bonis operibus assuetus, nec semel in me bñficus fuit: quin & Ephesi bona mihi suppeditauit et Romæ. Oportet itaq; istiusmodi hominem, qui Christum profiteatur, talem esse, vt continenter et per oẽm vitam quæ recta sunt operetur.

CAPVT .II

Tv vero fili mi.] Aduerte queadmodũ oĩ affectiõe hũc monet et cõsolat, fili mi, inquiens, tanq̃ his verbis aĩm erga hũc suũ aperiat. Itaq; si filius diceris, patrẽ imitare.

Cõfortare in gr̃a q̃ est in Chro Iesu.] Nõ mõ, inqt, mei exẽplo recuperãdę tibi sunt vires, sed Chri ex gr̃a, hãcq; habeas velim tuo hoc in certamine adiutricẽ, p quam

A quam potestatem accipimus conculcare omnes inimici conatus,& nihil ipsis offendi.

Et quæ audisti à me per multos testes.⌋Quæ audisti(inquit)non q̃ inquisisti. Fides nãq; ex auditu constat. Audisti quidem nõ clam & angelis,sed in ꝑpatulo,& testium multorum præsentia. Nonnulli vero multos testes pro lege & prophetis acceperunt,perinde ac inquiat. Sacrorum scriptorum testimonio dicta mea confirmabantur. Roma.10

Hæc commenda fidelibus hominibus.⌋Non enim enarra dixit,sed commenda,tanquã thesaurum aliquem his commendaret. Quodcunq; enim alterius fidei demandatur, in tuto reponitur. Reddit præterea ex his attentiorem discipulum. Fidelibus.i.non conquisitorib⁹ & opinantibus. His nanq; nequaquam est credendum depositum.

Qui idonei erunt & alios docere.⌋Quid enim prodest si quispiã fidelis sit,& oĩa nil erogans excipiat,cum nequeat alijs ꝓferre doctrinam. Rursumq́; nec verba hic ædat,nec alios possit pares sibi docendo efficere? Duo itaq; necessaria sunt præceptori,ꝙ fidelis sit,& alios instruat. Hæc enim Timotheo apostolus de presbyteris & ep̃is disserit, nõ laicis. Id quippe absurdius videret, cum ipse & gentibus prædicaret & Iudæis. Arbitror aũt de rebus etiam mysticis eũ hic facere mentionẽ quæ sane fidelibus sunt, & alijs instruentibus cõmendãda.

Tu itaq; labora sicut bonus miles Iesu Chr̃i.⌋Vides quẽadmodũ militi sit insudandũ & mala ꝑpetienda. Nõ ergo erit officiũ militis in otio diuersari. Nec est quidẽ aĩo iniq̃ ferendũ,si laborat & præmit,q fuerit in militũ nũero cõstitut⁹. Verũ q̃ntæ illud ẽ dignitatis,Chr̃i militẽ eẽ,qñquidẽ nõnulli plurimi faciãt sub terreno aliquo imperatore militiam exercere? Al.ĩplicat.

Nemo militãs deo⁎ĩplicet se negotijs secularib⁹ vt ei placeat,q̃ se ꝓbauit.⌋Ad vniuersos hæc verba habẽt ep̃os & ꝑceptores. Cũ vero ĩplicet inq̃t magis rẽ patefacit. Certe eñ vitę hui⁹ negotia,cõpedũ loco sunt. Negotia vero cũ dicit,varias animi ꝑturbatiões molestiasq́; designat,ab hisq; vt declinem⁹ hortat,ꝑinde ac si dicat:Quid te molestiorib⁹ reb⁹, & negotijs ĩplicas? Militię dũtaxat vaca,hoc pacto chr̃o gesseris morẽ,q te ad id militię mun⁹ elegit

Nam & qui certat in agone,nõ coronabit,nisi qui legitime certauerit.⌋Neq; eñ si certaminis locum adierit quispiã,delibutusq́; oleo vt assolẽt certatores,cõferat manus, fecisse satis videbit. Nisi eñ potus & cibi mensurã,athletis & decertantib⁹ ꝑfinitam,certãdiq; leges ipsas seruarit & modum,nequaq̃ finet pro voluntate colluctandi gratia,vel decertandi prodire in medium. Attende autem q̃ prudenter hæc dixit. Prius nanq; militaris officij meminit,ꝙ ad cædem & mortem promptior esse debeat subeundam,qui militat. Et certatorem

B commemorauit,vt qui pro Christo decertat, omnia toleret, assidue exerceatur necesse sit.

Laborãtẽ agricolã opꝫt pri⁹ de fructib⁹ ꝑcipere.⌋Inducit & tertiũ q̃ddã exẽplũ,q̃d ꝑcipue doctorib⁹ cõgruit. Nã q̃ de milite dixit & certatorib⁹,vel subditis cõpetũt & alieni iuris hoib⁹. Agricola vero nil sibi studet,sed terræ excolẽdę itẽdit. Vñ & bñficij vicissitudinẽ recipit nõ mediocrẽ,ob fructuũ copiã. Sic & ꝑceptor nõ icassũ laborat,qn ipse ꝑ cęteris ꝓprijs sudorib⁹ ꝑfruet deo vbertũ illi vicẽ reddẽte. Nemo naq; hãc futuræ mercedis tarditatẽ grauiter tulerit,iã(inq̃t)hãc capis. Inest nãq; vel ĩ ipso labore & retributio. Q̃d si aliud nihil obuẽtuꝝ eẽt vtilitatis,aĩaꝝ tñ ex tua industria & labore ꝑfect⁹,magnũ tibi allaturus est lucrũ.

Intellige q̃ dico.⌋Cũ ĩ ænigmatis modũ,oĩa siue de milite,siue de certatore & agricola ꝓtulisset,itellige iq̃t. Hęc ei ideo sic explicaui,vt te acuã cõcitẽq́;. Demũ vt ꝓprio filio bñ ꝑcat

Det ãt tibi dñs ĩtellectũ ĩ oĩb⁹.⌋Nõ ĩ his solũ q̃ dixi,sed ĩ oĩb⁹,in verbis .s. & actionibus.

Memor esto,dñm Iesum Chr̃m resurrexisse à mortuis ex semine Dauid.⌋Hæc Paulus hæreticoꝝ gr̃a infert. Erãt nãq; nõnulli tũc t̃pis,q ignominiæ ducerẽt, dei filiũ fuisse mortẽ perpessum,vnde per phantasiã & q̃busdam præstigijs rẽ visam fuisse asserebãt. Pudebat eñi & hos(si deo placet)diuinæ humilitatis,quã nr̃i ob gr̃am præ se tulerit deus. Quin etiam vt hunc cõsolet,hæc intulit,arguens vel Christum ipsum magistrũ dñm patiendo mortẽ vicisse. Hunc(inquit)tu recordare,nec segnior eris,q̃dcunq; discrimẽ,vel mortem ipsam adire.

Secundum euangelium meum.⌋Et si sint (inquit) qui alia prædicent,nequaquam illoꝝ dictis,sed euangelio meo est intendendum.

In quo laboro vsq; ad vincula,quasi male operans.⌋Rursum ex suijpsius exemplo discipulum consolatur,cum defatigari se dicit,& male pati,perinde ac si aliquid commisisset.

Sed verbũ dei nõ ẽ alligatũ.⌋Ne q̃s forsan id dixerit,q̃d tua ĩ se hñt emolumẽti hæc vincula? Vel,q̃d miꝝ si vinct⁹ es,& cõiectus in carcerẽ? Oñdit q̃d ex his lucri emergat,q̃dve egeris,q̃d sit demirãdũ. Ait itaq;: Nequaq̃ alligatũ dei ẽ verbũ. Neq; ei corporea res aliq̃ est & sensibilis,vt ex corpis vinculis hisce intercipiat verbũ. Res sane diuina est,dei sermo,& nobis ligatis,solutũ ẽ illud & libeꝝ,ꝑcurritq́; passim. Ecce & si ipsi astringimur vinculis,scribẽdi tñ & ꝑdicãdi fungimur munere. Vide ergo miraculũ, aduerte quod inde lucrã emanat.

Ideo oĩa sustineo ꝓpter electos.⌋Ecce & aliũ quẽdam in modũ hũc cõsolat. Neq; ei me ipsius hæc gr̃a patior,sed ꝓălioꝝ salute. Neq; vt ipse assequr,sed vt hãc sibi vẽdicẽt alij. Qui vero hi sunt? Dei nimiꝝ electi, Si hos itaq; deus elegit,cũcta ergo sunt vobis ꝓ his tolerãda

Vt & ipsi salutē cōsequanť, q̃ est in Christo Iesu.⌋Vt salutē assequanť, & hi, quēadmodū C
& nos, q ꝑ eis iam patimur. Fit itaq; vt bñficij vicissitudine ea res cōstet, nō grã. Deinde ne quis forsitan illi obijciat, q̃d ais Paule, tibi in his tuis cōpedibus finienda est vita, & alijs salutis te causam fore nūc iactas? Nō em̃ de corpali, inqt, salute nūc differo, sed de ea q̃ in Chr̃o cōsistit, q̃ recta & vera est & gloriosa. Vacat em̃ gloria corpis salus, vt ex sequentibus patet

Cum glia cœlesti.⌋Nō solū (inqt) vt salui fiãt, sed q̃d præstãtius est, vt nobiscū perpetuo & gliam vendicẽt. Vñ, & si ignominiosa videnť hæc vincula, gloriam tñ his qui electi sunt, subministrãt, & eã qdem cœlestē & sempiternã. Si itaq; cæteris gliam pariũt, lōge magis & mihi, qui illis obducor, constringorq;. Nulla ergo te mei cura diuexet, quia malis affligor.

Fidelis sermo.⌋Cum ambigant de futura vita nonnulli & gloria, illud sedulo vsurpantes Cum vitam hanc interea duco, certe mortibus trador. Cum vero mortē obiero, tunc plane victurus sum, & huiusmodi. Idcirco id dictum affirmat, aitq;: Fidelis sermo. Quis ille sermo? Quia gloriosam videlicet vitam sortirentur electi, & salutem perpetuam.

Nam si cōmortui sumus, & cōuiuemus.⌋Idipsum & cōiecturis affirmat, tãetsi superius rei huiusce, & signa ꝓtulerit & argumenta. Memor esto dñm resurrexisse à mortuis. Ostēdit em̃, quemadmodū post mortem hic resurrexerat. Qualis ergo est illa Pauli asseueratio. Certe vt dicat si durioribus & mœstis in rebus illi socij sumus, in bonis vero & lætis nequaq̃ Nec mortalis quidē hoc quispiã egerit, q̃nto magis nec deus, q iustitiæ & bonitatis fons est. Mortē aũt eam dicit, q̃ cum per baptismũ, tum per passiones multas, & tentationes subitur.

1. Cor. 15. Si sustinemus, & conregnabimus.⌋Neq; enim sat est, vt semel quis morti se offerat, sed semper id agat necesse est. Inquit enim, quotidie morior. Est itaq; (inquit) patientia opus, vt queat quis euadere nobiscum, & eo euadere, vt regnum cœleste illud adipiscatur.

Matth. 10 Si negauerimus, & ipse negabit nos.⌋Vel ab his quæ minus prospere cedunt, sermonem
Luc. 9. 12 confirmat. Non enim in bonis duntaxat, sed in malis etiam vicissitudo reprehenditur. Qui enim me (inquit) in hominum conspectu negauerit, & ipse hunc coram patre meo negabo. Attēde itaq; quid eum pati necesse sit, qui à Christo sit abnegatus.

Si nō credimus, ille fidelis ꝑmanet.⌋Si hūc resurrexisse nō credimus, nil ꝑrsus ex nostra incredulitate hic læditur. Quippe q nobis fatentibus vel diffidentibus, verax sit & æternus.

Negare seipsum non potest.⌋Hoc est, fieri non potest, vt ille non sit. Neq; naturam habet, quæ idipsum non esse admittat. Semper enim & si hunc ipsi negemus, perstat integer. Nō itaq; i eũ vl' cōfitēdo vl' abnegãdo iactura vlla ꝑuenit, sed i nosipsos malũ omne redũdat

Hæc commone.⌋Ne quis forte existimet, necessariam esse istiusmodi Timotheo doctri D
nam, alios inquit ipse commonefacito, instrueq;.

Testificãs corã deo: Noli verbis cōtendere, ad nihil em̃ vtile est, nisi ad subuersionē audientiũ.⌋Cũ em̃ voluptatē habeat in se disceptatio, cōcupiscatq; sp mortaliũ animus cōquirere pleraq; & de multis differere, ipse (inqt) corã deo hos obtestare. Nec verbis cōtenderis, sed deum duntaxat in testē accipito, vt intelligãt si te paruifecerit, quemadmodũ ille sit eos iudicaturus. Non em̃ solum nil prorsus ꝑficit cōtentiosa huiusmodi disputatio, nec vllũ allatura est fructum, quin plurimum est obfutura. Quippe cum audientium fides scrutãdo cōquirendoq; tandem euertitur, haud secus ac solet turris aliqua ferro & vectibus dirui.

Solicite aũt cura teipm ꝓbabilē exhibere deo, oparium incōfusibilē.⌋Explicat quēadmodũ effici ꝓbatior q̃at, sc operariũ. s. incōfusibilē, hoc ē, cuiuslibet notæ expertē & ignominiæ, videlicet si nihil eũ ea facere pudeat, q̃ ad pietatē facere videanť. Sic em̃ à dño ipso ꝓbabiť, si ꝑ eo & subeat cũcta & ꝑagat. Vbiq; Paulus pudorem hunc magnifacit, quia à multis ignominiæ Christi crux & patibulum ducebať, & euangelij ipsius præconium, & apl'os cōtēnui esse tanq̃ viles, & tenues. Vtpote, q vltima quæq; paterenť. Horũ itaq; (inquit) nihil te pudeat.

Recte tractantem verbum veritatis.⌋Et si pleriq; id verbum discerpũt, traducuntq; alio tu tñ id ipsum recte pertracta. Vel pertracta inquit, hoc est, dirige, & circuncidito inutilia quæq;, & de me gladio sermonis & verbi, quæ ab euangelij sunt prædicatione aliena.

Prophana autem & vaniloquia deuita.⌋Vbiq; Basilius prophanas vocum nouitates q̃sdam innouationes intelligit. Nōnulli vero πλέσασο, pro valde inania, vt aliorum additiōes inanes reddas, interpretantur, quod tamen secus se habet.

Multũ em̃ ꝓficiunt ad impietatē, & sermo eorũ vt cãcer serpit.⌋Violentũ (inqt) hoc malum est. Quippe cui nec mederi quoq̃ pacto pōt. Quidã em̃ vniuersa deuastant, nec corrigi possunt. Cancer siquidem morbus est, qui & circumiecta & propinquiora depascitur.

Ex qbus ē Hymeneus & Philetus, q à veritate exciderũt, dicētes, resurrectionē iã factã & subuertũt q̃rũdã fidē.⌋Recte supius dixit, multũ ꝓficiũt ad ipietatē. Videť ãt id oē malũ, in falso asserta à qbusdã resurrectiōe cōsistere. Nã ex ea q̃ multa, q̃ ꝓbari nō pñt, oboriũť. Si eñ (vt illi affirmãt) facta est resurrectio, & futurũ plane iudiciũ tolliť & retributio, & probi quidem & sancti doloribus sunt & malis affecti, improbi vero per luxum & delicias, pœnas luerũt.

Quid

A Quid ergo opus virtute erit, si istiusmodi sunt remuneeationes. Nec omnium quidem dixit fidem, sed quorundam, inquinatorum videlicet & nimis inconstantium.

Sed firmũ fundamentũ dei stat. ⌋ Quod inqt tale est. Haudquaq̃ oẽs peruersi sunt, sed infirmi duntaxat & incõstãtes. Nã si nõ fuissent hmõi, minime cõcidissent. Quemadmodũ neq; Adam anteq̃ laberetur, firmior erat. Qui vero bene fundati sunt, stabiles permanent & immoti. Aduerte aũt non secus esse fidei inhærendum, q̃ firmissimo alicui fundamento.

Habẽs signaculũ hoc, cognouit dñs q sunt eius, & discedat ab iniquitate oĩs q inuocat nomen dñi. ⌋ Hoc est, hĩs tanq̃ in lapide epigrãma, & insigne aliqd insculptũ, ex ipsis operibus rebusq; gestis illi cõueniẽs. Nouit dñs, hoc ẽ, ab eo lõge añ sunt cogniti, q eius sunt fortis, & hi qdẽ idcirco sunt pelecti, ne cũ putrescẽtibus illis corruãt & inqnatis. Ab iniqtate (inqt) discedat, hoc est, à dogmatũ errore, vel à quauis plane iniustitia. Nã q iniquior est, nec in fundamẽto, nec in deo cõstiterit. Nõ enĩ dei habet insigne, q neq; or fit & iniustus. Aduerte aũt necesse fore vt q dei sit nomẽ innocatur*, à ee q̃uis iniusta abscedat, à qua q nõ declinauerit, nec dignus * fideliter q iure possit dñm inuocare. Nil enĩ decora est, vel accepta peccantis laus. añ, videbitur Ecci. 15

In magna aũt domo nõ solũ sunt vasa aurea & argẽtea, sed & lignea & fictilia. ⌋ Qm̃ multi q; mali i mũdo versent inique ferũt, idcirco apl̃s, reliqs omissis causis, vnã hãc apit, inquiẽs, In magna aliq̃ domo vasa eẽ diuersa, hãc vero mũdũ eẽ, nõ ecclesiã dicit hoc loco. Nã in ecclesia nihil vult ligneũ eẽ, sed ex auro vniuersa effecta, q̃ppe vbi & Chr̃i corpus inesse cõstat,

Et q̃dã quidẽ in honorẽ, q̃dã aũt in cõtumeliã. ⌋ Aurea quidem, id est, qui virtute sunt præditi, in honorem. (& peorsus careat labe. Lignea vero siue fictilia, i. improbi, & si non ad virtutem, ad mundi tamen confirmationem & statum, vtiles sunt, vel ad dispensationes nonnullas maxime conferunt, vt Pharao, & cæteri pari improbitate homines.

Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorẽ sanctificatũ. ⌋ Vides queadmodũ vel aureũ esse, vel fictile, nec naturæ sit, nec materiatæ necessitatis, vt asserunt Manichæi, sed nostræ voluntatis & animi, quippe cũ liceat cuiq; ex lignea illa sese, vel fictili voluntate purgare, aureãq; & argenteã reddere. Atqui Paulus cũ fictilis esset, effectus est aureus: Iudas cõtra, q aureus fuerat, est fictilis redditus. Dicet aliqs: Si à deo contemnunt fictilia, cur alibi sic Paulus inquit: Habentes thesauꝝ hũc in vasis fictilibus? Ibi quidem de corporis natura disseruit. Nã queadmodũ fictile vas p̃ter lutũ incoctũ nil esse aliud constat, sic corpus hoc nostrũ nil aliud est, q̃ lutũ calore animę obfirmatũ. Hic vero facit de voluntate animi mentionem. 2.Cor.4

B Et vtile dño. ⌋ Ligna eego vtilia erunt, quo ad mentem dominantis dei & nutum, qui omnes vult saluos fieri, etsi (vt dictum est) videantur alioquin inutilia fore.

In omne opus bonũ paratum. ⌋ Perinde ac si dicat: Etsi nondũ tempus adsit aliquid operandi, erit tamen id saltem promptum, paratumq; ad virginitatis testimonium.

Iuuenilia aũt desideria fuge. ⌋ Iuuenilia desideria non solum fornicandi dicit cupiditates, sed absurdas quasq; concupiscentias, siue dominãdi quis trahatur cupidine, siue pecuniarum. Sunt nanq; istiusmodi affectus insani, & mentis pęęferunt valetudinem. Siquidem vel senex ad iuuenilem eedit ætatem, & stultior fit cum talia concupiscit. Iuuenilia desideria.

Sectare vero iustitiam. ⌋ Iustitiam pro quouis virtutis genere posuit.

Fidem, spem. ⌋ Id est, veram & stabilem, & in eos quos ames affectum, quasi dicat: Noli te perfidum & mobilem exhibere. Mox & ista subiungit.

Charitatẽ & pacẽ cũ his q inuocãt dñm * in corpore puro. ⌋ Hoc ẽ, illis solũ fidẽ, q nõ simulate, nec dolo dñm inuocãt, qui pacifici sunt & minus cõtentiosi, cũ talibus inquã versare. aĩs, & corde

Stultas aũt & sine disciplina q̃tiões deuita, sciẽs qa generãt lites. ⌋ Vide queadmodũ vbiq; hũc ab ingrẽdo & disceptãdo auertat. Nec eo q dẽ, q; minus cõsideret Timotheũ alios posse refellere, sed qa prsus videret inutile hmõi certamẽ adire, q̃d p̃ter cõtentiões & odia, nil in se boni haberet. Has itaq; stultas nũcupat q̃stiones, cũ alias esse nõ insulsas in sacris l̃ris cõstet.

Seruũ aũt dei nõ oportet litigare, sed mãsuetũ eẽ ad oẽs. ⌋ Mansuetũ. i. benignũ & facilẽ. Veꝝ quo ergo pacto apl̃us alibi, increpa eos inqt, cũ omni p̃ceptiõe & acritee, & nemo adolescẽtiã tuã cõtẽnat? Quia vehemẽs certe est increpatio, & tũc maxime mordet, cũ p mãsuetudinẽ & placabilitatẽ infert. Possumus naq; placidioribus verbis lõge facilius quempiã admonendo vegere, & vt pudeat malefacti traducere, q̃ iurgio aliquo audaci, & contumeliis. Infra.4.

Docibilem. ⌋ erga eos qui instrui volunt, & facilem ad docendum. Hæreticum vero cũ semel aut bis commonefeceris, abigito. Titum.3

Patientem. ⌋ Id enĩ virtutis vel maxime assequi debent fideles, vt prauoꝝ semper expectent conuersionem, habendusq; his continuus & perpes sermo. Nec statim intercidenda oratio est, vt aliis proficiamus, docentes. Verum attende quod sequitur.

Cũ modestia corripientẽ eos, q resistũt veritati. ⌋ Per iuegia naq; & cõtentiões nil boni perdiscit. Est itaq; præcipua quædã eega eũ quem doceas seruãda modestia. Dicet aliquis: Quo pacto poterit q̃spiã erga eũ q̃ temerari* fit & cõtumeliosus, humanũ se & mitẽ p̃bere?

Quo pacto inq̃t? Si eum q̃ sit hæresi aliq̃ irretitus, post vnã itaq; alterã'q; castigationẽ abege C
ris, is nãq; corrigi nequit, & insanabilis est. Ve℞ hoc loco de his, qui nondũ sunt desperãdi, q̃
minus aliqua restet ad sanitatẽ redeundi facultas, edisserit. Quod sane ex sequentibus patet.

Ne q̃n det illis de⁹ pœnitẽtiã ad cognoscẽdã veritatẽ fidei.] Forsitan, inq̃t, aliqua erit his emendatio, Ne q̃n aut illud incertis & dubiis p̄ponit rebus. Fit itaq;, vt sit ab his desistendũ, quibus mederi nõ potest. At hi q̃℞ in ambiguo est emẽdatio, in viã vt redeãt tentandũ esse. Aduerte aũt quemadmodũ ad humilitatẽ instituens, nil prorsus ne q̃n queas adiecerit, sed ne forte his tribuat deus respicere. Quod si vel aliq̃d docendo profeceris, d̃ni est, nõ tuũ id munus: vnde nec tibi est aliq̃ modo superbiendũ. Ideo̧ si cui q̃ recta sunt, faciat suaserimus, nequaq̃ nobis id adscribamus, perinde ac si nostra virtute id simus persuadendi munus adepti.

Et resipiscant à diaboli laqueis.] Hæc non solum de ipsis dogmatibus, sed de rectiori viuendi modo dicta esse intellige: quippe cum non solum dogmatum ipsorum errore, sed
Simile. vitæ vitiis à diabolo irretiuntur mortales. Quo fit, vt qui quemadmodum sit ducenda hæc vita falluntur, modestius sint, & benignius castigandi. Nam vt passer si vel vna pedis parte cõprehẽditur, sub eius est potestate qui pedicam fixerit, ita vt ipsi, etsi minus vtroq; pede, fide scilicet illaqueamur & vita, at solis prauis vitæ actionibus, diaboli erimus ditioni subiecti.

Voluntas dei. Quibus captiui tenent ad ipsius volũtatẽ.] Erroribus, inq̃t, innatãt, sed capti à deo, ad ipsius volũtatẽ, hoc ẽ, dei. Forsitã enĩ ab ipsis p̄cella℞ erroribus emersuri sunt tãdẽ. Est aũt dei volũtas, vt nõ solũ sibi credat, sed vt recte ducat hæc vita. Deducenda itaq; recte vita, nõ de dogmate tñ & fide Paulũ hæc dixisse, intellige. Nõnulli tñ captiui illud tanq̃ à diabolo cõprehẽsi intelligũt, & ad eundẽ referunt q̃ subsequuntur.

CAP. III.

HOc enĩ scito q̄ in nouissimis diebus instabũt t̃pa periculosa.] Cum enĩ tũc tẽporis prauo℞ hoim multiplex numerus redũdaret, ne Timothei obturbaret ea res animũ, p̄dixit illi q̃d paulo superius dixit: In magna aliq̃ domo &c. & nũc inquit: Vel in poste℞ t̃ps istiusmodi futuri sunt hoĩes, qui & Mosi t̃pibus scelerati fuere. Noli ergo nouũ id ipse existimare, q̃n neq; ad tuã vsq; ætatẽ nequissimo℞ hoim multitudo hæc terminabit. Noli ergo id grauiter ferre, sunt nãq; & molestiora hæc t̃pa & praua. Haud tñ q̄ dies ipsi sint mali, & tẽpo℞ spatia (q̃ enĩ inesse põt diei malignitas?) sed quia mala q̃ interdiu obueniũt, diebus hanc indidere malignitatem. Et nos quidem in eã s̃niam, t̃pa mala vel bona ex rebus ipsis dicimus & vsurpamus, q̃ per hæc vel aduerse contingũt vel prospere.

Erunt enĩ hoĩes seipsos amãtes.] Statim malo℞ omnium causam produxit in mediũ, q̄ D
Omnium malorũ radix, amor sui. suis quisq; magis prospiciat, q̃ proximi cõmodis. Ei nãq; qui sui ipsius dũtaxat trahitur charitate, accidit sæpe, vt nec ipse se amet. Nam quemadmodũ solet & in membris cõtingere, quo℞ cum vnũ aliquod læditur, & reliqua lædantur necesse est, quod vtiq; & ædificia patiũtur. Sic dici & in ecclesia potest, qui proximum negligat, & ipsum se curet, sibiipsi officere.

Cupidi.] Cum malo℞ explicasset radicẽ & ramos sigillatim enumerat, inter q̃s prior, & longe protẽsior, auaritia est. Nã vti ex charitate in alios vniuersa bona proueniũt, sic & mala ex priuato affectu, qui prorsus est à vera charitate seiunctus. Illa siquidẽ & amplissima est & vbiq; redundãs diffunditur: hæc vero in angusto versatur, & in vno aliquo terminatur.

Elati.] Qui in homines efferuntur.

Superbi, blasphemi.] Ho℞ nanq; erumpente malitia, vel ad deũ pertingit iniuria. Nam cum aduersus homines quispiam superbum se præbet, ac sibiipsi eius omne officium & recte facta, non diuinæ gratiæ imputat, tunc sane blasphemus hic redditur.

Parentibus nõ obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace.] Et iure quidem. Si enĩ deo maledicũt, quo pacto genitores venerabũtur? Qui vero parẽtes nil venerantur, nec illis obtẽperãt, vel in cæteros ingratos se præstẽt, necesse est. Qui vero istiusmodi erunt, & religione carebũt, & q̃uis scelere opprimũtur. Qũ quidẽ, q̃d debẽt nil seruãt. Sunt p̃terea sine affectione futuri. Quẽ enĩ hi colent, qui in se beneficos aspernantur & respuunt? Sine pace. i. qui nemini iuncti sunt amicitia, neq; his quidem qui in se contulerint beneficia.

Crimininatores.] Hoc est, omnibus detrahentes. Qui enim sibi nullius est boni conscius, omnes vt inuidus carpit & criminatur, subinde aliquam suis malis medelam excogitat.

Incontinentes.] Lingua scilicet, ventre, & reliquis membris.

Immites.] Vides ne q̃les nimia hæc sibiipsius indulgẽtia, & cupiditas ipsa efficiat, vtq; ex hoĩbus beluas reddat.

Sine benignitate.] Hoc est, bonorũ omnium hostes. Id enim ἀφιλάγαθοι græca dictio rectius exprimit.

Proditores.] Qui vel amicos & beneuolos prodant.

Proterui.] Id est, instabiles, nil rati aut pensi habentes.

Tumidi.] Hoc est, inflati & tumentes.

Voluptatum magis amatores q̃ dei.] Id enim necessario sequitur, vt vbi mundanorum inierit oblectamentorum cupiditas, dei inesse amor vel desiderium nequeat.

Haben

A

Habentes quidē ſpēm pietatis, virtutē aūt eius abnegātes.] Id eſt, figurā dūtaxat & vmbrā ꝑferūt pietatis & ſimulāt, operibus vero hāc abnegāt & abominant. Aduerte aūt pietatis potentiā, & (vt ita dixerim) neruos in actibus ipſis & factis ꝑferri. Vnde & merito dicit: Fides ſine operibus mortua eſt. Formā aūt & ſpeciē Paulus alibi pro bono accipit, cum inquit: Doctor eñ formam ſcientiæ habet, hoc eſt, diſcipulis ſcientiam effingit & format. Iacobi. 2 Roma. 2

Et hos deuita.] Quæret aliquis: Si nouiſſimis temporibus futuri ſunt iſtiuſmodi homines, cur Paulus inquit, iſtos deuita? Fieri eñ poteſt, vt tales eſſent nonnulli tunc temporis, qui etſi minus præſtarent ſceleꝝ magnitudine, iniqui tamen & improbi ſint futuri: perinde ac ſi dicat: Vel hos ipſos deuita, qui vel hoc tempore iſtiuſmodi reperiunt, quēadmodū infert, ex his eñ ſunt qui penetrant. Vel poſteros & nouiſſimos dies Paulus dicit, qui eius poſt obitum ſunt obuenturi, quibus ſuperſtes futurus erat Timotheus. Vel quod verius eſt, & Baſilius cenſet, ſub Timothei perſona cæteros commonefacit, vt eiuſmodi viros deuitent.

Ex his enim ſunt qui penetrant domos.] Horum impudentiam & vitam non liberalem & aſſentationes dolo refertas, ꝙ alienas domos inuaderent, patefacit. Seduct, muliebre eſt.

Et captiuas ducūt mulierculas.] Nō eñ fallētes dixit, ſed captiuas ductātes, vt qbus ꝓ mācipijs vterent: qui eñ decipit, morē fallēti gerit. Aduerte āt quēadmodū mulieres, vł mulierculę potiꝰ, facile circūueniūt. Quo fit, vt ſi viroꝝ ſeducit qſpiā, dici merito muliercula queat.

Oneratas pc̄tis.] Delictoꝝ multitudinē arguit & cōfuſionem. Neq; eñ ſimpłr fœminas circūueniūt, quippe quaꝝ nō ſit incuſanda natura, ſed eas ſeducūt, q̄ ingentē habēt cōmiſſoꝝ cōgeriem. Nā qui nequaq̄ ſibi recte factoꝝ eſt cōſcius, improbiſſimo cuiq; dogmata decernenti obſequitur, & ſe conſolatur, quaſi nullas ſit pœnas pro iſtiuſmodi operibus luiturus.

Quæ ducuntur varijs deſiderijs.] Id eſt, pecuniaꝝ, gloriæ, luxus, decoris, oſtenditq; has turpes eſſe cupidines. Cum vero ducuntur, ait, beluaꝝ has more deferri coarguit.

Semper diſcentes, & nunq̄ ad ſcīam veritatis peruenientes.] Dicet aliquis: Venia ergo erūt hæ nō indignæ? Nequaq̄. Quin potius nec parci quidem his poteſt. Siquidē & facinoribus ſeſe obruerunt & libidinibus, obtuſaq; illaꝝ eſt mens & obcæcata, vt perdiſcere nequeant veritatem. Quod vitium illis non natura obuenit, ſed voluntate.

Quemadmodū eñ Iamnes & Mambres reſtiterūt Moſi, ita & hi reſiſtunt veritati euangelij.] Magi quidē hi extitere tēporibus Moſi Veruntamen vnde iſtoꝝ noīa accepit apoſtolus, cū in ſacris literis nullibi exprimantur? Nimirum vel ea auditu acceperat, vel ſpiritus ſancti reuelatione cognouit. Par eñ erat, vt Paulo eſſent hæc non incognita.

B

Homines corrupti mente, reprobi circa fidē.] Cū eñ quiſpiā mente infectus, & circa fidem inquinatus, improbus ſit neceſſe eſt: Dixit inſipiens in corde ſuo, nō eſt deus. Vnde illud: Quia corruptus erat & plenus iniquitate. Sequitur ergo, ꝙ mens incorrupta fidem excipiat. Cauendum eſt itaq; ne & nos corrumpamur & adulteremus hoc pacto fidem. Pſalm. 52.

Sed vltra non proficient.] Qūo alibi dicit: Proficienr plurimum impietate? Quia praua tunc dogmata inuaſere, & alios circumuenire nil deſtitere, ſed noua ſemper excogitabant. Hic vero inquit, nequaq̄ hos dolos nectere, vt alios fallant, nec fore vt multos corrumpant, quin etſi videantur circumuenire, tolerabiles ſunt tamen futuri. Subdit itaq;. Supra. 2

Inſipientia eñ eoꝝ manifeſta erit oībus, ſicut & illoꝝ fuit.] Id eſt, magorū. Subinde inquiens, Si dictis his fidē nō adhibueris, ediſces quēadmodū cū Magis hiſce actum ſit. Hi nanq; ſunt præſtigijs quibuſdā, mira quædam ad deceptionem edidiſſe deprehenſi, cum Moſes ederet veriora. Vnde comprehēdi poteſt ad tēpus aliquod breue, fallacias iſtas florere.

Tu vero aſſecutus es meā doctrinā.] Illi, inqt, iſtiuſmodi extitere, tu vero cū nr̄a admodū calleas, haud quaq̄ talia eſſe cognoſcis: quippe qui nō ſolū mecū verſatus es, quin & meā es aſſecutus docteinā, perinde ac ſi dicat: Diutius es apud me commoratus, & animū rebus ante hac per me geſtis, hauddubie intendiſti. Præbe te virū, ſic fidei hoſtibus aduerſabere.

Inſtitutionē.] Doctrinā quidē q̄ ad ſermonē, dixit: Inſtitutionē vero q̄ ad vitam & conuerſationem.

Propoſitum.] Id eſt, animum, promptudinem & virilem præſentiam. Neq; enim verbis duntaxat enitebar, ſed factis.

Fidem.] Id eſt, vel in decernenda veritate, vel in adeundis periculis firmitudinē. Quæ ne animo conciderē, effecit: quin vt deo magis ac magis cōfiderem iri me aliqñ liberatum.

Longanimitatem.] Cum hæreticis ſcilicet magno obſiſterem animo, ita vt neq; his obſiſtendo indignatione eſſem & ira commotus, ſed per manſuetudinem & placabilitatem exciperem omnia, & aduerſarios coarguerem.

Dilectionem.] Id eſt, charitatem, quam vel in his obiurgandis præferebam.

Patientiam.] Quam ſcilicet in perſecutionibus ipſis perfeeendis præſtabam.

Perſecutiōes, paſſiones.] Nō mō, inqt, ab aduerſarijs perſecutiōibus affligebar, quin & mala plurima ſuſtinebā, cū vtrūq; illud ꝑceptorē obturbat, & hæreticos eſſe qui ſe pſequant & ab his ppeti quę minus oblectāt. Hæc itaq; Paulus ita diſſeruit, & ab hæreticis ſe q̄ multis

 mole-

molestijs fuisse affectum, eo affirmat, vt Timotheo tandē suadeat, constanti animo sit, cum C
ab illis vrgebitur. Et suas demū passiones commemorat, vt discipulum reddat fiduciorem.

Qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconiæ, Lystris.⌋ Antiochiam Pisidiæ dicit, Lystris vero, quia inde esset Timotheus oriundus. Cur vero horū duntaxat meminit, cum & alibi multa esset perpessus? Nimirum vel quia Timotheo essent hæc notiora, vel quia his ipsis in locis nuperrime mala hæc tolerasset. Aduerte aūt, quemadmodum nequaq̄ hæc sigillatim commemoret. Quod eo facit, ne ad ostentationem videatur hæc & iactantiam meminisse, quæ ad discipulum consolandum & confirmandum coactus conscripserat.

Ostentationē & iactantiam vitandas esse.

Quales persecutiōes sustinui, & de omnibus liberauit me dn̄s.⌋ Duo quædā Timotheo demonstrat apprime necessaria. Et vt ad malorū tolerantiam paratior sit, & nequaq̄ à deo se destitutū iri hæc tolerantē. Ait itaq;: Ipse quidem quales sum persecutiones perpessus, & animo sim in his sustinendis promptiori & audenti, & exemit tā me his omnibus dn̄s.

Et oēs q volūt pie viuere in Chr̄o Iesu, pſecutionē patient.⌋ Velid maxime valet ad cōsolādū. Quid (inq̄t) de me solo hęc dixerim, cū oēs q volunt in Chr̄o Iesu, & scd̄m euāgeliū vitā hāc ducere, pſecutiōib᷒ affligent, necesse sit. Persecutiōes aūt hoc loco dicit nō eas solū quæ ab infidelibus inferunt, sed p̄ssuras quaslibet & labores, q̄s subeūt, q virtuti se addixere. Est nanq; hæc vita, secundū Iob, tentatio quædā, & q̄ angusta incedit, & necessario premit.

Iob.7

Mali aūt homines, & seductores proficiunt in peius, in errorē mittentes & ipsi errātes.⌋ Nihil velim propterea obturberis, si in delicijs illi, in p̄ssuris ipse vitā hanc degas, sic eñ fert ipsarū rerū natura. Initi certamen, desudes itaq; necesse est. Est quidē plane insulsum, quietem certando & otium quærere. Illi eñ peruersi & seductores, etsi videant proficere, haudquaq̄ in melius prouehuntur, cū in erroribus eorū omnis constet esse profectus. Vt autē in peius illud quod dixerat explicaret, hos & in errores inducere, & errare subiecit.

Tu vero permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi.⌋ Ipse (inquit) immobilis persta, nec prauis & malignis in rebus quempiam æmulaberis, nec eū quidē cui omnia prospere cesserint. Non eñ simpliciter didicisti, vt qui ea quæ à nobis acceperas, & credita sunt cū certitudine & fide perdidicisti. Itaq; si contra res euenire, ac institutus es ipse, prospexeris, noli id molesto animo ferre, quandoquidem & Abraham etsi audisset, In Isaac vocabitur tibi semen, eundem tamen iussus vt immolaret, nil tamen est obturbatus.

Hebr. 11.
Gen. 21. 22

Sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti.⌋ Duas causas affert, q̄bus debeat ille immobilē se p̄stare. Cū quia nō ab aliquo parui momenti viro, sed à se Paulo ea didicerit. Q̄d perinde est dicere, ac si à Chr̄o acceperit, tū quia nō nuper aut pridie, sed à paruis fuisset edoctus. Quasi dicat: Irradicata est in te diuina scīa, & ita vt nequaq̄ sit insanū aliq̄d & stolidū facinus, vt subeas permissura, & q̄lia multi perpetiunt. Nā qui sacris lr̄is fuerit vt decet instructus, nunq̄ accepto proposito immutabit. Sacras aūt lr̄as dicit diuina scripta. D

Quæ te possunt instruere ad salutē per fidē, quæ est in Christo Iesu.⌋ Non eñ vt exterior hæc est mūda sciētia, hoīem ad fallacias, circūuentiones & cōcertationes verborū erudit, sic diuina illa nos instruit: quin potius ad salutē instituit. Quā illam si quæras, non ea certe, quæ operibus constat & verbis, sed quæ in Christo Iesu fide consistit. Nam cū sacra hæc scripta hominem in Christum vt credat inducunt, salutem ei haud dubiam pariunt.

Omnis eñ scriptura diuinitus inspirata vtilis est.⌋ Quàm multis explicatis ad consolandū hunc modis, nunc q̄ maxima est, cōsolationē inducit. Eam videlicet, q̄ ex sacrarū literarū lectione affert. Est eñ triste aliquid illi denunciaturus, ꝙ prope diē ei sit obeundū. Ne itaq; animo cōcidat, vtpote qui p̄ceptore sit paulo post se cōsolante priuādus. Habes, inq̄t, in mei vicē scripturas, q̄ leuare te poterūt, & prodesse. Quærūt nōnulli: Cur Paulus dixerit, oīs scriptura diuinitus est inspirata? Quod si ita est, ergo & gentilium scripta à deo suggesta sunt. Oportuit sane hos nō ignorare q̄d superius dixerat, ꝙ sacras lr̄as nosti, nūc omnē scripturā dixisse. Quā illā? Nimirū quā ante exp̄sserat, & de qua ꝙ sacra esset, disseruit. Scriptura itaq; oīs quæ istiusmodi est, & diuinitus inspiratur, vniuersis conducit, vt inferius demonstrabit.

Ad docendū.⌋ Prodest inquit, q̄a nos instruit, q̄d sit perdiscēdū. Nihil est eñ q̄d nequeat scripturis dissolui.

Ad arguendum.⌋ Si coarguenda scilicet fuerint mendacia.

Ad corripiendū, ad erudiendum in iustitia.⌋ Si necesse est, inquit, vt aliquid vel corrigatur vel instruatur, hoc est, ad iustitiam reddi continentem & sobrium, & ea quæ iusta sunt, exequi: ex sacris literis id omne suppeditabitur.

Vt p̄fectus sit hō dei.⌋ Emēdatio, inq̄t, ex scripturis paratur, vt nihil homini desit, q scd̄m deū incesserit. Si itaq; ipse integer fieri & perfectior cupis, sanusq; & semp æquabilis reddi, nec cōtrahi diuersis exoptas, nec prosperis reb᷒ efferri (id eñ p̄fert p̄fectionē & mētis æquabilitatē) has sacras lr̄as cōsule, cū mea carebis p̄sentia. Atqui si Timotheo spū sc̄tō oppleto, de eiusmodi lectiōe cōscripsit, quāto magis sumus & nos ad eā hortādi, qui spū hoc indigemus. Aduerte āt quēadmodū, ni sacræ lr̄æ opitulēt, integros nos & p̄fectos reddi nō posse.

Ad om-

A Ad omne opus bonũ instructus.] Non enim simpliciter bonorum est operũ particeps, sed instructus his ipsis & absolutus. Neq; vna aliqua in re erit ille perfectior, in alijs vero minime, sed ad omne opus quod rectum fit, & ad rem vnamquamq; est ille instuctior.

CAPVT IIII.

Testificor coram deo, & Chr̃o Iesu, qui iudicaturus est viuos ac mortuos.] Et si alibi Timotheum deterruit inquiens, præcipio tibi corã deo, qui viuificat vniuersa, nunc tñ magis horrendũ reddit sermonem, cum iudiciũ illud recordat, ait em̃: Illum ipse qui pœnas est exacturus testem inuoco, quia neq; id te clam habui. Viuos ac mortuos, vel pc̃tores dicit & iustos, vel eos qui vita hac excesserunt, & qui tunc superstites deprehenduntur. Nõnulli vero viuos ac mortuos, animas ipsas & corpora intellexerũt. 1.Tim.6.

Per aduentum ipsius & regnum eius.] Cum enim ille iudicium facturus aduenerit, cum imperio prodibit & gloria, non ea quam prius humilitate concesserat.

Prædica verbum.] Quod ipse testificor, vt verbum prædices, ne gratiam in occulto teneas. Quid vero nobiscum agetur, qui nil prædicamus?

Insta opportune & importune.] Hoc ẽ, instãdo & iubẽdo eloquere. Nec ĩtercisa, sed perpetua vtere orõne & cõtinẽti, ita vt nullũ tibi ad p̃dicãdũ p̃finitũ sit tp̃s, sed oportune insta .i. in pace & otio, cũ in ecclesia pacifice nullo turbãte verseris. Et ĩportune. i. cũ in discrimine sueris, vel extra ecclesiã loquere, & euãgeliũ ip̃m edissere. Opportunitatẽ vero & importunitatẽ ad multorũ dixit opinionẽ, existimantiũ opportunitatẽ q̃etẽ esse, importunitatem tp̃a periculosa & intẽpestiua. Et rursum edocẽdi hoc munus obeundũ in eccl'ia arbitrant, & opportunũ ducũt, vt ĩ ea euãgeliũ p̃dicet. Intẽpestiuũ vero & nil opportunũ, cũ de ecclesia eiect⁹, id exeq̃ velit. Vel aliter: Peride ac si dicat: Nihil vt hoĩes delinquãt expectes, sed anq̃ facinorib⁹ obstrigãt, hos ĩstrue. Vl' opportune & importune, hoc ẽ, q̃uis tp̃e euãgeliũ p̃dica.

Argue.] Videlicet cum id videris necesse fore, & cum delinquentem deprehenderis, vel vt delinquat futurum, nihil te subtrahas.

Obsecra.] Vel mitioribus & supplicibus verbis vtere, ne quis in facinus prolabatur.

Increpa.] Vbi aliquem deliquisse compereris, & castigaris, si minus desistat, mox increpa perinde ac si dicat. Quibusuis modis enitere, vt medearis peccanti.

In omni patientia & doctrina.] Est nanq; haud temere de his & mox desperandum, qui praua commiserint, sed vel precibus est insistendum vt desinant malefacere, vel doctrina vt

B tandem resipiscant, admonendi. Et in omni patientia, hoc est, in quouis patientię genere, & quæ ita præstetur, vt omnibus modis eluceat, tam operibus quàm verbis & gestu.

Erit em̃ tp̃s cũ sanã doctrinã non sustinebũt.] Prius, inq̃t, hos q̃ eant præcipites corripe eosq; & supi⁹ dixit, opportune & ĩportune. i. q̃usq; hos habeas obsequẽtes, q̃uis mõ enitere.

Sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros.] Temerariã & inconsultã præceptorũ turbã cum coaceruabũt inquit, hic patefacit, q̃ à vulgo hi cõgerant, qui nullis nitit rationib⁹ sed vt animus tulerit, incõsiderate defert. Et eos efferũt laudibus, & eligũt p̃ceptores, qui suis fauent cupiditatibus, ipsorumq; ad gratiam cuncta & voluptatem differunt & exequunt.

Prurientes auribus.] Hoc est, aures duntaxat oblectantes. Homines enim istiusmodi deliniti, quæ iuuent semper & minus contristent, audire percupiunt.

Et à veritate q̃dẽ auditũ auertẽt, ad fabulas ãt cõuertẽt.] Vides queadmodũ nõ ignari à veritate aberrẽt, sed sciẽtes & vltro decipiãt. Nã auersis iq̃t à veritate aurib⁹, cõuertũt ad fabulas. Quo fit, vt malũ id volũtariũ sit. Hæc ãt ĩtulit, nõ vt ĩ segnitiẽ ĩducat discipulũ sed magis suadeat vt tp̃is sui facilitate & otio recte vtat. Et si illud obtigerit, à Chr̃o ĩ eã sentẽtiã denuntiatũ eius afligẽdos eẽ discipulos & irrupturos aliq̃ñ lupos rapaces, ferat id aĩo æquiori. Matth.10 Luc.10 Actorũ.20

Tu vero vigila, in oĩbus labora.] Vides quemadmodum eo hæc illi prædixerit, vt vigilandum iniungeret, perinde ac si dicat. Priusq̃ corruptionis huiusmodi & malorũ tempus adueniat, & lupi irrumpant, labori incumbe & libenter insuda, vt oues in tuto constituas.

Opus fac euangelistæ.] Ergo illud erit euangelium prædicantis negotium, vt à seipso & vltro, tum ab his qui forinsecus sunt, mala perpetiatur, & labores excipiat non inuitus.

Ministerium tuum imple, Sobrius esto.] Tũc enim cuiuspiam cum officio ministerium adimpletur, cum opus impositum exequendo, tolerat mala, & operando insudat.

Ego eĩ iã delibor, & tp̃s resolutiõis meæ istat.] Nõ eĩ ĩmolor dixit, sed delibor. Q̃d sane p̃stãti⁹ est. Siquidẽ haudquaq̃ q̃ ĩmolatiõis sunt, ad deũ oĩa referunt, libatiõis vero vniuersa.

Bonũ certamẽ certaui.] Dicet aliq̃s: Cuius rei gr̃a magna de se q̃dã nunc Paulus iactat? Nõ em̃ hæc iactãdi gr̃a ĩtulit, sed vt discipulum cõsolet, ne ei⁹ ob p̃ximum e vita excessum dolore & mœstitia afficeret. Q̃ñquidẽ optimũ eẽt vitæ finẽ iã habitur⁹, decessur⁹ p̃pediẽ ad coronas, & palmã. Quẽadmodũ em̃ pr̃ aliq̃s ferme iã moriens, vt filiũ sibi assidẽtẽ & mœstũ solet, his vtit verbis. Fili parce lachrymis, desine me obituũ deflere, recte eĩ & vitã duxim⁹, trophæa ereximus, & plurimis sumus potiti victorijs, pro quibus & magnas nobis debet

gratias imperator, cedentéq; in tui admirationem & gloriã, res per me gestæ. Haud sane du- C
bium quin genitor ille hæc in suam laudem dixerit, vt mœrentem filium consolet, vt leuius
ferat eius decessum. Sic dictis his Paulus & Timotheum p eplam tanq̃ testamẽto aliq̃ lenit,
solaturq́;, inquiens: Bonũ certamẽ certaui, itaq; idipsum, & tu sactites velim, & certamen vt
subeas istiusmodi. Dicet aliquis: Num Paule cũ catenæ tibi iam insint & vincula, boni aliqđ
inesse certaminis poterit. Etiã inqt: Est enĩ Chro p me initũ certamẽ, q vinculis astringor.
Nã & q ꝓ bonis hisce nudanis decertãt, multos cõterũt sese exercẽdo & insudãdo dies, &
vno ac breui momẽto victores referũt palmã. At Chri athletas certãtes, præmia q̃dam ppe
Roma.15. tua manẽt & clara. Videor itaq; certamẽ bonum certasse, quod & iocundum est & decorũ.
Cursum consummaui. ⌋Quid ni cum ei abunde euangelium prædicanti à Hierusalem
vndequaq; ad Illyricum vsq; decursum est, & ita decursum, vt multa intercidere nt impedi-
menta, mortes scilicet insidiæ, & alia pleraq; aduersantia. Nec secus ac igneas alas haberet,
quàm multas regiones prædicans incredibili celeritate peruasit.
Fidem seruaui. ⌋Erant enim quàm multa quæ fidem hanc intercipere conarentur, cum
cõminationes & mortes, tum vbi hæc parum valeant, ad gratiam & voluptatem promissa.
Ipse tamen furem quàm maxime cauẽs, vigil & excitus, istiusmodi vniuersis reluctabatur.
De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. ⌋Satis hæc sane quæ dicta sunt, ad consola-
tionem facere videbantur. Verum hoc loco & præmia adiecit, vt magis ac magis discipulũ
excitet, & confirmet. Neq; enim dolendum est (inquit) quandoquidem coronam sum acce-
pturus. Per iustitiam autem vnumquodq́; virtutis genus vel hoc loco designat.
Quam reddet mihi dominus in illo die iustus iudex. ⌋Neq; enĩ dabit inquit, sed reddet
Tanquam debitum aliquod, nõ munus sit recepturus. Quippe qui iustior sit mercedem oĩ-
no decernet laboribus. Fit itaq; vt vel debita corona hæc sit ob iudicis æquitatem.
Non solum aũt mihi, sed & oĩbus q diligũt aduentũ ei⁹. ⌋Hoc loco vel ipm excitauit Ti-
motheũ, dicẽs: Si oĩb⁹, lõge magis & tibi. Verũ qs hũc aduẽtare desiderat? Is nẽpe, q ꝓ eius
aduẽt⁹ dignitate se gesserit. Quo fit vt q ea nõ egerit, nil videat vt iterato ad nos ille se cõfe
rat, cupe, sed poti⁹ id detestari, ne digna factis recipiat merita. Epiphania ãt græce eo aduẽ
tus dr, qa supne apparet, & cœlit⁹ orit. Præter hũc vero vniuersalẽ aduẽtũ siue apparitionẽ
Iohan.14. vt Græci dicũt, est & alius qdam q̃ & seipsum his pbet visendũ, qui se vt visant, merẽt. Non
mundo, quemadmodũ & alibi dicit, ego & pater veniemus & mansionẽ apud eũ faciemus.
Festina ad me venire cito. ⌋Cur ad se Paulus reuocat Timotheũ, præsertim cũ ei credi D
ta esset & demandata Ephesina ecclesia, & genus id omne Ephesiorũ? Nimirũ qa & vinculis
coercebat, & in carcerẽ fuerat à Nerone cõiectus. Nec ad Timotheũ licebat ei accedere, &
ideo Romã hunc ad se reuocat, cupiẽs forsitã priusq̃ mortẽ obiret, complura illi cõmittere.
Demas enĩ me dereliqt, diligẽs hoc seculũ, & abijt Thessalonicã. ⌋Nõ ei dixit vt te visam
añq̃ merorẽ, ne illi mortẽ afferret, sed qa sol⁹ sum destitut⁹ nec quẽpiã habeo ad euãgeliũ di
uulgãdũ adiutorẽ. Accelera ergo tuũ ad nos reditũ. Verũ qd sibi vult illud diligẽs hoc seculũ
id qdẽ pide ẽ ac si dicat: Quietẽ & otiũ abiẽs ille adamauit, & in tuto eẽ decreuit. Maluit eĩ
domi p delitias viuere, q̃ mecũ piclitari. Et hac ĩ re solũ hunc videt arguere, cũ tũ cohortari
nos poti⁹ velit, ne ĩ piculis remollescam⁹, q̃ hũc criminari, qnetiã vt Timotheũ ad se celeri⁹
Crescẽs ĩ Galatiã, Titus in Dalmatiã. ⌋Hos qdẽ nil carpit Aplsi Titus (trahat, id dixit.
siqdẽ ĩter pstãtiores erat, & ĩter admirabiles viros cõnũerãd⁹, ita vt hui⁹ curæ fuerit Cræta
insula demãdata. Hi itaq; duo haudq̃q̃ seculi hui⁹ cupiditate, vl alia q̃uis necessitate, sz pdicã
Lucas est solus mecum. ⌋Is nanq; sic Paulo ipsi adhæserat, vt (di grã alo se cõtulerunt.
2.Cor.8. ab eo nunquam discederet. Idem præterea & Euangelium & Apostolorũ acta vniuersa cõ-
scripsit, de hoc item & Paulus meminit, dicens: Cuius laus in euãgelio est p omnes ecclesias
Marcum assume & adduc tecum, est enim mihi vtilis in ministerio. ⌋ Non in otium di-
cit, sed in Euangelij ministerium. Apls nanq;, & si vinculis erat constrictus, prædicãdi tñ id
munus non intermiserat, eóq; & Timotheum non sine causa reuocat, sed euangelij, vt nihil
fideles sui obitus tpe obturbarent, cum multi essent ex discipulis affuturi, qui turbam & tu-
multus si qui forte oborirent sedarent, confirmarentq́;, qui eius mortem ferrent intolleran-
tius. Erat enim necesse vt magni essent momenti viri quibus Roma demandaretur in curã.
Tychicũ ãt misi Ephesum. ⌋Sol⁹ itaq; derelinqr, q̊ circa necessarius ẽ tu⁹ ad me aduẽtus.
Penulam quam reliqueram in Troade apud Carpum, veniens affer tecũ & libros. ⌋Pe-
nulam, i. vestem. Hanc enim deposcit, ne ab alijs exigere indumenta cogat. Vbiq; plurimũ
cauit, ne aliorum ope indigeret, aut cuiq̃ oneri esset. Nonnulli vero arculam hãc esse dicunt
qua libri reconderentur. Verum quid libris indiguit, qui propediem esset ad deũ demigra-
turus? Vt illos nimirum fidelibus post suam mortem relinqueret, quos sui loco haberent.
Maxime autem membranas. ⌋Hi forsitan libri vtiliora quædam in se continebant.
Alexãder faber ærarius multa mala mihi ostẽdit. Huius aũt meminit tẽtationis & mali,

non vt

A non vt hūc carpat, sed vt Timotheo suadeat, magno animo ferat aduersa, quæ ab infimis & vilioribus ingerunt. Pleriq; eñ cum à pſtantibus viris vexantur, fortiter tolerant, quia diue xantium magnitudō solatur. Ab his vero aliquid perpeti, qui & tenues sint & abiecti, angere magis & vrgere videtur, ideoq; & Paulus inquit: Multa mihi mala ostendit, hoc est, admodum me oppressit & varijs modis. Accedit præterea, q̄ hi qui nullius sunt pretij, nec vlla sunt insigniti virtute, cum aliorum de se iudicium negligunt: vbi aliquem cœperint diuexare nil prorsus de sua malignitate eemittunt, nec parcunt ei quē semel vt perdant aggrediūt.

Reddet ei dñs scdm opa eius.] Cōfide: Nō eñ impune hæc illi pcedēt, sed reddet dñs. i. redditurus ē. Qđ Pauli dictū, vaticinij poti᷒ obtinet locū, q̄ execratiōis & voti. Nō eñ id dixit, vt aliorū deposcat supplicia, quippe q̄ sctitate polleret, sed pdicatiōis necessitate cōpulsus vt cōprimerent q̄ se interciperēt pdicantē. Quod sane vel hos admodum consolatur, q̄ imbecilliores sunt, & in fide nondum obfirmati, credentes nullam habere impunitatē peccata.

Quem & tu deuita.] Non pœnis hunc, inquit, & supplicijs afficias velim, præsertim cum vel id facere illi per spūsancti gratiam licuisset, sed declinandum ab eo secedendumq; præcepit deo item eemittens & pœnas.

Valde eñ restitit veebis meis.] Id est, obsistendo oppugnat prædicationis meæ dicta.

In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me derelıquerūt.] Rursum & tentatiōes alias & peessuras enarrat, vt lōge magis discipulū cōsolet. Prima defensiōe, quā illam dicit. Hāc. s. Nā cū primū esset Neroni illi sæuissimo adstitutus, mortē euasit, & ita vt eo ex tpe pdicādi sibi esset facultas. Sed cū instruxisset ad fidē, quē Nero vini habebat domi pgustatorē, mox ille vesania furens, & Paulū cōiecit in carcerē, & paulo post ei caput pcidit. Timiditatē pretendit, cū oēs se deseruisse fatetur, perinde diceret. Vel familiares & domestici prodiderē, & q̄uis sum consolatione priuatus. Ipse ergo si qñ fueris medijs in malis ab omnibus destitutus, eādem adhibe ad te consolandum medelam, qua ipse sum in tempore vsus. — Paulus a Nerone occisus.

Nō illis iputet.] Vides queādmodū his vl' grauiter delinquentib᷒, veniā impartit. Quos cū haberet familiaritate coniūctos, se tñ destituissent. Nō eñ æque ab alijs pui fieri nos stomachamur, ac cū à notis & domesticis ipsi contēnimur. Precat tñ id facinus minus his in pctm ascribi, tāetsi summū sit scelus & nō negligēdū, sed eñ animaduersione & supplicio dignū.

Dñs aūt mihi astitit.] Ecce & aliū quendā in modū discipulū cōsolat, affirmatq; se, q̄ sit

B ab hominibus derelictus, à deo nō deseri, nec pmitti, vt graue aliquid molestumve patiatur

Et confirmauit me.] Hoc est, fidentiorem me fecit, & fiduciam mihi largitus est, neq; vt conciderem animo, ille permisit.

Vt p me prædicatio impleat.] Aduerte immensam viri huius humilitatē. Nō eñ inqt, q̄si huius sim muneris dignus, eo mihi & vires deus suffecit, sed vt euangelij impleat p me pdicatio. i. confirmet. Vel vt absoluat, & finē habeat, nec secus mecū agat si euangelium illud absoluero, ac agi solet cū his, qui eo mortem deuitant, quia egregijs sint insignibus cōmuniti.

Et audiant omnes gentes.] Hoc est, vt cunctis celebrior fiat, & notior prædicatiōis hæc gloria, & q̄ mihi prospexerit deus, omnibus innotescat.

Et liberatus sum de ore leonis.] Hoc est, Neronis. Leonem enim hunc nominat, ob ei᷒ imperij robur & magnitudinem. Vel forsan ob eius sæuitiam, Non enim lōge à morte tūc abfuit, cum primo in fauces incidisset leonis.

Et liberabit me ab omi opere malo.] Tūc qdē me ingt à corporis morte exemit. Postq̄ vero satis iam prędicauero hūc, hauddubie spero nō mō me à corporea hac internitiōe liberaturū, q̄ppe qui delibandus iam sim, sed vel ab omni opere malo, hoc est, omni pctō, pinde ac si dicat: Nequaq̄ me finet in morte hac tolerāda flaccescere, sed adusq; sanguinē vires suppeditabit obsistēdi pctis. Qđ sane haud secus duxerim, ac si feri & sensibilis leonis faucibus commolerer. Est itaq; hæc salus lōge maioris existimāda, q̄ prior illa, q̄ mortem euaserat. — Ah, cōmoleret.

Et saluum faciet in regnum suum cœleste.] Hoc est, ex omi me ille delicto eripiet, & ibi tutabitur. Id enim est in regnum cœleste saluum reddi, cum in hac vita mortem pro Chro obimus. Ait nanq;: Qui in hoc mundo animam oderit suam, in vitam seruabit æternā. Erit ergo vera hæc salus, cum in cœlesti regno fulgebimus. — Iohan.12

Cui gloria in secula seculorum, Amen.] Ecce nūc haud secus filio gloriam q̄ patri & laudem impartitur, is nanq; dominus est.

Saluta Prisca & Aquilā.] Hi sunt q̄ Apollo illū excipiētes edocuerūt, ad q̄s Paulus ipse diuerterat, & q̄rum frequēter meminit. Præponit aūt fœminā viro. i. Priscā Aquilę, qa & fidelior erat & firmior. Hæc eñ Prisca & Apollo simul ad fidem instituit, & apostolum frequenti excepit hospitio. Iubet autem vtrosq; saluere, vt suam in hos præferat charitatem.

nem est finis, hoc est, qui ad finẽ vsq; in prauis facinoribus perseuerat, vt queat à sterilitate
secedere, et sentes ipsos comburere, et probus effici debet, et benedicti particeps fieri.
Confidimus aũt de vobis dilecti meliora opera et viciniora saluti, tametsi ita loqmur.⌋
Cũ satis iã hos momordisset, incussisset'q; formidinẽ: placat tandẽ et lenit medẽdo, ne pror-
sus reddat infames, sed vt iã resipiscãt hortat. Nã qui torpidũ minus incesserit, torpedinem
proculdubio augebit. Ait igit, Nõ eñ hæc, vos vt improbẽ dixi, neq; vt existimẽ sentibus iã
esse obsitos, sed veritus ne id vobis cõtingat. Nõ eñ expectamus tales vos fore, sed q̃d satius
est, opa vestra saluti propinquiora. i. vestrã salutẽ curę vos habituros. Tãetsi hęc loquimur,
hoc est, acrioribus verbis exacerbamus. Vel etiã de coꝝ vita hęc differit, perinde ac si dicat,
Nõ eñ adeo senticosi vos estis, et peccatis oppleti, quin sperãda sit salus. Vel forte eos de fu
tura retributione cõmonefacit, quasi id inquiat, Neq; eñ adeo estis execrationi propinqui,
neq; tã ad vredinẽ proximi, sed alia quædã vos præmia manent, vt ex sequentibus patet.
Non eñ iniustus est deus vt obliuiscat opis vestri.⌋ Vide quẽadmodũ hos recreauerit, cõ
firmet'q; ad meliora sperandũ, admonitos et prioꝝ opeꝝ, et diuinæ iustitiæ, sic dicẽs: Si eñ
iustus est deus, nequaq̃ vestra opera obliuioni mandabit, q̃ olim gessistis, clemẽtiæ et mutuę

charitatis, pro his hauddubie vobis mercedē ille ꝑsoluet. Nulla ergo vos capiat desperatio, C
q̃quidē expectāda sunt potiora. Habet eñ de⁹ oēm in se æqtatē. Si qd igit habuit mea oro
acerbitatis, nil ꝑfecto vrgēdi vos grā ea sum vsus: qppe q̃s sciā nequaq̃ eē merito execrādos.

Et dilectionis quam ostendistis in noīe ipsius, quia ministrastis sanctis & ministratis. ⅃ Magna quædā fuisse q̃ hi gererent opera, suo testimonio probat aplus, & hoꝝ laudat promptitudinē. Id nãq; ministrādi officiū, summā ministrātis exprimit voluntatē. Charitatē vero eleemosynā dicit, quā nō modo fratribus sunt impertiti, sed in dei etiā noīe aliis contulissent. Vide q̃ maxime illud nos cōsolat. Siquidē nō in ipsis hoībus, sed in deo beneficiū collo
Matth. 25. camus, sicuti & in euāgelio Christus: Quod enim vni ex pusillis istis feceritis, mihi fecistis. Enimuero q dei ob grām fratri diligēter prospexerit, in deū id beneficiū cōtulit. Sanctis aūt
1. Cor. 7. .i. fidelibus ipsis. Est eñ quisq; cū fide & sanctimoniā nactus, vel si in rebus hisce mundanis versetur, si modo fidē operibus coboret. Ait eñ & alibi Paulus: Sanctificatur quidē vir infidelis in muliere fideli, & e cōtra. Parit itaq; sanctitatē fides. Quo fit, vt nō solum in eremo diuersantibus, & præditis sanctitate, quin & laicis erit cura & studium per nos impēdenda. Illi nãq; fide & vita ꝑferunt sanctitatē, hi vero per fidē nonnunq̃, & vitam pleriq;. Attende autē vt eos nunc lenit, placatq;. Nō eñ qui ministrastis inquit, nec vltra progressus est, sed & ministratis subiecit, id est, vel hoc tempore vestrum hoc præstatis officium.

Cupimus aūt vnūquēq; vestrū eandē ostēdere solicitudinē ad expletionē spei vsq; in finem. ⅃ Perinde ac si aliquis quæreret, Quāobrē hæc Paule protulisti, si nihil eras nos incessiturus? Hæc (inquit) eo protulerim, vt in futuꝝ recta progrediamini. Nō vt q̃ ante hac ipsi egeritis improbē, sed vt in posteꝝ vobis prospiciā. Nec volo dixit, q̄d vtiq; ꝑceptoriæ autoritatis fuisset & licentiæ, sed cupimus, q̄d sane est paternæ affectionis indiciū. Nec verbis tenus mea hæc terminat cupido, sed ardet animus vr̃i ob grām. Tantam vim ꝑfert cupiditatis, cū cupimus dicit. Nec vestri solū, sed cuiusuis hoīm. Adeo ille acerrime oīm susceperat curā, cuiusuis conditionis & status, & vniuersos hic tutabat. Cupimus, inquit, vos eandē ostēdere solicitudinē ad expletionē spei, .i. vt plenā & perfectā habere vos spem ꝑficeatis. Aduerte q̃ prudenter hæc tractet: quippe qui ne aperte quidē hos vrgeat: non eñ à spe, inquit, vos excidistis, & resipiscite tandē, sed subinde id mitius dicat, velim equidem omni vos studio niti, vt quales olim fuistis, tales vos in præsenti & in posterum exhibeatis.

Vt non segnes efficiamini. ⅃ Vel id quidem subiungit, vt hos cōsoletur. Nā & in futurū D
rem ipsam producit. Dixerat nanq; superius, q̃quidem torpidi estis effecti, sed auditu. Ibi quidem solis auribus torpedinem terminat: nunc vero, prospicio inquit, quo minus ad animum hæc pertingat segnities. Nā quemadmodū corpori otiū & inexercitatio officit, sic & animo bonoꝝ opeꝝ obest neglectus, & homines reddit somnolentiores & torpidos.

Veꝝ imitatores eorū q fide & patiētia hæreditāt promissiões. ⅃ Cōmemorat q̃ antehac optime peregissent, & ex eorū recte factis ꝑfert nūc argumēta, & ad pristinū statū traducit. Verū ne forsan existimēt se plane indignos q̃s haberi rō debeat, eosq; & spretos fuisse à deo & destitutos, ostēdit tētatiōibus viros eo acrius diuexari, q̃ magis animi magnitudine polleant, & deū ipm magnis & ꝑstātibus viris sic vti solere. Nā si cōfestim traderet q̄d fuerat pol
Fides patiētiā gignit. licitus, nequaq̃ quāti eēt q̄rundā fides pateret. Tūc eñ aequit qs fidē ꝑstare aliqd pollicenti, cū etsi lōgius interlabit tēpus, sperat tñ promissa se accepturū, nec mœret desperās, vel torpet. Ait itaq;, Eo quidē pungētia loquor, vt vos excitē tandē ad hos imitandū, q promissoꝝ iam sunt hæreditatē adepti. Qui vero hi sint, paulopost dicturus est. Aduerte aūt, quemadmodū prius fidē posuerit, deinceps & patientiā subdat. Ex fide nãq; & patiētia orit. Ni eñ quis prius crediderit, daturū deum quod ante promiserat, nil patienter morā hāc tolerabit.
Gen. 22. Abrahæ nãq; promittens deus, qm̄ neminē habuit per quem iuraret maiorē, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedicam tibi, & multiplicās multiplicabo te. ⅃ Cum multa sint q̃ ex fide hæreditarūt promissa, alios quidē interea ꝑterit, relinquitq; posteris cōquirendos vnius dūtaxat Abrahæ meminit, cū ob personæ autoritatem, tū quia hic ꝑcipue, cui pleraq; promitterent, dignus est habitus vt promissa assequeretur. Vnde & arguit nihil esse intoleranter ferendū, sed expectandū deū, qui promissa nō statim dependere, sed longo post tempore cōsueuit. Verū qñ iurauit dn̄s? Nimirū vel ipsis quidem in verbis iusiurandū hoc esse arguitur, cū inquit: Per memetipsum iuraui. Forte etiā, cum nisi, inquit, dicturus est quispiā dei esse hoc iuramentū per semetipsum iurātis. Nisi vero, pro certe positū est, q̄d sane nil aliud præfert, nisi q̄d veritatem affirmat. Veritas vero quis esse præter deum alius potest? Sic & in euangelio dn̄s: Amen dico vobis, eodem vtitur et simili iuramento. Cum eñ nō haberet præstantiorem per quem iuraret, per semetipsum iurauit sicut et pater.

Et sic lōganimiter ferens adeptus est repromissionē. ⅃ Cum eñ cū in ep̄læ calce dicturus
Infra. 11. sit Paulus, hi oēs non retulerunt repromissiones, sed e longinquo eas spectarūt et salutarūt, nunc vero asserit fuisse Abrahā promissa iam assecutū. Non eñ iisdem de rebus hoc loco et alibi

A alibi differit. Hic quidē facit de his mentionē, q̃ in vita hac promittunť, q̃ post diuturnũ tempus adeptus est Abrahã: Ibi vero de cœlestibus, q̃ nondũ est cõsecutus. Vtrunq; tñ magnum his affert, qui pusillo sunt animo, solamen. Quãdoquidē promissa hæc si magno animo fuerimus, consequemur. (Abrahæ lõganimitas) Alias vero arguemur vesaniæ, si nondũ Abrahã qui tot iã seculis naturæ cõcessit, eadē illa est assecutus, ipsi vero ægreferemus nondũ his esse potitos. Aduerte aũt, cũ longanimiter dixit, nõ minus ex diuinis promissis hæc assequi posse, q̃ per magnanimitatē & tolerantiã. Nunc vero cũ longe secus rem suadet his euenturã. i. intercidi posse promissa, cũ ipsi diffidim⁹ sterritat, idipsum affirmãs in deserto vaganti populo cõtigisse. Qui cum in desperationē venisset, & diffidentiæ malũ, promissionis terrã non est consecutus. Dicet aliquis: Bene habet, Cur tamen nec sanctissimi viri, etsi tolerantiã de se pstitere, hanc ipsam nõ attigerunt? Quia in fine, inquit, illã sunt hauddubie adepturi. Vulgus vero querulum illud, nec diuinas illas attingere potuit promissiones, nec prorsus attinget.

Hoīes eñ p maiorē sui iurãt, & oīs eorũ cõtrouersiæ finis, ad cõfirmationē est iuramētũ.⌋ Id est, iureiurãdo altercatiõis oīs ambiguitas tolliť. Nã & vltro citroq; multa dicunť, vt res ipsa patescat, ius tñ iurãdũ postremo inuadēs cõfirmãsq;, soluit id omne quo de ambigitur.

In quo abundãtius volēs deus ostēdere pollicitatiõis hæredibus immobilitatē consilij sui interposuit iusiurãdũ.⌋ Cũ itaq; res ita se habeat, vt iusiurãdũ certiorē singulis rebus faciat fidē: idcirco, inquit, & deus hoc vtitur, in quo. i. cũ per se iurauerit deus, abunde nobis ostēdit factuꝝ oīno sese quæ promiserit. Oportuit tñ deo ipsi vel iniurato, fides haberi. Tolerat tñ ille nostri ob grãm cũcta, & nil prorsus eius dignitatē attendit, sed modo vt nobis suadeat, vt ei fidē pstemus, & faciat fidentiores. Vel ad humanã hãc descendit iurandi cõsuetudinē, & sustinet de se indigna iactari. Nos eñ fideles, promissoꝝ hæredes efficimur, qbus in eius semine, q̃d Christus est, benedicitur. Aduerte aũt quēadmodũ vel tunc filiũ dicit mediatorē, deum inter & homines constitutũ. Per hunc itaq; vt verbum, iurabat deus ipse & pater.

Vt per duas res immobiles qbus impossibile est mētiri deũ. ⌋ At qualis est, & cuius promissio, q̃ iureiurando fit confirmata? Et qm̃ id apud hoīes & certius videť & fidius: eo & illud adiunxit, in quibus. i. ex quibus his duobus fidissima videtur promissio. Nec fieri potest, vt mendax aliquo pacto conuincatur deus. Vt igitur hic nostri gratia iurat, etsi eum dedeceat iusiurandum, & ita hunc didicisse, ex quibus perpessus est, scito. Homines enim id certius tenent, quod sit experientia comprobatum.

B Fortissimũ solatiũ habeamus q cõfugimus ad tenendã propositã spem.⌋ Hoc est, summã quãdã monitionē & hortamētũ. Nec plus quidpiã Abrahæ ratiõe, q̃ nostri id diciť, q ad eũ bñ sperãdo cõfugimus. Veꝝ vbinã fortissimũ id habemus solatiũ & exhortationē? Nimirũ in tenēda proposita spe. i. ex his quæ fuere Abrahæ illi collata, vt de nostris his certiores reddamur & tuti, nec de cœlestibus ambigamus. quoꝝ nobis esse spes certior debet, sed firmiter & tuto spem eã detineamus, nec sinamus hãc ipsam effluere. Nõ eñ secus nobis ac Abrahæ facta pollicitatio est, quin certior nobis, qui in Christum credimus, vt dictum est supra.

Quã sicut anchorã habemus aīæ tutã atq; firmã.⌋ Quã spem. s. anchoræ loco habemus. Nã vt illa cũ tēpestas ingruerit, nauigia cõtinet, sistitq;: sic & spes ipsa, q tētationibus agitanť & nutãt, stabiles reddit & patiētes. Nec simplr anchorã dixit, sed tutã adiunxit & firmã. Est pterea anchora alia quædã quæ nauim haudquaq̃ seruat immotã, si vel putridior vel leuior sit, nõ ab re itaq; fundamentũ hoc loco coticuit, & anchorã dixit. Illud eñ magis obfirmat, & molē impositã fortius sustinet, & his qui sapientiæ student, subijcitur. Hæc vero fluctuantibus & nondum obfirmatis, quales hi erant qui tentationum procellis exagitabantur.

Et incedētē vsq; ad interiora velaminis.⌋ Dixerat supra, expectatesfuturũ est eñ vt sperata perficianť. Nunc vero q̃d est certius affert, ait eñ: Per spem iã illa cõsequimur. Spes eñ hæc permeãs cœlũ, pmissoꝝ nos cõpotes & in his, vt plane versemur, effecit. Tãetsi videť in terris cõsistere. Est nãq; spei huiusce vis tãta, vt cœlestes reddat q incolũt terrã Quēadmodũ (Spei vis quanta.) eñ in veteri test. velamē, sanctius tabernaculũ coercebat & seiũgebat à cęteris, sic & cœlũ nobis obtēdiť, vt inferiora hæc à cœlestibus abigat & diuinis, q̃ vt spe inhabitem⁹, nihil obstat.

Vbi pcursor pro nobis introiuit Iesus.⌋ Cũ enim, inquit, spes nostra cœlũ ingrediť, q̃d dixit cõfirmat, ex rebus ipsis & fidē adiungit. Christus nanq; in cœlũ se cõtulit, sed pcursor, id est, eodē cõcessuris et nobis, ducē se præbuit. Qui enim pcursor est, nõnulloꝝ est insequentiũ præuius. Nec magna est inter præuiũ hunc et subsequētes intercapedo, sicuti nec longe post Iohannē subsecutus est Christus. Quapropter nolite animo obturbari, si nõdũ ea loca adiuimus, q̃ pręcursor et præuius dñi tenet. Nec satis habuit, præcursorē dixisse, quin et vester adiecit, vt maiorē faciat fidē, perinde ac si dicat: Non eñ erat illi necesse vt cœlũ ingredereť, quippe cui semper vt deo cœlũ pateret, sed quēadmodũ pro nobis carnē accepit, sic etiã nostri ob grãm cœli intima penetrauit, vt viã et nobis sequentibus aperiret, Sumus ergo et nos necessario quo ille profectus est, concessuri. Vel pro nobis, id est, vt patrem nobis

 suo

suo intercessu conciliet, ficuti & pontifex semel in singulos annos, sacra illa templi penetra- C
lia, deum populo conciliandi gratia adibat.
Secundũ ordinẽ Melchisedech pontifex factus est in æternũ. Vel id quidẽ ad hos cõso
landũ admodũ valet. Siquidẽ põtifex noster in cœlis versaſ, & longe pstat Iudæorũ pontifi
ci, sed modo qdã & ordine. Nõ eñ pro illorũ, sed pro Melchisedech ritu est põtifex institu-
tus. Hunc præterea & loco & tabernaculo superat, qd & superius sit & in cœlo, & testamen
to cõstet. Excellit etiã, quia maioribus rebus & perfectioribus præsit, & loco tutiore consi-
stat, quippe qui perpetuus sit, & nõ tẽporarius: quin & persona ipsa potior est: est nãq; à deo
progenitus. Nihil ergo est vobis extimescendũ. Hæc aũt propter humanã carnẽ sunt expli-
cata, secundũ hanc eñ pontifex factus.

CAP. VII.

HIc eñ Melchisedech rex Salẽ sacerdos dei altissimi, obuiauit Abrahæ regresso à cæ
de regũ, & bñdixit ei, cui decimas oĩm diuisit Abrahã. Fert sane apostoli animus,
qd inter nouũ vetusq; testamẽtũ intersit, ostendere. Quod etiã statim in ipsis epłæ
primordĳs ptulit, inquiẽs: Olim quidẽ locutus est patribus deus p seruos pphetas,
Cap.1. nobis vero in filio, i. in nouo testamẽto. Et qm auditores infirmi erant & imbecilli, ad quos
istiusmodi perscribebat, vtpote q ægre ferrẽt pressuras, hos interea collapsos aĩo reficit. Et
Melchise- cũ eos satis ad tolerantiã reuocasset: rursum de noui testamẽti pstãtia sermonẽ inducit. Sed
dech Abra vide q̃ prudẽter id agat. Ostẽdit eñ Melchisedech, q Christũ præfiguraret, dignitate Abra
hã dignita hã anteire. Nõ eñ si illũ non anteisset, fuisset bñdictus hũc prosecutus, vel eius decimas exce-
te [illegible] pisset. Cũ itaq; ex Abrahã ipso ortũ ducerẽt legitimi sacerdotes, perspicuũ est, vel ex hoc il
lũ pstare, tanq̃ qui bñdicta impertiret, & decimaret aliorũ fortunas. Qua in re differre à legis
sacerdotibus cõstat. Quãto igiẽ magis verus ille Melchisedech Chrs cæteros sua magnitudi
ne anteibit? Hæc vero ad Christũ oĩa rediguntur. Intercisa deinde de Melchisedech (quã ce
perat) narratione, subinfert & mystica quidem & spiritaliter, per allegoricam historiam.
Primũ quidẽ interpretaẽ rex iustitiæ. Ostendit hoc loco quemadmodũ Melchisedech
Chri præfert figurã, qd vel ex noĩe ipso perspicuũ est. Melchi nãq; rex interpretaẽ, zadeck
vero iustitia. Quis eñ alius fuit iustitiæ imperator, nisi Christus ipse & Iesus noster dñs, qui
persoluto mortis, quo obligamur, debito, nihil qd ad æquitatem spectaret, prætermisit.
Deinde aũt rex Salem, quod est rex pacis. Vel ex ciuitate ipsa id liquet. Salem nanque
pax dicitur. Nam quis alius, Christũ præter, pacis esse poterat rex, qui cœlestia simul & ter- D
rena pacauit? Nulli itaq; hoĩm competit iustitiæ & pacis imperio, nisi Christo, potiri.
Sine patre, sine matre, sine genealogia. Affert & aliam quandã similitudinẽ. Nã vt Mel
chisedech, inqt, nõ quia parẽtes nullos habuerit, quippe q vt cæteri hoĩes in lucẽ prodierit,
sed qa eius generatio subobscurior fuerit & literis nõ sit demãdata, nec huius qui nã fuerint
progenitores noĩe explicanẽ, sic & Chrs secundũ inferiorẽ hanc & humanã sobolem, patre
caret. A virgine eñ Maria & sola secundũ carnẽ est natus, & matre quidẽ secundũ supernũ
illũ & cœlestẽ ortũ. Nam à solo patre ante omnia secula sic genitus est, vt nec dici possit, nec
Esa. 53 mẽte cõprehẽdi. Est pterea sine genealogia. Ait eñ: Generationẽ eius quis enarrabit? Nam
& qui in cœlo hũc genuit pater, inenarrabilis est. Et modus ipse nascẽdi, & q̃ cũ in terris pe-
perit mater, rationi naturæ minus subĳciunẽ. Nec legi vlli humanæ vel partus ipse obstrin-
gitur, quẽadmodũ. s. q̃ virgo esset, genuerit, vt sine dolore, & hmõi cætera. Vere itaq; Chrs
& matre hoc pacto carebit & patre. Melchisedech aũt nequaq̃ poterit veris parẽtibus frau
dari, id eñ credi nõ potest. Sed ideo hæc Paulus refert, qa huius parẽtes nequaq̃ sint sacris li
teris explicati, & idcirco dicitur genealogia carere. Quasi illud dicat aplus: Sic eñ dixeram
sine patre Melchisedech & matre fuisse, q eius genus nusq̃ sit in sacris literis explicatum.
Neq; initiũ dierũ, neq; finẽ vitæ hñs. Assimilatus aũt filio dei manet sacerdos in æternũ.
Vel id ita intellige, quẽadmodũ supius diximus, Melchisedech vero vt hõ principiũ habuit
proculdubio & vitæ finẽ, cuiusmodi tñ nos ignoramus: quippe qui nec eius geniture, nec
mortis tẽpus tenemus. Quo sit, vt quo ad nostrã cognitionẽ, quã nullam prorsus de hoc vel
nascẽte, vel moriẽte habemus: nec principiũ habet hic vllũ, nec finẽ. At Christus, qa vt deus
hauddubie nec dierũ habet initiũ, vtpote q principio careat, si tẽporũ aduertamus principia,
tametsi à patre vt causa ducat originẽ: nec finẽ habet, quia æternus. Vbinam genitũ Arriani
nunc agunt? Audiant quẽadmodũ nunq̃ esse cœperit filius, Paulo identidem astruente. Et si
quẽ forsitan dubitatio hmõi aliqua subiret, quo pacto Chrũs esse secundũ ordinẽ Melchise-
dech sacerdos poterit in æternũ, quãdoquidẽ vt cæteri hoĩes Melchisedech naturæ cõcesse
rit, nec in æternũ sacerdotio sit ille potitus? Ambiguitatẽ hmõi ita soluemus. Et Christũ fate
mur, cũ sit æternus, nec habeat finẽ, vero hoc fungi & perpetuo sacerdotĳ munere, & ita vt
vel hoc tpe pro nobis offerre sacrificiũ, pro eius ĩ nos bñficĳs, existimeẽ. Acceditq; qd apud
patrẽ pro nobis etiã intercedat, & hũc in modũ nobis sacerdos ipse lõge magis prodesse ar
guitur, maioriq; mysterio quodã & mirũ in modum et præter omniũ intellectũ sese in cibũ
& potũ proponit. Melchisedech aũt perpetuo diciẽ sacerdotio fungi, nec quidẽ q perpetuo

A effet victurus(mortẽ eñ iã multis feculis obijt)fed qa de eius morte nil habet in diuinis exploratũ codicibus,vt ex his pernofcere liceat,quo tẽpore facerdos effe defierit.Datur ꝑterea id vel ex ipfis nominibus plane intelligi.Nã hoc vnicũ erat Melchifedech cognomentũ,ꝙ Salem rex vocaret,Chr̃o vero certiora &vera inerant cũcta.Vnde nec principiũ habet nec finem,cũ principio ille & fine idcirco caret,quia nil quicq̃ de eo fcriptũ cõftaret,fed Chrifti duntaxat figuram hic præferebat,qui vera omnia præ fe,& propria tulit,non aliena.

Intuemini aũt quãtus fit hic cui decimas dedit de ꝑcipuis Abrahã patriarcha.⌋ Cũ figurã veritati accõmodaffet.i.Melchifedech Chr̃o:nũc demũ fidẽs figurã ipfam Melchifedech Iudæorũ facerdotibus clariorẽ arguit extitiffe.Neq; his modo quin vel Abrahã patriarchã ipfum ꝑftare.Si igit̃ figura tãtopere cęteros antecedit,lõge magis & põtifex Chr̃s incõparabiliter iftos dignitate & anteibit,q per illã fignificat̃. Intuemini,inq̃t,& diligẽter aduertite,q̃li fit ifte,& quantũ excellat,cui munera detulit,nõ plebeius aliquis & abiectior,fed Abrahã patriarcha egregius.Nec temere quidẽ patriarchę nomẽ adiecit,q̃n eo id egit,vt eius perfonã magis extolleret ex ἀκροθινίων.i.ex melioribus & honoratioribus fpolijs.Nec dici id ꝑt, Abrahã dona hæc & exuuias fuiffe Melchifedech ĩpartitũ,qa fecũ vna hic militaffet,&ob id ꝑmia huic depẽdiffet militiæ.Sed domi fe cõtinẽti,mũera & decimas detulit,& ideo dixit fuperi⁹ obuiã Abrahæ Melchifedech ꝓceffiffe.Si igit̃ mũera hęc ĩpertita Abrahã,arguũt Melchifedech illũ lõge ꝑftãtiorẽ:q̃to magis cõftabit,vt̃ legis facerdotib⁹ ill̃ m̃ltis modis ꝑcellere

Et quidẽ de filijs Leui facerdotiũ accipiẽtes,mãdatũ habent decimas fumere à populo fecundũ legẽ.i.à fratribus fuis,quanq̃ ipfi exierũt de lumbis Abrahæ.Cuius aũt generatio nõ annumerat̃ in eis,decimas fumpfit ab Abrahã.⌋ Cõfirmat nũc Paulus, quẽadmodũ Melchifedech Abrahã ipfum ꝑftaret,aitq;,eos q ex tribu Leui facerdotio fungerent̃,ob ipfius facerdotij dignitatẽ à populo decimas accepiffe.Vnde perfpicuũ eft potiores hos & honoratiores cæteris extitiffe.Nã qua alia de caufa fieret,vt populus operi & labori intẽderet,& fæpe calamitatibus multis affictaret̃,facerdotibus ipfis orãtibus,nec terrã colẽtibus ex omni vel fructuũ vel animantiũ genere depẽderet decimas,nifi qa & fanctiores funt, & operi maiori intendũt? Tanti eft ꝑcellẽs facerdotij dignitas,& adeo funt q eo fungunt̃ fratribus fuis fublimiores,tametfi hi ex eodẽ parente prodierint:Melchifedech igit̃,qa decimas ex Abraham fufcepiffet,quanq̃ eius generatio nequaq̃ in eis annumeraret̃.i.nõ ex eadẽ tribu effet ille pro- Sacerdotij excellentia

B genitus,quippe q alienigena fuit,illi ꝑfertur & habet̃ præftantior.Nã quo pacto alieno homini decimas Abraham detuliffet,nifi venerationi hũc cæteri habuiffent? Si Melchifedech itaq; q Chrifti figuram ꝑtendit,dignitate præftare & Abrahæ quidem videtur, longo vtiq; interuallo & Chriftus ipfe,qui verus eft pontifex facerdotibus lege inftitutis,præftabit.

Et hunc qui habeat repromiffionẽ,benedixit.⌋ Quia vt reliqua omitiã,vnũ illud præcipue Abrahæ nominis magnitudinẽ attuliffet,ꝙ à deo fcilicet promiffa acceperat,nũc illud adiecit,ei videlicet Melchifedech qui Chrifti præferret figura benedixiffe,qui & tanti effet & tam præclarus,vt & dei colloquio fit dignatus,& ex promiffo haberet dñm obligatum.

Sine vlla autem contradictione,quod minus eft,à meliore benedicitur.⌋Dixerat Melchifedech benedictis fuiffe Abraham profequutum.Enimuero neminem præterit, idq; omnes habemus,nullis obftantibus exploratũ,qui benedixerit ei præferri,potioremq; effe q̃ is cui fit benedictum.Erit ergo nunc(inquit)Melchifedech,qui Chriftum dominum præfigurat,Abraham melior longe atq; præftantior,videlicet in quo deus futurã Chrifti maximã præeminentiã huiufmodi benedictionis prærogatiua dignatus eft declarare.

Et hic quidẽ decimas moriẽtes hoĩes accipiũt.Ibi aũt cõteftat̃ qa viuit.⌋Vel aliũ quendã in modũ nũc arguit Melchifedech ipfum facerdotibus legis ꝑcellere.Hi eñ inquit hic.i. fecundũ legẽ acceptis decimis moriunt̃:Ibi vero.i.fecundũ Melchifedech figurã & fignificantiam,decimas capiebat,qui à fcripturis vitæ teftimoniũ habet.Tu eñ,inquit,facerdos in æternum fecundum ordinem Melchifedech. Quod autem mirum hic videri poffit & Pfalm.109

non credendum,nempe vt in æternum Melchifedech viuat,ita intelligas, vt fuperius diximus, quod nulla fit fcilicet de eius morte in facris literis habita mentio.Nonnulli autem ꝙ moriant̃ Leuitæ,& nõ moriat̃ Melchifedech,ita accipiũt,Quia ritus videlicet Leuitici facerdotij mortalis fuiffet,q̃ppe q iã effet abolitus:Melchifedech vero fiue fecũdũ Chr̃m facerdotalis hæc inftitutio,& viuit & ꝑmanet,& ꝑpetuo ẽ ꝑmãfura,vt q̃ ab eo cui⁹ vt nullũ initiũ ẽ,ita nec finis q̃q; futur⁹ fit(q̃d & ꝑ Melchifedech ignoratos parẽtes indicat̃)originẽ habeat

Et(vt ita dictũ fit)per Abraham & Leui,qui decimas accepit,decimatus eft.⌋Ne forte hæc legis inquiant facerdotes.Quid illud noftra intererit,fi ab Abraham ipfo per Melchifedech exactæ funt decimæ? Ita r̃ndet,qua illius exẽplo decimatus eft Leui,q noftri obtinet facerdotij principatũ.Melchifedech vero ille qui decimas accipit,nonne Leui eft potior,à quo videt̃ per Abrahã decimas capere? Et(vt breuiter dicam)quafi dictum caftigat apoftolus,tanq̃ facinus audax vifum vt Leui decimaretur,qui nondum in lucem prodierat.

Adhuc eñ in lumbis patris erat q̃ñ obuiauit ei Melchifedech.⌋Confirmat quẽadmodũ

 C

decimatus sit Leui,aitq́;:Cũ em̃ ab Abrahã progenitore acceptæ sint decimæ,& à Leui exiguntur virtute,tanq̃ qui in Abrahæ adhuc lũbis consisteret,futurũq́; esset,vt huius ex semine & si nondũ genitus fuerat,procrearetur. Nec Leuitæ dixit,sed Leui,vt p̃stantiã præferret. *O quid ille est dicere ausus,Iudæorũ em̃ instituta eiecit. Et idcirco dxit superius,quia negligentes estis & torpidi,quia & hoc erat dicturus,ne si prius ignauiæ hos arguisset, minus postea Pauli dicta pungentia tolerarent. Horũ ita animos ad eius arbitrium præparatis instructisq́; Paulus quodcũq; animo resedisset,nũc explicat. Neq; enĩ,quẽadmodũ susceptũ semen continet terra,sic & anima dei verbũ vel tenet vel fouet. Ibi nanq; inest natura, quæ & firmitudinẽ habet & soliditatem,hic vero voluntas. Res sane multiplex admodũ,& inconstãs & nutabunda,eoq́; necesse est,vt præceptor q̃ multa longe ante dispenset.

*ali,Neque grauius quicq̃ ausus est dicere,

Si ergo cõsummatio p̃ sacerdotiũ Leuiticũ erat(populus em̃ sub ipso legẽ accepit)quid adhuc necessariũ fuit secũdũ ordinẽ Melchisedech aliũ surgere sacerdotẽ, & nõ secũdũ Aaron dici.] Ostẽdit quẽadmodũ Melchisedech ille Abrahã anteiret,& Leui in ordinẽ sacerdotij illis effectus. Nũc vero aliud quoddã inducit argumẽtũ, demõstrãs scd̃m Chr̃m sacerdotiũ eẽ Leuitarũ lõge sup̃ius,q́ &Chri cõsummatũ sit & p̃fecti⁹,illorũ vero imp̃fectũ & mancũ. Nã si p̃fectũ eẽt sacerdotiũ legis,necesse fuisset pro ritu Aaron surgere sacerdotem. Aaron nãq; de tribu Leuitica oriũdus,alioqui haudquaq̃ secundũ Aaron,sed scd̃m Melchisedech institutũ sacerdos dicit surrexisse. Cũ itaq; imp̃fectius illud coarguat,alius quidã inducit ordo. Apertius tñ in subsequẽtibus hæc explicat Paulus, p̃inde ac si dicat,Si em̃ Chr̃s scd̃m ordinẽ Melchisedech prius iã extitisset,deinceps eẽt & lex subsecuta,iure forsan obijceret aliqs cũ minus esset scd̃m Melchisedech sacerdotiũ absolutũ. datũ fuisse & legis illud,q̃d Aaron eẽt. Nũc vero cũ Chr̃s sit ipse q eo muneris fungit, & aliã capit sacerdotalis dignitatis figurã,p̃spicuũ est,q̃nquidẽ imp̃fectũ sit Aaron ipsius sacerdotiũ,pro eo aliud fuisse inductũ,q̃d sub ipso legẽ acceperit. Quasi dicat,Nemo poterat Aaron cõsummatũ dicere sacerdotium,quippe q̃d alijs,nõ Hebræis sit traditũ, tñ populo plane collatũ,in eoq́; & populus ipse legẽ accepit,hoc est,iussus est huiuscemodi sacerdotio vti,& ad eius ritũ intẽdere,& illius gr̃a oĩa exequi. Cur ergo si quæras illud eiectũ est,quia impotẽs certe & inualidũ fuerat.

Translato em̃ sacerdotio,necesse est,vt & legis trãslatio fiat.] Patefacit hoc loco,quemadmodũ lege ipsa cessante & redacta in nihilũ:cõsequẽter & illud esset testamentũ inductũ. Nam si alio traductum est sacerdotiũ,necesse est & legem aliam esse:Q̃nquidem nequit sacerdos sine testamẽto & lege cõstare. Translatũ est itaq; sacerdotiũ,non solũ pro modo.i.q̃ nequaq̃ pro Aaron ipsius Melchisedech institutis & ritu cõstet,sed tribu. A sacerdotali nãq; Aaron tribu in regiam illã Iuda traductum est id sacerdotium. Sed attende mysteriũ. Hoc em̃ cum regale fuisset,mox est & sacerdotale effectum. Quemadmodum Christus cum rex perpetuo esset,sacerdos tamen euasit cum carnẽ assumpsit,& sese in sacrificium obtulit. D

In quo enĩ hæc dicuntur,de alia tribu est.] Ostendit præterea,quemadmodum & secundum tribum translatum sit sacerdotium,aitq́;:Christus in quo,id est,de quo dicitur huiuscemodi,& in quo hæc sunt terminata,de tribu alia est,Iuda scilicet.

De qua nullus altario præsto fuit.] De qua tribu qui ortum duceret,nemo præsto fuit altario,id est,aræ appropinquauit,vel sacra curauit.

Nume. 24
Mich. 4.
Luc. 1.

Manifestum est em̃ quia ex Iuda ortus sit dñs noster.] Optime dictum,ortus est,& ex Abrahæ vaticinio sumptum,oritur stella ex Iacob asserentis,& ex Micheæ prophetia mutuatum qui solem iustitiæ Christum appellat. Quibus ex vaticinijs ostẽditur fore,vt orbi terrarũ hic illucesceret,aperiretq́; mortalium mentes eius præsentia.

In qua tribu nihil de sacerdotibus Moses est locutus.] Cum constet in Iudæ tribu Mosen q̃ sunt in bello administrata narrasse:de sacerdotibus tamẽ nullam facere mentionem.

Et amplius adhuc manifestum est si secundũ similitudinẽ Melchisedech surrexisset sacerdos alius.] Quid em̃,cum manifestũ est inquit,præfert ap̃lus? Nimirũ quod inter vtranq; iustitiã interiacet medium. Vel in grãm redijsse sacerdotium asserit cũ testamẽto,idq́; nõ solũ patere,quia ex alia tribu prodierit qui surrexit sacerdos,nec vltra sit hic ex Leuitica proditurus,sed etiã ex eo q̃ dicturi iam sumus. Videtur em̃ superuacaneum si secundum ordinẽ Melchisedech,& reliqua,id est,q̃n secundum Melchisedech ordinem surgit sacerdos.

Qui nõ scd̃m legẽ mãdati carnalis factus est,sed scd̃m virtutẽ vitæ insolubilis.] Ex Melchisedech em̃,nõ aliorũ sacerdotũ ordine est Chr̃s sacerdos effectus. Illi nãq; à lege sacerdotiũ accipiebãt,q̃ carnis haberet mãdata,iubet em̃ hmõi:Carnẽ p̃cide,& carnem abluito,& à carne abstine,et carnis bona assequeris:Melchisedech nullis eiusmodi, sed diuina virtute nititur,idcirco illũ et vita in æternũ potiri affirmat et sacerdotio insolubili. Viuere aũt hunc ita accipies,vt supra est explicatũ,et q̃a nihil nobis eius de morte cõstet. Vel tanq̃ de sacerdote dictum id fuisse intellige. Perinde ac si dicat:Qui sacerdos alius.i.Chr̃s,nõ scd̃m legis carnale mandatũ,sacerdotium ipsum accepit,sed patris virtute et suapte potẽtia,insolubili sacerdotio fungitur. Erat aũt à re nõ alienum,vt cum carnalẽ dixisset et sp̃ritalẽ adijceret,

A At quo pacto adiecit, cū ſecundū virtutē vitæ inſolubilis dixit? nam & breue aliquid & mo-
mentaneum per carnalem expreſſit. Et iure quidem ad eam temporis breuitatem vitæ ad- Pſalm. 109
didit inſolubilis, Chriſtum arguens virtute propria vitam perpetuam aſſecutum.
Teſtatur em̄, qm̄ tu es ſacerdos in æternū ſecundū ordinē Melchiſedech.⌋ Cōfirmat ex
his quod ante dixerat, inſolubilis vitæ, aitq́ꝫ: Scriptura quidem aſſerit in æternū eſſe hunc ſa
cerdotem effectum (oportuiſſet enim non ſecundum Melchiſedech ordinem dici, ſed ſecun
dum Aaron.) Nunc vero cum ſecundum ordinem Melchiſedech deſcribatur, perſpicuū eſt
Chriſtum haudquaq̄ ex lege, ſed modo alio quodam longe diuiniore ſacerdotio fungi.
Reprobatio qdem fit ꝓcedentis mādati, ꝓpter infirmitatem eius & inutilitatē. Neminē
em̄ ad ꝑfectum adduxit lex.⌋ Dixit, quemadmodū legis fieret trāslatio, idq́ꝫ vel argumētis
oſ̄dit, & demū cām affert. Mos em̄ eſt nobis mortalib⁹, tūc alioꝝ acqeſcere dictis, cū ea cer
tis qbuſdam rōnibus comprobant. Inquitq́ꝫ: Eo em̄ facta eſt reprobatio. i. cōmutatio quędā
& repudiatio ꝓcedentis mādati. i. anticipātis teſtamēti, qa infirmū eſſe & inutile deprehen-
ſum eſt. Quæret aliqs: Quid illud? Neminē ergo lex ipſa iuuit? Iuuit qdem, ſed aliogn vt ꝑ-
fectionē afferret, nil ꝓfuit, qa neminē, inqt, ꝑfectum effecit. Cur ergo lex ipſa infirmior eſſe
arguebat? Quia ſolis & nudis lr̄is imperantibus nitebat, vtputa. Hoc facito, illud caueto, nec
vllas ad exequēda mādata vires ſuppeditabat, q̄les in pn̄tia nobis p ſpm̄ ſuggerunt. Sed in-
uaſuri mox ſunt q legē detrectāt hæretici, & ecce nūc Paul⁹ legē improbat, dicturi ſunt. Ve
runtn̄ o inſenſati, nō em̄ hic neqtiæ arguit legē, ſed inutilē dicit, & eo infirmā, qa nequeat ꝑ-
fectionē afferre. Nā quemadmodū lac tenellis infantibus deſtinatis tp̄ibus lōge plurimū cō-
fert, ætate vero ꝓuectioribus nil ꝓrſus cōducit, ſic & lex ipſa Iudæis eſt impꝑfectioribus ꝓfu
tura, cū illos ab Idoloꝝ cultu deterreat abigatq́ꝫ, & ad deū traditis ꝓceptis nōnullis traducat
His vero q ꝑfectiores euaſerint nil ꝓrſus eſt ꝓfutura. Nam purificationes q̄ſdam iniūgit, &
ſacrificia carni accōmoda, qbus minus indiget ſpiritales, & idcirco nunc reprobat. Solet em̄
ea refelli, q̄ poſt lōgam cōſuetudinem improbitatis tandē cōuicta, & nullius ꝑinde ꝓfectus,
repudiāt. Lex itaq́ꝫ tādiu olim obtinuit dn̄atū & ī ꝑtio fuit, q̄diu incōmodū cedere videbat.
Introductio vero melioris ſpei p quā adproximam⁹ ad deū.⌋ Reprobatū vtiq́ꝫ ē legis mā
datum, & ſubinducta ē ſpes. Nec q̄lis Iudæoꝝ ſpes erat? Sperabāt em̄ illi, cū deo ſe morige
ros exhiberēt, terrā hāc adipiſci, vel hoſtes aliq̄s debellare, & vt ſummatim dixerim, in præ
mium oīa expectabāt q̄ ad corpus ꝑtinerēt. Spes tn̄ nr̄a lōge ſecus ſe habet. Quippe q̄ ſit lon
B ge ꝓſtantior. Nam & cœlū ſperamus, & deo eſſe ꝓpinquiores illicq́ꝫ cū angelis ſimul aſſiſte-
re & miniſtrare. Dixit ſuperius, ingredientem internum velamen, nūc vero per quam deo,
inquit appropinquamus. Spes enim ipſa & dei nos throno proximos facit, & ſocios reddit.
Et quantū eſt nō ſine iureiurādo.⌋ Ecce & alio q̄dam mō, & iuniorē ſacerdotem à veteri
bus differre iam indicat, & quid nouū inter & vetus teſtamentū interſit, enodat. Neq́ꝫ enim
ſimpliciter Chriſti inquit, ꝓmiſſum eſt ſacerdotiū, ſed iureiurādo confirmatū vt abunde dei
verbis fides præſtet, q̊d & ſuperius dixit: Iurauit dn̄s Abrahæ, maioris certitudinis gratia.
Alij qdem ſine iureiurando ſunt ſacerdotes facti, hic autem cum iureiurando, per eum q
dixit ad illum. Iurauit dominus & non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos ſecundum ordinem Pſalm. 109
Melchiſedech.⌋ Legis enim ſacerdotes, inquit, ſine iuramento ſunt cōſtituti. Non enim ꝓ
iſtiuſmodi ſacerdotum prouectione, iuraſſe hunc in modum comperimus deum, tu ſcilicet
ille ve, futurus es ſecundum legem ſacerdos. Chriſtus vero deo iurāte ſacerdotium inij, eun
dem ſic alloquente: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.
In tm̄ melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus. Hoc eſt, In q̄ntum iureiurādo confir
mauit futurum hunc ſacerdotem. Neq́ꝫ enim iuraſſet, niſi hic eſſet longe præſtantior. Vnde
& nouum veteri teſtamentum plus eſſe arguitur. Sponſor vero. i. mediator & interceſſor
Et alij quidē plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco ꝙ morte ꝓhiberentur ꝑmanere. Hi aūt
eo ꝙ permaneant in æternū, ſempiternū habēt & ſacerdotiū.⌋ Arguit plane hoc loco, quā-
tum Chriſtus ſacerdotes alios antecedat dignitate & gloria, aitq́ꝫ: Ibi nanq́ꝫ q̄ multos eſſe, qa
mortales, hic vero vnum, quia ſit immortalis. Sempiternum itaq́ꝫ habet hic ſacerdotiū, hoc
eſt, quod aliquo pacto nequeat intercidi, nec vllum habeat in hac dignitate ſucceſſorem. Vi
des ne quemadmodum legis ſacerdotes hic præſtet, quantum quod mortale eſt, immortale
Vnde & ſaluare in ꝑpetuum ꝓt accedēs p ſemetipſum ad deum.⌋ Cum itaq́ꝫ immorta-
lis ſit, inqt, ꝓt vel cūctis ꝓdeſſe, & in ꝑpetuum, nec momentaneā cū in hac vita, tum in futu-
ra ſalutē afferre. Nā & q in veteri pōtiſex eſſet, & ſi cætera clarus & admirabilis, q̄diu tn̄ pō-
tificij fungebatur hoc munere, tādiu ſacrificia offerebat. Qualis & Samuel erat, & iſtiuſmo
di cæteri. De cætero tn̄ nequaq̄ ſe ita gerebat, quippe qui mortē obiret. Chr̄s vero pontiſex
ille & vitā ducit perpetuo, vnde & ſalutem poteſt ſempiternam his impartiri, qui ad deum
ſeſe per eius transferunt fidem. Nam qui in filium credit, ad patrem ſe contulit. Patet nanq́ꝫ
per filium ad patrem acceſſus. Id enim iter ſi quis inuaſerit, apud patrē diuertat, neceſſe eſt.

Semp viuēs ad interpellandū ꝑ nobis. Carnis ob grām, abiectius hæc de Chr̄o sunt dicta. Est nãq; carnis assumptæ rōne pōtifex ille effectus. Et qa pontifex sit, eo & intercedere dr̄. Dicet aliqs: Nū q haud secus ac pr̄ suscitet mortuos, cū debeat p se saluti esse mortalibus, & q oēm habeat cæteros iudicādi licentiā & angelos possit partim in ignis caminū detrudere, & partim saluos efficere, q fieri p̄t, vt suas ꝑ aliis partes nūc interponat? Dixerim equidē ob ei⁹ humanitatē & carnē desumptā, Chr̄m ita se gerere. Ve℞ vt leniorē se auditorib⁹ Paul⁹ exhiberet, nolite (iqt) vereri, haud tñ id vsurpare, charitate nos Chr̄s ex ei⁹ benignitate ꝑsequit, habetq; apud patrē fiduciā, abstinet id dicere. Non eñ nos poterit ſp ille tutari, viuit nãq; & ppetuo vt pōtifex, vtit hoc nr̄i ob grām intercessu. Cū vero dico hūanitatē, haudq̄q̄ illā à diuinitate seiūxerim. Vna est ei in duob⁹ substātia. Sed illud ago, vt auditores ɡnoscāt, q̄ deceāt vtriusq; naturā. Idipsumq; ꝙ carne obductus filius assidet patri, intercessio quædā ꝑ nob petēdi tāq̄ caro ipa patrē exoret, eoq; sit hçc à filio ipo desumpta, vt saluos nos faciat.

Talis eñ decebat, vt nobis eēt pōtifex, sc̄tūs, innocēs. Cōstat sane ex his q̄ antea dixit & proseq nō desistit eadē cōfirmare, carnis dixisse ob grām Paulū. Quis eñ hmōi de deo disserere? Nec pudet quidem incōprehēsibili illi naturæ adiecisse. ὅσιος itaq; religiosus & sc̄tūs

1.Pet.2. est, qui nihil eorum quæ facere debeat, intermittit, ἄκακος vero & innocens, qui caret malignitate. Neq; enim (inquit) eius in ore inuentus est dolus.

Impollutus. Neq; id quidem deo in laudem cedere dixerit quispiam, minus scilicet dici hunc inquinatum, sed liquet sane de Christi vnius humanitate dicta hæc esse.

Segregatus à pc̄ōribus, & excelsior cœlis fact⁹. Legis eñ (inquit) sacerdotes & si in cæteris polleāt sanctitate, pro natura tñ humana, nequitiæ arguunt. Nec prsus sunt à delinquētibus ipsis seiuncti, quippe qui & ipsi sint peccatis obnoxii, nec dum in cælis versantur. Pontifex vero hic noster, cū omni sit virtute superior, & à peccatoribus ipsis penitus alienus, vel in cœlo est celsior factus throno paterno insidens. Cum vero factus est (inquit) perspicuum est secundum carnem de Christo id dici. Nam vt deus perpetuo est in cœlo sublimior.

Qui non habeat q̄tidie necessitatē, quemadmodū sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Cum enim dixisset nostrum pontificem hunc esse à pc̄ōribus segregatum, idipsum deinceps dicendo amplificat, aitq;: Tātopere ille oīm est facinorum expers, vt vel hostiā offerēs ꝓprium corpus, non illā ꝑ seipso obtulerit. Qui enim fieri id poterat, qui nihil deliquisset? sed ꝑ nobis hanc obtulit. Legis præterea sacerdotes in dies singulos immolabant, tanq̄ nequirent semel sacrificando expiare delicta. Hic vero hostiam taliter obtulit, & tam fuit illa rei ingentis effectrix vt vel tēporis momento, ꝑ se terra℞ orbem purgauerit. Quo fit, vt vel in hoc quidem noster pontifex Chr̄us legis superet sacerdotes. D

Hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Quod illud: Id sane, vt sacrificium .s. pro populi peccatis, non suis offerret. Semel est sacerdotis pfunctus officio, deinde vero, vt dn̄s sedet. Veruntñ ne cum sacerdotem hunc dici intelligis, existimes eundem astandi & ministrādi præstare seduitatem, ostendit quemadmodum dispensatione quadam, sacerdos ille fuerit effectus. Qua terminata, suam resumpserit sublimitatem.

Lex ei hoīes cōstituit sacerdotes ifirmitatē hn̄tes. Ne forsan te suspicio subeat, & si semel hic obtulerit hostiā, ꝑ se etiam hāc obtulisse, cōfirmat nūc dicēs, nil hūc ꝑ suis pc̄tis offerre. Scd̄m legē vero hoīes diuinitatis expertes, cōstituere sacerdotes, habētes infirmitatē, hoc ē, q minus possint delictis obsistere, sed illis vt ībecilli succūbūt. Hic āt cū sit filius ꝑpotēs, q̄ pacto querit pc̄ō subesse? Qui ergo nullius ē sibi cōscius maliicur hostiā eēt ꝑ se oblaturus? Si

Rom.5.14. qdem nec sçpe ꝑ aliis, sed semel obtulerit. Quia cū virtute is p̄stet & p̄tāte, vel vnica & sola

1.Cor.8.11 oblatōe satis potuit cūcta pficere. Poteris etiā īfirmitatē ꝑ pc̄ō accipere, vt sçpe al's & multis in locis Paul⁹ dicit: Vel ꝑ morte ipa. Nā cū mortales sint, q legis sunt sacerdotes & fragiles, nec ipi qdē crimie ꝑrsus vacabāt, nec purgare alios poterāt. Hic vero & īmortalis & ꝑ-

Sermo āt iurisiurādi q post legē ē, filiū ī æternū pfectū. Ad- (potēs ē. Vñ ita subseqt. uerte disiūctionē. Ibi eñ lex dr̄, hic iurisiurādi sermo .i. firmissim⁹ verissimusq;. Ibi hoīes & seruitute oēs obstricti: hic filius simul & dn̄s. Illi infirmi, hoc est, delinq̄ntes & pacto obnoxii ac morti subiecti. Hic in æternū pfectus .i. sempiternus & potēs. Nec solū cū inter hoīes ageret, sed ppetuo delicti est expers. Hic itaq; si semp est, si labitur nunq̄, si vitam perpetuo ducit, quāobrem vel pro se offerre vel alio℞ gratia hostiam frequentius debet.

CAPVT VIII

Caput āt sup ea quæ dicūt: Talem habem⁹ pontificem q consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis. Caput ſp quod summū est, dr̄. Cū eñ qs sit paucis cōplexurus, quæ magis sunt ꝓpria, breuiter inquit, & summatim se verba facturum. Vti & caput, & si breue aliquid sit principale tñ est corporis membrum, & cçteris ꝓprius. Ait itaq; hoc loco Apostolus, caput est sup ea quæ dicuntur .i. quod præstantius dicā & breuibus, deum ipsi habemus pōtificē. Cōsidere aūt maxime cōgruit deo. Aduerte aūt ꝙ cū humilia

A milia pleraq; explicasset,cuiusmodi illa sunt cum põtificẽ deũ appellat,cum intercessiões di- Matt.13.25
cit hũc facere,& q̃cũq; istiusmodi sunt & humana,mox ad celsiora transcendit,dixitq; hũc in Marc.3.4.
dextera sedis magnitudinis cõsidere,q̃d vtiq; diuinæ est maiestatis.Hunc vero modũ cõti- Lucæ.8
nenter hic seruat,præceptorẽ & dñm imitatus,q identidẽ in euangelio facit,vt ex rebus in-
ferioribus hisce & cõsuetis auditorẽ traducat ad verbũ excipiendũ.Alioquin nequaq̃ subse-
quet q audit,nisi pedetentim,& lento gradu ascẽderit.Ex rebus itaq; altioribus patefacit id
circo fuisse humilitatẽ illam permissam,vt naturæ condescenderetur humanæ. Sedẽ autem
& magnitudinis thronum paternum dicit.Vel quia pater ipse magnitudinis sit id nomẽ sor
titus,vel simpliciter quia maximus ille & sublimior dei thronus,dicitur sedes.

Sanctorũ minister.⌋Quemadmodũ enĩ terreni & inferiores põtifices,hi sctã sctorũ & pe
netralia illa ingressi, eorũ ministerio fungebãt,sic Chrs supcœlestium illorũ penetraliũ,q̃ ve Cap.1.
re sunt sctã,minister est. Videt aũt sibipsi Paulus cõtradicere.In epistolæ enĩ principio,di-
xit ad angelũ quempiã,sede.Neq; enim spũs oẽs ministrãt, qñquidem nequaq̃ deceat sede-
re ministros,sed pedibus stare.Nũc vero cum eum dixisset in throni dexterã cõsedisse,rur-
sum illũ p ministro introducit.Cur ergo tã varie à suis dictis dissentit?Id sane fecit,vt con-
descendat aliquãtisp humanitati,vnde & summis admiscuit infima. Nõnulli vero minister
sanctorum ita intelligunt, pinde homines faciat sanctiores.Quippe qui noster sit pontifex.

Et tabernaculi veri quod fixit deus & non homo.⌋ Attollit his dictis horũ nunc animos
Nam cum par esset,illis non satis cõstare nos esse tabernaculũ id assecutos:ecce,inquit,ma⁹
quidam & certius tabernaculũ,cœlum habemus.Nam vetus illud nostrũ hoc nouum præfi
gurabat.At primum illud manibus fuerat hominum fixum(vt de Moyse fertur & alijs) Id
vero nouum deus præfixit.Hinc autem intelligi potest,quemadmodum Basilius sentit,nec
mobile esse cœlum nec circulare.Fixit enim cum inquit,vtrunq; tollit.

Oĩs eñ põtifex ad offerẽda mũera,& hostias cõstituit.Vñ necesse ẽ & hũc habere aliq̃d q̃d
offerat.⌋Cũ enĩ sedere hũc dixit,ne falso hũc & ex cõposito sacerdotẽ dici & põtificẽ cre-
das,sedere hunc asserit.Nec tñ inquit,ob id pontifex esse desiit. Habet nanq; quę pontificis
B sunt vniuersa. Et vt legis sacerdotes deo offerre aliquid consueuere.ita & hic ipsum se ob-
tulit.Is itaq; qa throno isedit,dignitatẽ oñdit,cũ vero põtificis fungit munere,clemẽtię plu
rimũ.Et qm q̃runt nõnulli,cur mortẽ ille obiuit,si filius est & æternus?Id soluẽs inqt:Idcir
co eĩ hoc egit,qa & sacerdos hic esset.Sacerdos vero nequaq̃ est sacrificij expers. Erat itaq;
necesse aliq̃d hic q̃d offerret,vt haberet.Q̃d aũt offerret præter eius corpus,nil q̃dpiam erat
necessrrio ergo & mortuus est.Donũ vero inter & hostiã, si accurate interpretemur,id in- Gene.4.
terest.Q̃d hostia quidẽ in cruore offert & carnibus,dona vero ex fructibus constant,& ei-
usmodi cæteris q̃ incruẽta sint. Alioqui apud sacra scripta indifferẽter posita reperiunt,vt il
lud:Respexit deus ad Abel,& munera eius,tametsi cõstet ex ouiũ illa primogenitis extitisse
Ad Cain autem & munera eius nihil attendit,cum ea ex terræ fructibus constitissent.

Si enĩ is esset sup terrã,nec esset sacerdos,cum essent qui offerrẽt secundũ legẽ munera.⌋
Adhuc in eo q̃d dixerat cõfirmãdo insistit,pinde ac si dicat: Et si in terris hic habeat taber-
naculũ,nihilominus & in cœlis versat,& nil prsus ob id phibet,qn & fruatur sacerdotij di-
gnitate,Aduerte aũt q̃ prudenter id agat.Nam vel ex his q̃dem quibus alij nequaq̃,hunc sa-
cerdotio fungi potius cõfirmarẽt,q.s.nullũ sit nact⁹ in terris locũ,vbi esse sacerdos q̃ret,hic
lõge magis sacerdotem esse affirmat,inquitq;:Ob id aũt ipsum sacerdos hic esse arguit,quia
nullum haberet in terris locum .Si enim in terra hac esset,haudquaq̃ sacerdos fuisset,vbi &
alij forent dignitatis eiusmodi(factionibus nanq; hoc pacto videretur res agi)Nũc vero cũ
cœlũ habeat,q & pprium subuexerit corpus,& ibidem apud patrem intercedit pro nobis.
Fit itaq; quandoquidem in cœlis ille permaneat,eo magis sacerdotium habeat sit necesse.

Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cœlestium.⌋ Hoc loco quo Christus in cœlis iam
fruitur, sacerdotij arguit excellentiam. Cum vetus quidem testamẽtum figuram quandam Lucæ.2
& vmbram dicat,nostra vero cœlestia nuncupet. Nimirum nostra hæc debent cœlestia di Matth.16
ci,in quibus nihil est terrenum,sed spiritalia cuncta,quæ mysterijs hisce perficiuntur.In his Actorũ.2
enim & angeli concinunt hymnis,cœlestis & regni claues,& peccatorum remissio, rursum Philip.3
& colligatio insunt,& nostra deniq; in cœlis est conuersatio.Horũ itaq; figuras,& vmbras
legis præferunt sacerdotes,id est, subobscura quædam argumẽta,& vmbratiles lineas,quæ
in veteri sunt testamento per Moysen patefacta.

Sicut rñsum est Moysi cum cõsummaret tabernaculũ.Vide,inquit,oĩa facito secũdũ ex- Exod.30.
emplar q̃d tibi oñsum est in monte.⌋Cum enĩ quæ oculis intuemur acrius ipsi pspicimus,q̃ Acto.7.
ea quæ audiendo edíscimus,propterea Moysi deus vniuersa aperuit. Nec solum tabernacu
li formam sed quemadmodum esset etiam immolandum, & cultus alij peragendi & ritus.

Nunc aũt melius sortitus est ministerium.⌋ A superioribus dictis hæc pendẽt, videlicet.
Si enĩ esset ille in terris,nequaquam pontificio munere fungeretur. Nũc cum in terra haud

quaquam

quaquam verſetur,ſed cœlum habeat ad offerẽda ſacrificia,locum,diuerſum ſortitus eſt miniſterium,id eſt,alia eſt illi in cælis adminiſtratio,& potior longe quàm in terris ſit ſacerdotibus.Quippe cum cœleſtis ſit illa,vtpote proprij ſacrificij locum ſortita cœlum. C

Quanto & melioris teſtamẽti mediator eſt.⌋Cũ Chrĩ ſacerdotiũ partim à loco,partim à ſacrificio extuliſſet,mox & teſtamẽti differẽtiã ſubdit.Atq dixerat ſupra ob auditorꝝ īfantiã & prauitatẽ,infirmius eſſe vetus illud,& plane inutile redditũ,ſed ocyus ſe his extricauit & paucis ꝓfecto abſoluit. Nũc vero in his differẽdis diutius immoratꝰ,oſtditq́ quẽadmodũ nouũ id teſtamentũ vetere illo ſit potius.i.euangeliũ,cuius & largitor & mediator ſit Chrs. Is em̃ nobis ſerui forma accepta,euãgelij eſt miniſter effectus,quẽadmodũ & Moyſes legis

Quod in melioribus promiſſionibus ſancitum eſt.⌋ Quod præcipue Iudæorꝝ fideliũ animos recrearet id affert,melioribus.ſ.pollicitationibus nr̃m hoc teſtamentũ cõſtare.Nõ em̃ terræ bona,vel ſolis decorẽ,vel liberorꝝ ꝓmittit hoc multitudinẽ,ſed cœleſte imperium his pollicetꝰ,q euangeliũ exequũtꝰ.Nolite igitꝰ(inqt)cõcidere animis. Sũt nãq euãgelij lõge potiora ꝓmiſſa.Quo ſit,vt mẽtis minus ſint compotes,qui vbi meliora ſunt aſſecuti,langueſcãt.

Si enim prius illud culpa vacaſſet,nõ vtiq ſecundi locus inquireretꝰ.⌋Aduerte q̃ ꝓgrediatur hic ordine.Dixerat em̃ potius eſſe vetere illo,nouũ hoc teſtamentũ, q̃d inde liquet,quia melioribus ꝓmiſſionibus legẽ acceperit.Si itaq ꝓmiſſa ſunt meliora,& p̃mia lõge p̃ſtantia ꝑſpicuum erit,& teſtamẽtum hoc nr̃m præſtare,& eius iuſſa eſſe magis diuina.Sed vnde id patet,vt huius ſint potiora ꝓmiſſa? Hinc ſane,quia Paulus aſſerit fuiſſe vetus illud eiectum, & effectum eſt hoc nouum,ob idq́ nouũ hoc dñari,& ſuperius iam euaſiſſe,q̃a & melius ſit & eius ſectatores faciat meliores.Nam ſi vetus illud culpa vacaret.i.ſi alios irreprehenſibiles redderet,nequaq̃ fuiſſet aliud vllum eiꝰ in loco inductum. Nam quemadmodũ vſurpare id oẽs ſolemus,domum aliquam quæ ſit propediem collapſura,vitio non vacare,ſic & vetus dixerim teſtamentum nõ minus eſſe incuſandum. Non quia hoc aliquid habeat in ſe prauitatis,ſed quia nequeat meliores efficere,vt quod paruulis ſit & infantibus traditum.

Vituperans enim eos dicit.⌋Non enim illud vituperans dixit,ſed eos,id eſt, Iudæos, qui per legis præcepta euadere ad perfectionem nequiuerint.

Ecce dies veniunt dicit dñs, & conſummabo ſuper domum Iuda teſtamentum nouũ.⌋
Hiere. 31. Clarius hoc loco oſtendit fuiſſe antiquum illud repudiatum.Deum enim inducit,per Hieremiam dicentem:Aliud quoddam inſtituam teſtamentum,& nouum,id eſt,nuper omnino inſtitutum.Haud tamen in eam hæc ſententiam protulit,vt Iudæi accipiunt,q̃d Eſdras Propheta innouarit ſcripturam.Nõ enim hæc eſt noua effecta,ſed antiquo & ſuo ſtatu permanſit.Tametſi de hac ille etiam fecerit mentionem. D

Non ſecundũ teſtamentũ quod feci patribus eorꝝ in die qua apprehendi manũ illorꝝ, vt educerem eos de terra Aegypti.⌋Ne quis forte exiſtimet,teſtamentũ illud eiectũ iri, q̃d deus Abrahæ reliquiſſet,in die adiecit,q̃ illorum manum apprehẽdi. Perinde ac ſi dicat: Illud ſum ipſe teſtamentum repudiaturus,quod in Synai monte patribus veſtris tradideram,qui vitulum ſibi conflauere.Nam illud quod eſt Abrahæ traditum,in Chriſto finem eſt aſſecutum.Ait enim:In ſemine tuo benedicentur omnes gentes,quod vtiq Chriſtus eſt.

Qm̃ ipſi non permanſerũt in meo teſtamẽto,& ego neglexi illos dicit dñs.⌋Vides quẽadmodum mala quæq́ à nobis initium deducant,ipſi (inquit) non permanſerũt,propterea eos neglexi.Et bona à deo & beneſacta ſumunt originem. Cur vero id agat,perinde ac ſciſcitanti cuiquam,ita reſpondet.Hos equidem eorum ob inconſtantiam reliqui.

Quia hoc eſt teſtamentum quod diſponã domui Iſrahel,poſt dies illos dicit dominus.⌋ Poſt dies illos,quos nam hos dicit? Ferunt nonnulli hos eſſe,in quibus ex Aegypto abeuntibus Hebræis,lex eſt per Moyſen tradita.Mihi vero videtur de his diebus nunc dicere,de q̃bus & ſuperius dixit:Ecce dies veniunt.Cum itaq(inquit)hi dies aduenerint,teſtamentum diſponam,cuiuſmodi audies.

Dando leges meas in mente eorum,& in corda eorum ſuperſcribam eas.⌋Prodeãt nũc
Iohan.14 Iudæi in medium,& oſtendant quo vnq̃ tempore legem ſine ſcriptis acceperint. Nam vel poſt ex Babylone regreſſum,literis exarata,lex illis per Eſdram illum impoſita eſt. Cõſtat tñ Apoſtolos in ſcriptis nil accepiſſe,ſed ſpũs legem cordibꝰ admiſiſſe,& ideo Chriſtus his vſus eſt verbis.Paraclætus veniens ſuggeret vobis omnia,& docebit vos omnia.

Et ero illis in deum,& illi erunt mihi in populũ.⌋Id ſane per euangeliũ effectũ eſt.Nam qui antea deos colebant,idolorum erant ſeruituti addicti. Nunc veri dei habita notione illi in populum conceſſerunt.

Et docebit vnuſquiſq ꝓximum ſuũ,& vnuſquiſq fratrem ſuũ,dicens: Cognoſce dñm. Qm̃ oẽs ſciẽt me à minore vſq ad maiorẽ eorꝝ.⌋ Doctrinã hoc loco eã dicit,q̃ ad alios inſtruẽdos plus inſumit laboris.Licet em̃ nobis ꝑſpicere,haudquaq̃ pluribus verbis nos indigere ad eos,qui mente valent,ꝑſuadendos,vt Chriſti fidem excipiant & credant.Atqui lex

quidem

A quidem Iudaica in vno aliquo recondit angulo, delitescitq́ adeo, vt paucis innotescat. Apo
stolorum vero clangor, & vox illa sonora, terras oēs peruasit. Quinetiam cum deus ipse car
ne assumpta versaretur in terris, & naturam hanc induens nostram, diuinitatis fecisset parti
cipem, illuxit tunc sane oīm animis splendor ille veræ dei cognitionis, & velut quædā agili
tas & aptitudo est à gratia diuina naturæ humanæ imposita, vt dei veram habeat notionē.
Quia ꝓpitius ero iniqtatib⁹ eoꝝ, & pctōꝝ eoꝝ nō recordabor.] Baptismo nāq́ nos ille
& cōmissoꝝ sordibus abluēdo, nil vltra eoꝝ q̄ eo sunt semel lauacro diluta, reminiscit deus.
Dicendo autem nouum, veterauit prius.] Interpretatur propheticum dictum, cum te-
stamentum hoc nostrum nouum prorsus appellat, arguitq́ plane prius illud vetus videri.
Quod autem antiquatur & senescit prope interitum est.] Redditus p Prophetam fiden
tior, legem carpit, arguens nostram nunc germinasse & florescere magis in dies. Ex prophe
tæ itaq́ dictis vetustatis nomen accepit, à se aūt ipso senectutis adiecit, & legi demum debe
ri adiunxit interitum. Subinde id inquiat: Non enim non opportune nouum hoc nostrum Roma.7
sustulit vetus, sed senectutis & vetustatis gratia cessare coegit. Quia infirmum esset & plane
inutile, sicut & alibi dicit: Nam impotentia legis in quo infirmior est per carnem.

CAPVT IX.

HAbuit quidem prius iustificationes culturæ.] Ostēdit p sacerdotē q̄d dixerat, sacer-
dotiumq́, & testamentū fore vt in Chr̄o eadē hæc terminent, idipsum & nunc ex
ipsius tabernaculi figura demōstrat. Tria itaq́ erāt tabernaculis loca. Exterior q-
dem oībus vt Iudæis, ita & gētilibus destinatus. Deinceps & velū secundū in loco
obtendebat, q̄d sacerdotes ingressi, sacrificijs & diuino cultui q̄tidie intendebant. Hic locus
sctā appellat q̄ formā veteris ꝑferrēt testamēti, q̄a ibi immolatiōes ꝑficerent. Erat & sctā,
intereor locus, q̄ nos sctōꝝ sctā nūc dicimus, & ꝑfigurabāt mysteriū. Habebat itaq́ (inquit)
prius, i. vetus testamentū, iustificatiōes, i. symbola vel statuta & leges, q̄ & si olim habuerat,
in ꝑsenti tn̄ his caret. Quīquidem irritum illud sit, & superuacaneū p nouum hoc redditum.
Et sanctum seculare.] Seculare dicitur, quia ab om̄ibus adiri permittebatur, & vulgatior
esset hic in tabernaculo locus & notior, vbi & Iudæi, & Nazaræi, & Proselytæ, & Græci cō
sisterent. Et quoniā & gentibus, id est, seculi hominibus patebat accessus, seculare hoc dicit.
Tabernaculū em̄ factū est primo, in quo erant cādelabra, & mēsa, & ꝓpositio panū, q̄d
dicitur sctā.] Primum hoc dicit, q̄ ad sctā sctōꝝ tabernaculum, quia alias intermediū erat.
B Antehac ei æreū holocaustomatū altare sub diuo erigebat, deinde velo obtēso, & tabernacu
lo intersepto sequebat. & mediū illud, vbi & cādelabra, & mēsa, & ꝓpositio panū statuebāt.
Post velamē aūt secundū tabernaculū, q̄d dr̄ sctā sctōꝝ.] Vides fuisse & aliud q̄ddam ve
lamē, q̄d Epispastron idcirco appellat scriptura, quia auellat & separet, distrahatq́, ꝙ arcam
seiungebat, quā indifferenter adirēt, q vellēt, in q̄ sacrificia offerebāt ex aduerso ærei altaris
tabernaculo, ꝙ quotidie sacerdotes exeipeeet sacrificātes. Vbi vero hoc præterieris, offert
secundū aliud velum, post hoc tabernaculū aliud quoddam aditur, q̄d sctā sctōꝝ denomina
tur, quod alius nemo nisi pontifex solus inibat, & is quidem in annos singulos semel, Σκηνὴ
autem, i. tabernaculum vbiq́ denominauit, ex eo quod ibi deus inhabitaret.
Aureū hn̄s thuribulū, & arcā testamēti circūtectā ex oī parte auro.] Arcā testamēti ap-
pellat, q̄a tabulas seruaret, q̄b⁹ lex oīs cōtineret, q̄ à deo fuissent Hebræis p Moysen tradita.
In q̄ vrna aurea, hn̄s māna, & virga Aaron q̄ frōduerat, & tabulæ testamēti.] Hæc haud
dubie cūcta Iudæoꝝ sunt īgratitudinis monumēta. Nā ꝙ ī vrna māna illud asseruaret, q̄ illi
q̄ndā cū alerēt, obmurmurassent, eo ē cōstitutū, vt hui⁹ rei fama trāsiret ad posteros. Ee quē-
admodū illi deū exacerbassent, memoriæ ꝓderet. Aaron āt virga vt illoꝝ cōtumacia īnotes Nume.11
ceret & quēadmodū ipsi Aarō iā obstitissent. Tabulæ vero testamēti īfidelitatis coarguūt, & Num.16
incōstātiæ, vt q̄ꝝ de cā illæ attritę sint, q̄a vitulū sibi cōflassent, & idolis īseruirēt. Quęres for Exo.32.
tasse: Cū cōstet ī lib. reg. l̄ris ꝓditū, nil aliud fuisse ī arca ꝑter tabulas cōditū, cur nūc & vrnā Deute.9.
adiūxerit Paul⁹ & Aaronis virgā illa cōcludi? Eo forte id dixit, q̄a vt à Gamaliele instructus 3.Reg.8.
optie hebraicā callebat historiā, & natu maioꝝ traditiōe, rē ita se hr̄e accepat. Pręserti cū ex
hebræis q pharisæos sectāt, idip̄m sentiūt & ꝓfitēt. Nec tn̄ ī ipsis primordijs, sed lōgo post
tp̄e cū eēt necesse, vt Hieremiæ tp̄ib⁹ arca occultaret, ī ea & vrnā dicūt fuisse & virgā recōdi
Super quam.] Id est, arcam. (tas.
Etiam erant Cherubim gloriæ.] Vel gloriosos angelos dicit, vel quia ad dei gloriā sint
ad id ministerij instituti. Quos tn̄ de industria intulit, vt arguat nostra longe præcellere.
Obūbrantia ꝓpitiatoriū.] Propitiatoriū erat arcæ opculū, vt fieri ex sacris l̄ris certior
poteris, cauēdūq́ ne ꝑter id aliđ eē existimes. Hoc āt Chr̄m ꝑfigurabat, q nr̄oꝝ ē prauoꝝ fa
cinoꝝ cōciliator effect⁹. Is ꝑterea q vet⁹ & testamētū cōplectit, & obsignauit, & reddidit tu
De q̄b⁹ nō ē mō dicēdū p singula.] Patefacit hoc loco, nō oculis solū & obtutu (tiora.
hæc terminari, præferreq́ duntaxat quod esse videntur, sed ænigmata quædam esse & argu
menta

menta, ad quæ contemplanda perſpiciendaq́;, longiori ſit opus tempore.

His vero ita compoſitis, in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes.⌋ Erant quidem hæc inquit, ſic inſtituta, cum nulla tamē eſſet Iudæis iſtiuſmodi percipiendi facultas, vt quia velamine interiecto ſecluderentur, ſed nobis hæc ſeruabantur, quibus & prophetata ſunt & prædicta.

In ſecūdo aūt ſemel in anno ſolus pōtifex.⌋ Vides quēadmodū vſq; à pricipio ſint figurationes & figura pmiſſa. Et ne illud forſan obijciāt qdā inqantq́;: Cū ſemel cōſtet ſecūdū Chriſtū fuiſſe ſacrificatū, q fieri pt, vt cūctos ille vno hoc ſacrificio ſanctitate donauerit? Quia à prioribus ſeculis fuerat Chri hoc ſacrificium deſtinatū, quod oībus eſſet ſaluti futurū, tamet ſi ſanctum illud, & tremendum fuiſſet, quod à pōtifice ſemel in annos ſingulos offerebatur.

Non ſine ſanguine.⌋ Cū itaq; ſacrificiū crucē dixiſſet, q̄ nec ignē haberet, nec ligna nec ſæpius fuiſſet oblata, oſdit hāc ſemel immolādi, & in ſanguine priſcā cōſuetudinē, vel crucē

Exod 30 hāc ipſam præferre. Quæſiuere nōnulli q̄ pacto eū in Exodo ſcriptū cōperiamus, incenſum adolebit ſup aureo altari, q̄d videlicet in ſancta ſanctorū fuiſſet. Aaron enī (inquit) incēſum cōpoſitiōis ſuaue olētis diluculo cū lucernas cōponit, offerat ſup illud, & cū accederit Aaron lucernas, adolebit incēſum. Vnde cōſtat diebus ſingulis, vt incenſum hoc adolerent, & ſctā ſanctorū bis pontificē adijſſe, non ſemel. Siquidē vnus eſſet ad incēſum locus, nō multa. Cur ergo Apoſtolus dicit in annū ſemel pontificem ſancta ſanctorum iniſſe? Huic quæſtioni ita occurrit, cum ſanguine ſemel Aaron, bis vero cum incenſo ſanctorū ſancta ingrediebatur.

Quē offert p ſua & ppli ignorātia.⌋ Rurſum p ſeipſo dicit. Nam legis pōtifex (inqt) p ſe offerebat: Chrs vero longe ſecus. Cur ei illud egiſſet, q à peccatoribus eſt lōge diſiunctus nec vnq̄ deliquerit? Qui fit, vt plurimū hic à legis pōtifice differat. Ignorantiā aūt dixit, nō vt p eam pctā exprimeret, ſed vt maiorē terrorem incuteret, cum olim Iudæis, tum cæteris qui Chriſti fidem pfiterent, & multorū frenaret ſuperbiā. Perinde ac ſi dicat: Si ei non ſpōte, ſed inuitus deliqueris, ignorantiæ, argueris, eiuſmodi criminis nemo eſt profecto immunis. Nonnulli vero hæc dixiſſe Apoſtolū credūt, vt ſacrificij quod ſecundū Chriſtū offertur & legis immolationū differentiā ſignificaret, pinde ac legis oblationes hmōi, ignorāter duntaxat cōmiſſa remitterent. Chriſtus vero iam immolatus, vel ſcienter delinquētibus parcat

Hoc ſignificante ſpūſctō nōdū ppalatā eſſe ſanctorū viā, adhuc priore tabernaculo habēte ſtatū.⌋ Aggredit demū anagogice cōtemplari, q̄ ad tabernacula ſpectāt, aitq́;: Quod enī D ad ſctā ſctōrū tabernaculū illud ſacerdotib᷒ cęteris min᷒ pateret acceſſus, p ſancta hęc cæli p̄ſeetur figura. Tabernaculi vero locus ille anterior, q erat ſacerdotibus legis acceſſibilis ſp & patens, legis cultū præfigurabat.i.q̄ diu ſtaret hoc tabernaculū, & lex ipſa dūraret, iuberetq́; & pro eius inſtituto, & cultus & ſacrificia fierent, nequaq̄ pro legis ritu ſacrificātibus, ſctōrū ſctā patere .i. cœlorū aditum eſſe his interclufum, quod in Chriſto ſit à ſeculo deſtinatum.

Quæ parabola eſt temporis inſtantis, iuxta quod munera & hoſtiæ offeruntur, quę non poſſunt ſecundū conſcientiā pfectum facere ſeruientē.⌋ Quod ſuperius dixerat, confirmat Apls, vc; tabernaculū illud quod ſacerdotes ingrederent, parabolā.i. figurā fuiſſe & vmbrā temporis pro lege aſtantis, ante Chriſti aduentum, quo tempore hmōi hoſtiæ immolarent infirmæ adeo & imbecillæ, & tam nullius momenti, vt nequeant ſecundū cōſcientiā.i. ſcdm interiorē hoīem, pfectionē adijcere offerentib᷒. Qñquidē corporū ſordes dūtaxat eluerēt, nō pctā purgarēt. Nō enī vel adulteriū poterāt, vel homicidiū, vel ſacrilegiū illi dimittere.

Solummō in cibis, & potibus, & varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis vſq; ad tēpus correctionis impoſitis.⌋ Lex (inquit) & legis ipſius inſtituta, humanis ſolum ſunt rebus impoſita, vtpote quibus & veſci homines debeant. & in potu vti, & iſtiuſmodi quædam iniungūt

Leui.10. Nume.6 hoc comede, illo abſtinebis. Verum quo pacto & potibus dixit, cum conſtet de potus diuerſitate nil quicq̄ legem mandaſſe? Aut ei id refert Apoſtolus, qa ſacerdoti ſancta paulopoſt ingreſſuro, interdicta ſit vini potatio. Vel in eiuſmodi mādatorū cōtemptū hoc potius addidit. Erant præterea & varij baptiſmatum modi. Nam ſi mortuum quis attrectaſſet, vel eſſet morbo infectus vel fluxum ſeminis pateretur, baptiſmo.i. aqua abluebatur, & hunc in modum exiſtimabant, vel à crimine, vel à contagione purgari. Carnis vero iuſtificationes erāt præcepta quædam, quæ eorum carnem duntaxat abſtergerēt, q ſecundū carnē viderent ſordidiores. Nec tñ hæc erat ppetuo permāſura, ſed vſq; ad tempus correctionis, hoc eſt, vſq;

Actorū.15. ad Chriſti primum aduentū, q vniuerſa hæc erat emendaturus, inducturuſq́; cultum verū & ſpiritalē. Cum eſſet aūt lex graue admodū iugū, iure impoſita dixit, ſicut & in Apoſtolorū actis eſt ſcriptū. Quid tentatis imponere iugū diſcipulis, q̄d neq; patres veſtri portauerunt?

Chriſtus aūt aſſiſtens pontifex futurorū bonorū.⌋ Priſcus enī (ait) cultus ille, nequaq̄ i cęlum quempiā deducebat, ſed Chriſtus adueniens intrauit ſemel in ſancta. Nā eo hæc redit oratio, quod ſuperius dixerat. Nō enim effectus pōtifex dixit, ſed aſſiſtens, hoc eſt, huius rei gr̄a venit, cum nondum alias ſe antehac contuliſſet, ſic inſtitutus eſt pontifex. Eius tñ mens

& cogi-

A & cogitatio, vt ad terras descēderet hmōi fuit, vt pōtificatū iniret. Nec quidē sacrificantium dixit pontificē, sed futurorū bonorū, tanq̄ nequiret diligēter hæc explicare, sed simpliciter & cōfuse expssit, q̄ fuissent in nosipsos collata. Verū futura hæc dixit q̄ ad legis tēpus. Nā vt hoc instans vocauit, sic futura q̄ Christi sunt nuncupat, si cū ipso hoc tempore vel momentaneo comparemus. Vel futurorū dicit mysteriorū, videlicet quæ in futurum nobis reuelabuntur.

Per amplius & perfectius tabernaculū. ⌋ Carnem hoc loco tabernaculum dicit, quæ amplior quidem eo habetur, quo deus verbum hanc ipsam assumpsit, quod omne & spūs sancti sit opus. Et perfectius dixit, quia perfectiora perficiat.

Non manufactū. i. nō huius creationis. ⌋ Huc prosiliūt hæretici oēs, dicūtq; cœleste esse & aereū. i. Christi corpus, idipsumq; & Paulū sentire hoc loco fatentur, alioqui quo pacto asseueraret inquiūt, nō huius hoc esse creatiōis? Neq; eñ à creatis excipitur cœlū, quippe, q̄d vtiq; & cōditū sit. Nā qd sibi vellet q̄d dicit hic idē, vetus quidē tabernaculū, q̄d circa Veseleel erat, hi cōstruxerūt. Dei vero & verbi tabernaculū spūs sanctus cōposuit. Hac igit̃ de causa Paulus dixit, nequaq̄ Christi carnē huius esse creationis. i. non harū creaturarū in modum creatā, sed spiritalē esse & diuinā. Eorū nāq; quæ cōdita sunt, nil habet in se deus verbū subsistēs, sed caro hæc substātialiter est Chr̄o vnita. Secūdū itaq; materiam ipsam dñi corpus nostrā & cōditionē & humanitatē accepit, nobisq; & cōsubstātialis fuit hæc caro vt ex sanguine purissimæ virginis cōpacta pro modo tñ eius essentiæ supra nos est, & humanā excedit naturā. Tum etiā quia p̄ subsistentiā vnita sit deo verbo, vel q̄a materia oīs veteris tabernaculi pellibus & lignis cōstabat, q̄ auro erat aut ære vel distincta vel intertexta. Idipsum cū aduerteret Paulus, nō huius dixit creationis, cuius vetus illud tabernaculū indigeret. Huius aūt hæc oīs ratio cōparationibus quibusdā transfigitur & demōstrat Christi carnis p̄stantiā. Vocat p̄terea & Christi corpus tabernaculū aliquod, vti hoc loco facit, vt q̄d vnigenitus ipse inhabitet. Insuper & velamen appellat, vtpote quod in se diuinitatem occultet, veletq;. Et his ipsis nominibus, vel cœlum tabernaculum nuncupat, perinde hoc ipso resideat, pontifex Christus, idipsum & velum dicit, quia sanctis sit mœnium instar obseptum. *(Exo. 13. & 36. Luc. 1)*

Neq; per sanguinē hircorū aut vitulorū, sed per proprium sanguinē. ⌋ Atqui longe secus se habent res Christi, q̄ leges pontificū, & eo excellunt & incōparabiliter p̄stant, qñ beluarū sanguis quē illi tabernaculū oblaturi adibant, nequit prorsus cū sanguine illo diuino cōferri.

B Introiuit semel in sancta, ⌋ id est, in cœlum.

Aeterna redemptione inuenta. ⌋ Non eñ breuem & momentaneam aliquam purgationem illorum more inuenit, sed perpetuam delinquētibus animis libertatem. Vel quia semel ingrediens & vnico aditu beneficium nobis in æternum persoluit. Aduerte aūt quemadmodum cum inuenta dicit, spem præter rem obuenisse demonstrat. Nihil enim nobis erat de nostra liberatione & salute compertum, nisi ille hanc inuenisset.

Si eñ sanguis hircorū & taurorū & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. ⌋ Quia incredibile forsitan multis id videbat, vt per hostiā vnam, & vnius hominis sanguinē, afferri posset redēptio, confirmat hoc ipsum, redditq; verisimillimum & certius facit, ex Iudæorū opinione. Si eñ vos (inquit) vituli cineris aspersione, & ex taurino hircinove sanguine creditis vos sordibus iri ablutū, quo pacto & Christi sanguis, nō animas ipsas peccatis abstersent? Erat eñ apud priscos Iudæos cōsuetudo, vt vituli cineres asseruarent, cuius postmodum aspersione, inquinatos quosq; & infectos purgarēt. Si igitur, inquit, vel hirci puluis in eā vos credulitatē induxit, longe magis credetis, Christi hunc sanguinē, sanctimoniā allaturū. Si enim aūt, nō eo dixit, vt ritus Iudaicos cōprobaret, quippe qui mox illud subiecerit, ad carnis purgationē fuisse hos institutos. Nec sanctificat dixit, q̄ sanctimoniam sibi hi per beluarū sanguinē vendicarent, sed quia carnem purgabant, non animam. *(Iudæorū cōsuetudo in sacrificijs.)*

Quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo. ⌋ Nō eñ pontifex aliquis obtulit Christum, sed à seipso oblatus est. Nec per ignē, vt vituli offeruntur, sed per spiritum illum æternum. Sic quidem & gratiam & redemptionem reddidit sempiternam, & immaculatum. i. peccati expertem. Nam & in veteri testamento bucula in sacrificium quærebatur, quæ maculis prorsus careret.

Emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis. ⌋ Ibi quidē vt sanctificet, dixit, et ad carnis tamē adiecit purgationē. Hic vero purgabit inquit, hoc est, interiorē hominem reddet hic puriorē, quod sane ibi videbatur deesse. Ibidē præterea qui morticinū aliquod et cadauerosum attigerat, purgabatur. Hic vero mortuorum operum purgatio fit, quæ possunt hauddubie hominem inquinare, et morti obnoxium reddere.

Ad seruiendum deo viuenti. ⌋ Qui ergo operibus mortuis incubuerit, haudquaq̄ deo viuo et vero inseruiat, quin opera ipsa quæ sibi spectanda elegerit, pro deo habebit et colet. Sic eñ qui gulæ sunt dediti pro deo ventrem constituent. Sic inquam et cupidus, idolis seruit. Sunt itaq; istiusmodi opera mortua appellanda. Nec solum quia sint à vita perpetua

aliena,ſed quia cum hæc exercentur, abominanda redduntur & fallacia quidem,quia nos C
vbi illexerint, capiant,& videantur ſuauia cum minus ſint.

Et ideo noui teſtamēti mediator eſt.]Quod deterrere ꝗ plurimos videbat infirmiores,
quia illud ſæpe ac multū vſurparēt.Si Chr̄s obijt mortē,quo pacto daturus eſt ꝗd promiſe-
rat?Idipſum nūc Paulus leniēs,ob id arguit Chriſti ratū eſſe,& firmius teſtamentū, ꝗa mor
tuus ſit.Neqꝫ em̄ dū ſuperſtites ſumus,teſtamēti nomē illud ſortitur,ꝗd teſtādo nos inſtitui
mus.Vt igit(inquit)puriores nos redderet,mortē ſubiuit,& teſtamento nobis pc̄tā remiſit,
& cœleſtiū reliquit bonoꝝ fruitionē, nos inter & patrē mediator effectus,cū patri haud-
quaꝗ in aīo eēt,nobis hæreditatē relinꝗre,vt quibus acriter ſuccenſebat,& erat iratior,tanꝗ
liberis à ſe alienus.Chr̄s itaqꝫ interceſſit & patrē nobis cōciliauit.Quo mō?Id nanqꝫ ꝗd erat
nobis ferēdū,vt cōtumacibus,ille iā tulit,& mortē quæ fuerat ꝑ nos ſubeūda,pro nobis ſubi
Iohan. 18 uit,effecitqꝫ hæreditate hac dignos.Eſt igit & teſtamentū hoc ꝑ filij mortē iā cōfirmatū ꝗd
14.17 minime vt ad indignos hæreditatē trāſmiſit.Habet ꝓterea & teſtamētū hæredis. Sic em̄ in-
Iohan. 8.15 quiens teſtatus eſt Chr̄s:Volo pater,vt vbi ſum ego,illic & miniſtros meos eſſe.Quos vero
exhæredauerit ille,ſic exprimit:Nō pro oībus peto,ſed pro his ꝗ me & profeſſi ſunt & cre-
diderūt.Habet inſup teſtamentum & teſtes,vt patet ex his.Teſtimoniū aūt perhibet de me
qui miſit me pater & paracletus teſtimoniū perhibebit de me,&vos teſtimoniū perhibetis.

Vt morte intercedēte,in redemptionē eaꝝ præuaricationū quæ erāt in priori teſtamen
to.]Vides quemadmodū vt nos redimeret Chriſtus,obierit mortem.Quo ergo pacto vel
ex imbecillitate,& impotentia effectū id eſſe exiſtimas?Quandoquidem Chriſti mors tam
efficax fuerit & valida,vt per eam legis præuaricatio omnis ad ſanitatem redierit.Cur igi-
tur ad legem confugis,quæ iam impotens ſit & imbecilla,vt quod vel in ſe fuerit præuarica
tum,corrigere nequeat?Nec tamen id eo fit, quia illa iniquior,ſed quia infirmior ſit.

Repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.]Ni enim,inquit,Chri-
ſti nos obitus peccatis & facinoribus exemiſſet,quibus patrem iam hoſtem reddideramus,
quo pacto eſſemus diuinam hanc adepti diuinitatem?Cū vero vocati dicit,oſtendit quem-
admodum initio deus erga nos vt pater ſe in liberos geſſerit.Nam cum eſſemus iampridem
ad hæreditatem acciti,nos tamē ipſi indignos hæreditate hac fecimus,niſi filius interceſſiſ-
ſet,qui nos in hæreditatem reſtituit.

Vbi em̄ teſtamentū eſt,mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.Teſtamentum em̄ in mor D
tuis confirmatum eſt.]Haudquaꝗ,inquit,vos Chriſti mors terreat.Nam ſi naturæ ille non
conceſſiſſet,quomodo ipſi hæredes efficeremur?Conſtat em̄ & teſtamentū poſt teſtatoris
exceſſum,& vim habere & firmitatem.Vel quo pacto digni huiuſce eſſemus hæreditatis,ſi
nondum fuiſſent inter nos & deum ſublatæ inimicitiæ.

Alioquin num valet dū viuit qui teſtatus eſt?]Per interrogationē id & lege & intellige.

Vnde nec primū quod ſine ſanguine dedicatū eſt.]Non em̄ ſolū apoſtolus ꝗ diceret ex
cōmuni quadā cōſuetudine cōfirmabat,ſed vel à rebus ipſis ꝗ in veteri cōtigiſſent.Quod ſa-
ne Iudæos ad credulitatem magis inducit,& fidē vt ſibi adhibeāt admonēt.Vnde,inꝗt,ne-
ceſſariū eſt,vt mors teſtamētum ꝓcedat.Vnde fuit neceſſe,vt prius illud teſtamētum nō ſine
ſanguine fuerit dicatū.Sanguis vero mortis eſt argumētū,ſed vetus illud ꝑ agni ſanguinē fi-
guram ꝓtulit noui,in ꝗ dei filius in carne mortuus eſt.Veꝝ quid illud deſignat,cū teſtamētū
inquit fuiſſe dicatū?Id quidē.Quia hoc ipſum principium ſumpſit confirmationis & robo-
ris.Neqꝫ em̄ aliter peragendi ſumpſiſſet initium,niſi ſanguinis effuſio præceſſiſſet.

Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo.]Secundum legem,id eſt,
quod lege cautum erat & conſtitutum.

Accipiēs ſanguinē vituloꝝ & hircorū cū aqua & lana coccinea & hyſſopo,ipſum quoqꝫ
librū & omnē populū aſperſit.]Quamobrē & liber & populus aſpergunt?Nimirū vel pre
tioſum ſanguinem ꝓfigurat,ꝗ ſumus ipſi et corda hæc nr̄a aſperſi,ꝗ profecto nobis pro codi
cibus inſunt,vti et ſuperius dixit:Dedit leges in cordib' ipſoꝝ.Vel baptiſmi aquā deſignat.
Hunc em̄ et ſanguis et aqua cōficiunt,et ex duobus his alteris cōſtat.Seorſum tn̄ baptiſmus,
qui etiā cū per aquā conficit,dn̄i mortē denunciat,quā ſanguinis demonſtrat effuſio.Hyſſo
pū vero intelliges eo inductū,ꝗa et denſius ſit et bibulū magis, et liquore ꝗuis perfunditur.
Iohan.6 Nec ſecus et lanā,vel ꝗa et eius nomen ſortitus eſt Chr̄s, veluti ex parte totum accepit.Eſt
Apo.5.6.7 nāqꝫ & agnus denominatus et ouis quæ hiſce velleribus obducunt et lana.Quinetiam et coc
Eſa.53 cineam dici hanc volunt et rubram,quia colore ipſo figuram ſanguinis præferat.
Exod 14 Dicens:Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit deus ad vos.]Chriſtus ſane ſic inquit:
Matth.26 Hic ſanguis noui teſtamenti in remiſſionem peccatorum.In veteri vero nec nouum dicitur
Marc.14 nec peccatorum remiſſio.Vides vt ſanguinem dixerit teſtamentum.Neceſſe eſt igitur vt
Chriſti mortem intelligas,vbi teſtamenti fit mentio.

Et abernaculū et oīa vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit.]Vel hoc quidem noſtri
præfere

A præfert figurã, qui et tabernaculũ sumus. Ait nãq;: Inambulabo in eis et inhabitabo. Et alibi: Vasa aũt magnæ domus dei, q̃dã aurea sunt, q̃dã argẽtea. Sumus itaq; nos vero Chr̃i sanguine respersi, & sanctificationẽ adepti: q̃squidẽ & in eius fuerimus morte baptismi abluti. Leui. 26 2. Cor. 6 2. Timo. 2

Et omnia pene in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio. ⌋ Cum eñ pene illud proposuit, quia vetus lex illa nec purgationem quidẽ perfectam, nec remissionem potest afferre, quippe quæ nec peccata dimittit, nec delet.

Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his hostijs mundari. ⌋ Cœlestium exemplaria, nostrã ecclesiam dicit. Habita est eñ superius mentio, quemadmodũ cœlũ ecclesiam præferat. Hoꝝ itaq; & argumenta prætulerant, & figuras Iudaici ritus, eoq́; & vituloꝝ sanguine purgabantur olim Iudæi, & bucculæ cinere siue hirci, & huiusmodi vilioribus. Iudaici ritus.

Ipsa autem cœlestia, ⌋ id est, quæ ipsius ecclesiæ sunt nostra.

Melioribus hostijs q̃ ista. ⌋ Cũ itaq; lõge sint nr̃a Iudaicis potiora, & tm̃ excellãt, quãto cœlũ est terra p̃stãtius (Siquidẽ illoꝝ terrena sunt bona, nobis vero in sortẽ cesserit cœlũ) iure ipsi videmur maiori q̃dã immolatiõe dignati, dei .s. filij sanguine, q nos penitus repurgauit. Est ergo nõ solũ pfectior mors Chr̃i, ob testamẽtũ iã affirmatũ effecta, sed q aĩam ipsam hauddubie quauis labe abstersit. Eo igit̃ mortis huius cõmemorat Paulus bñficia, & vti debet illã extollit, qa & turpior fit & ignominiosa, quã pluribus visa, quippe quã in patibulo & cruce subierit Chr̃s, quod plane apud veteres illos detestabile erat, & fœdius tormẽti genus.

Non eñ in manufacta sancta introiuit Iesus exemplaria veroꝝ, sed in ipsum cœlũ, vt appareat vultui dei pro nobis. ⌋ Plurimi quidem templum existimabãt Iudæi, q̃d Hierosolymis erat, vtpote cui nusq̃ terraꝝ aliud vllũ par esset, cũ pulchritudine, tũ & ornatu, tum ædificij varietate & sumptu. Et qm̃ p̃sentibus & corporalibus bonis hi traherentur, iniunxerat deus, vt permagnificũ illud cõstrueretur. Vnde vel ab vltimis terræ finibus tẽpli huius visendi gr̃a, Hierosolymã hoĩes confluebãt. Paulus itaq; quẽadmodũ in hostijs & immolationibus egerat, quas penitus ex Chr̃i mortis inductione substulerat. Ita hoc loco, cũ tẽplo cœlũ opposuisset, arguit quãto vtraq; hic inter se differãt interuallo. Proinde legis pontifices dicit, sancta manufacta adisse, quæ proculdubio certiora quædã & vera p̃figurarent .i. cœlum
B ipsum. (Hoc eñ certo hæc p̃ferunt sancta) Christũ vero cœlũ hoc fuisse ingressum, tametsi per se oĩa teneat ac p̃sto vbiq; sit ille. Id tamen humanitatis gratia dixit & carnis assumptæ. Christi pontificatus.
Nec solũ ex his differre à pontificibus legis Christũ demonstrat, sed hũc ipm̃ nostrũ pontificem eo fatet̃ propinquiorẽ. Nã etsi pontifices prisci illi p signa q̃dã deũ videbant, at Chr̃s hũc ipsum spectat & intuetur, & p̃sens alloquitur, & in faciẽ illi & vultũ apparet. Veꝝ quid illud pro nobis, cũ inquit, designat? Quia pro nobis cũ hostia & immolatione est cœlũ ingressus, quæ valeant, cũ patrẽ nobis propitiũ reddere, tum angelos ipsos cõciliare. Nã & hi quidẽ in nos, tanq̃ sui dñi insensissimos hostes inimicitias exercebant. Nunc vero pro nobis vel dñs ipse intercedit. Quod aũt fit ille cœlum ingressus, id conciliandi nos gratia fecit.

Neq; vt sæpe offerat semetipsum. ⌋ Neq; eñ eo in cœlũ se cõtulit, vt alias sæpe, eodem se (conferat.

Quemadmodũ pontifex intrauit in sancta per singulos annos. ⌋ Aduerte q̃ longe plurimum Christus legis pontifices antecedat. Illi nanq̃ in singulos annos & semel duntaxat sancta sanctoꝝ adibant: Christus vero seipsum & semel recepit.

In sanguine alieno. ⌋ Pontifices scilicet istiusmodi in alieno cruore, tauroꝝ videlicet & hircorum, ingrediebantur hæc sancta: Christus vero proprio inuectus est sanguine.

Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. ⌋ Si enim (inquit) seipsum esset sæpius oblaturus, & mortem subiret frequentius fuisset necesse. Quandoquidem per propriũ sanguinẽ esset oblationẽ facturus, nõ p alienũ, tauroꝝ videlicet, vt legis põtifices.

Nũc aũt semel in cõsummatiõe seculorũ ad destitutionẽ peccati, p hostiã suã apparuit. ⌋ Hoc loco q̃ddã reuelat mysteriũ. Verũ cur in seculorũ cõsummatiõe, & post multa pc̃tã & nõ statim in ipso principio se obtulit dñs? Si eñ cũ diffusa adeo scelera nõdũ essent, mortem Chr̃s obisset, & in hũc postmodũ nemo mortaliũ credidisset, nõne secundo fuisset illi mors obeũda? Nõne & inutiles plane oẽs eius fuissent conat⁹: Nũc vero cũ demũ magnũ in modũ praua hoĩm increuissent facinora, iure optimo deo se obtulit, et in eius cõspectu p hostiã suã & mortẽ apparuit. In ipsa seculorũ cõsummatiõe & fine, cũ tẽpus iã aduẽtasset, quo prophetarũ dicta adimplerent̃, & deperdita hoĩm nequitia ad summũ iã euasisset, vt anathetisi .i. vt pc̃m̃ deuincat & oẽm illi demat fiduciã, sũpsius oblatiõe & hostia, hoc est, p suæ carnis interitũ. Idipsum fere et alibi dixit, cũ inquit: Vbi eñ abũdauit pc̃m̃, superabũdauit et gratia. Demit̃ eñ tũc peccati fiducia, cũ hi q pc̃m̃ cõmiserint, p gr̃am impunes missi sunt facti. Nã pœna delicti, pc̃m̃ .i. diabolũ facit fidentiorẽ, vt hoĩes ad peccãdũ magis instiget, vnde hos sentiat pditũ iri. Quærit Gregorius Nysses, cur in seculi cõsummatiõe carnẽ assumpserit filius, aitq́;: Quẽadmodũ eñ peritissimi medici, febre adhuc in p̃cordijs pmanẽte, et egroti corpus acrius diuexante & ægritudinis fomẽtis adaucta magis, incensaq́; nullã afferũt languẽti Roma. 5

medelā, quæ languoris causas tollat, sed vt morbus increscat, operiunt. Sic & nobiscum agit animarū medicus ille. Expectat enī vt prorsus omnis retegatur nequitia, vt nihil maneat ex his quæ re condita sunt incuratum, sic demum retectis ille & patentibus malis medebitur. C

Et quēadmodū est statutū hoībus semel mori, post aūt hoc iudiciū. Nūc & causam explicat, cur semel obierit Chr̄s, quia vnā (inqt) mortē redemit. Erat nāq; hoībus sic p̄stitutū, vt semel morte naturæ cōcederēt, vn̄ & semel ille pro cūctis ē mortuus. Quid ergo inquiet aliqs, nōne & hoc tp̄e morimur? Ita qdē. Haud tn̄ vllū habet vt quōdā, in nos mors ipsa imperiū, quin potius resurrectionē speramus, ad quā p̄uiū se nobis & ducē moriēs Chr̄s exhibuit. Nec mors qdē eiusmodi pro morte habet, sed pro somno potius ducit. Et qm̄ vniuersos erat mors cōplexura, p̄pterea ille e vita excedere voluit, vt morte nos liberaret. Vel forte significare hic nitit Paulus, eū Chr̄m fuisse mortē p̄pessum, q̄ nobis eēt in suppliciū debita. Veruntamen cū illi in deo accederet vera humanitas, quemadmodū semel hoies moriunt, deinceps & iudiciū sequitur, sic & ille semel est vita perfunctus. Sed audi quæ insequuntur.

Cur semel obierit Christus.

Sic & Christus semel oblatus est. A quo nam ille oblatus est? A seipso, non ab alio quouis hominum: qui etsi pontifex sit, hostia tamen ipsemet est & oblatio.

Ad multorū exhauriēda peccata. Quēadmodū enī cū rē diuinā exequimur, & sacrosancta illa administramus mysteria, cōmissa cōmemorādo p̄camur, siue vltro delinquētibus nobis, siue minus veniā dari, hoc est, prius delicta meminimus, mox illa nobis remitti deposcimus. Sic & ille hmōi affatus est patrē. Pro his pater meipsum deuoueo. Vel p̄ctā ab hoībus ipsis exhausta detulit patri, q̄ illa dimitteret. Verū cur multorū dixit, non oīm? Quia nequaq̄ cūcti credidere mortales. At Chr̄i mors oīm æquauit perditionē. i. sat valuit, ne oēs perderent, & pro cunctorū salute depēsa est, & quātū in eo fuit pro cūctis est mortuus. Nec tn̄ oīm, quia illi reluctarent, peccata exhausit. Vnde inutilē sibi hi prorsus Chr̄i mortē hāc reddidere. Quod sane horrendū est dictu, & admodū deplorādum, cū multis illa salutē attulerit. In hūc sensum & Basilius ipse cōcedit. Reperimus tn̄ in euangelio, q̄ traderet animā suā in redemptionē pro multis, pro omnibus interpretatū. Multi enī plerunq; vniuersos designant.

Matth. 26
Marc. 10.

Secundo, sine peccato apparebit, expectantibus se in salutē per fidē. Mortuus (inquit) est ille nostris onustus criminibus, & eadē deo offerens patri, vt deleat obliteretq;, quorū gratia mortē sit ipse perpessus. Eū nanq; q̄ peccatū nullū patrauit, sontē effecit pater, tanq̄ qui nostra in se cōsciuisset facinora. Apparebit tn̄ secundo, nil vltra deferēs peccatorū, pro q̄bus nō iterato erit huic moriendū, qui semel obiuit, sed vt iudex adueniet saluti futurus se expectantibus. i. in se cum spem, tum fidem habētibus, operientibus illius aduentum, pro cuius dignitate duxerint & vitam. Nec solum in salutem venturus est ille, sed supplicio minus credentibus & peccatis obnoxijs. D

CAP. X.

VMbrā enī habens lex futurorū bonorū. Id est, forma existēs bonorū, q̄ pro noui testamenti promissis, in futurum à Christo hos manent, qui illum expectant.

Non ipsam imaginē rerū. Id est, nō veritatē ipsam. At quarū dicit hic rerū? Immolatiōis nimirū & remissiōis. Vmbratili enī scripturę, vetustiora illa similima videbant, q̄n quidē subobscura essent, nec satis patētia. Noua vero imagini. i. veritati, vtpote q̄ clare subsistūt, & finē sunt nacta. Accedit etiā, q̄ magnus ille Basilius plerisq; in locis de hac apertius disserit, inquiēs: Legis pascha & audio & cōfiteor figuræ fuisse subobscuriorē figurā. Vn̄ dat intelligi, vmbrā quidē sermonē dici apud ap̄lm, imaginē vero q̄ nūc in nostra ecclesia peragunt, tanq̄ & rel... fore p̄fectiora argumēto sint, q̄ in futuro seculo p̄fruent qui digni his videbunt. Quæ quidē & rerū nūc dicit ap̄lus, hoc est, futurorū bonorū. Nā vt imago à quo fuerit desumpta, differre nōnulla in parte videbit, sic & p̄sentia mysteria hęc in seculo illo futuro à rebus illis perfectioribus, haud paruo interuallo distabūt. Vtq; ipsa imagine adumbratio q̄ proxime fingitur, inferior est, sic & vetus illud à nouo hoc superatur.

Per singulos annos eisdē ipsis hostijs q̄s offerūt indefinēter nunq̄ accedētes possunt p̄fectos facere. Talis est huiusce orōnis cōtextus sententia. Si enī hmōi legis, immolatiōis, & hostiæ aliqd essent virtū nactæ, nequaq̄ cōtinēter adeo offerrent: quippe cū semel oblatæ, aliqd profuissent, & offerri p̄terea desiuissent. Nūc vero cū singulis annis, & persæpe illa fieret oblatio, perspicuū est, hostias hasce ad perfectionē volentibus afferendā fuisse infirmiores, eoq; post primā oblationem, & secūda deinceps, & alia itē atq; alia sequebat. Nam et inter medelas ea dicitur & valida esse, et efficacior, quæ semel vel imposita vel hausta, curat et sanat. Quod vero et sæpius et varie immutatū imponit, vim medēdi nullam habere arguitur, nec prodest languēti. Quæret aliqs, Nū et ipsi sine sanguine immolamus? Ita qdē, sed Christi nūc reminiscimur obitus, et vna nobis est immolatio, nō multæ. Quandoquidē est et ille semel oblatus. Eundē enī semper offerimus, quin potius oblationis illius memoriā facimus, perinde ac esset hoc tēpore immolatus. Quocirca constat vtiq; vnū esse nostrū hoc sacrificiū, legis vero multiplex. Tametsi (vt dictū est supra) eo frequētius offerebat, vt plurimū ac

Medicina quæ sit efficacissima.

multis

A multis prodesset, q̃d tñ longe secus se habet. Nostrũ vero (vt diximus) vnicũ est & semel oblatũ, & tũ in hac vita, tũ in futura integrũ manet, & pfectius est. Nã & vnus est sanguis, & semel effusus, & vnũ est corpus, q̃uis fuerit pro multis oblatũ, non multa, & itẽ vna est q̃ offert hostia. Hanc nãq; semp vt p̃sentẽ offerimus. Exẽpli grã, Oblatus ẽ forte pridie agnus, alterũ hodie immolamus, nec tñ vt pridiani illius vllã faciamus memoriã, hodiernus vel cædit vel offert, sed p̃sens iste p se sacrificiũ peragit, non præteritũ refert. Verũ cur apſus eisdẽ ipsis hostijs dicit? Quia nõ absimiles hostiæ erãt, sed eiusdẽ gñis animãtia cædebant, hodie. s. agnus & in crastinũ agnus, diuersæ tñ numero hostiæ erãt. Nõnulli vero eisdẽ pro modo immolãdi interp̃tati sunt, hoc est, vel cũ mactari hostiæ viderent, vel igne cõsumi, specie tñ diuersę, vtputa ouis, bos, turtur, colũbus. Nunq̃ possunt pfectos facere. i. cũ futurorũ bonorũ vmbrã lex habeat, nequit eos qui ei adhæserint, ad perfectionem deducere, nec qui hostias offerũt, reddere ex omni parte perfectos vel sanctos poterunt ad se concedentes.

Alioquin nõne cessassent offerri, ideo q͞ nullã haberent cõscientiam peccati cultores semel mũdari. ⌋Si eñ (inquit) peccare desijssent, nõne & hostiæ desiuissent offerri, cũ illi istarũ ope nil egerent? Quia satis iam profecissent, & nullorũ sibimet essent prauorum facinorum conscij, quibus mederi esset necesse, cum semel purgati fuissent & absterſi criminibus.

Sed in ipsis cõmemoratio pctõrũ p singulos annos. ⌋Nil aliud, inqt, efficiũt hostiæ, nisi q͞ pctã cõmemorãt, arguũtq;. Nõ ei cõmissorũ p̃stãt remissionẽ, sed plane ostẽdũt oblatiõe assidua minus eẽ ppli pctã soluta. Nã si soluta iã eẽnt, qd vltra imolandũ fuisset? Cõmemorationẽ vero cũ inquit (vt intelligas) facit, nõ mõ futurorũ grã delictorũ, sed p̃teritorũ ob causam hostias ab his imolari, qa haudq̃q̃ sint p̃terita illa dimissa, sed cõsciẽtijs vt erãt adhuc inhærẽtia. Esto singulis annis vituli sanguis offerebat pro pplo, fit tñ vt ijsdẽ delictis pmanẽtib⁹, nec dũ abolitis, idip̃m sacrificiũ offerret. Nõ itaq; eadẽ erit futurorũ scelerũ rõ ac p̃teritorũ habẽda, sed cõstat priora illa insoluta manere, vñ & eãdẽ semp oblationẽ fuisse arguit. Nec secus q̃ cũ vna sp lãguẽti apponit medicatio, argumẽto ẽ hunc ip̃m morbo eodẽ assiduo laborare.

Impossibile eñ est sanguine taurorũ & hircorũ auferri peccata. ⌋Ex oblatorũ hac vilite,
B & morbi ipsius magnitudine dicta sua confirmat. Perinde ac si quispiam medẽdi peritus, si elephantico morbo, affecto cuiq̃ in medelam dari linozosam herbam perspexerit, dicat necesse est, nequaq̃ hanc herbam elephantico illi restituere sanitatem.

Ideo ingrediens mundum dicit. ⌋Christus siquidem in mundum humano corpore veniens per Dauid inquit. Est aũt Apostolo mens istiusmodi, Nam cũ illorũ immolationes & hostias inualidas esse, & plane inutiles coarguisset, ne quis id quærat, cur ergo has ipsas Iudæi exercent? Extabat eñ adhuc illorũ & templũ, & quæ legis erant omnia illi exequebant, cur inquã hæc facere nõ desistunt? Vñ de & rei huiusce causam aperit, aitq;: Desitæ sunt quidẽ vt deo placitũ est immolatiões hmõi, alioquin cũ constet Iudæos peruicaces esse & contentiosos, & sancto spiritui reluctantes, adhuc his retinentur incumbuntq;. Ostendit præterea quemadmodũ vel ante dñi incarnationẽ deus reiecisset Iudæos. Attende aũt cũ ingrediens inquit, quemadmodũ vel ante eius ingressum odisse hunc Iudæos ostendit.

Hostiam & oblationem noluisti. ⌋Quæ lege scilicet sunt institutæ. Et si satis fuisset ho- Psalmo.39
stiam duntaxat dixisse, nihilominus vt ipse existimo eo & oblationem adiunxit, vt sanguinis expers sacrificium designaret.

Corpus autem aptasti mihi. ⌋Perinde ac si dicat: Cum enim corpus hoc meum consummatam perfectamq; hostiam fore iam à seculo destinasti.

Holocaustomata & pro peccato tibi nõ placuerũt. ⌋Nec holocaustomata hæc, quæ scilicet igne cõficiuntur sacrificia, tibi placuerũt. i. noluisti, nec in acceptũ hæc retulisti, neq; q̃ essent de peccato oblata. Erat quidẽ vt diuersis de causis, ita & diuersum sacrificijs impositũ nomen. Nã alia quidẽ pro cõmissis offerebant, nõnulla pro neglig ẽtia, quædã etiam salutaria dicebant, & conciliatoria quædã, alia insuper precatoria, alia demum purgationis gratia offerebant. Quæ tamen eo sunt prorsus sublata, quia sacrificiũ & oblationem noluisti. Vnde multiplicitas sacrificiorũ.

Tunc dixi: Ecce venio, In capite libri scriptũ est de me, vt faciã deus volũtatem tuam. ⌋ Vides quemadmodum vel anteq̃ dñs carnem assumeret, eiecta sacrificia fuerunt repudiata. Nam & post sublatos sacrificandi pristinos ritus, tunc Christus ipse professus sum inquit, ecce venio tuæ exequendæ gratia voluntatis. Patri vero voluntas hmõi est, vt filius immoletur pro mundo, & homines iustificentur, non in sacrificijs, sed huius in morte. Annunciaui eñ, inquit, iustitiam in ecclesia magnã. Et deinceps illud est interiectum, In capite libri scri-
ptum est de me. Librum aũt lapideas tabulas dicit, quibus lex fuisset inscripta, vel vetus te- Psal.39
stamentum. Perinde ac si dicat: In omni scriptura de meo aduentu facta est mentio, & quẽadmodum ipse essem offerendus pro mundo. Vel caput, veteris testamenti principium in-
terpretatur. Nam & in ipsius Mosi libri primordio, cum hominem (inquit) faciamus ad Gene.1
imaginem & similitudinem nostram, suæ diuinitatis cognitionem aperit deus.

Superius dicēs: Quia hostias & oblatiōes & holocaustomata & pro pctō noluisti, nec pla- C
cita sunt tibi quæ secundū legē offerunt, tunc dixi: Ecce venio vt faciā deus voluntatem tu-
am. ⌋ Enodat Paulus Dauidicū dictū. Sed quæres fortasse, quid ergo? Num legis ipsius ob-
latiōes & sacrificia haudquaq̄ ex dei volūtate prodierāt? Volūtate quidē. Sed duplex est vo
1. Cor. 7 luntas hmōi, vult eñ quispiā præcipuū aliquid, quēadmodū Paulus: Volo aūt oēs homines
1. Timo. 5 esse vt ego sum, id est, solutos & nuptiarū expertes & cælibes. Præterea altera quædā volun-
tas, vt alioꝝ condescendat libidini, promptior, vt Paulus idē: Volo iuniores viduas nubere,
q̄d tñ eo se velle affirmat, ne de Chr̄o quærant, & idcirco hoc illis pmisit. Sic deus principio
nidores & sanguinē respuebat. Vbi vero cōpertū habuit Iudæos dæmonibus immolare, sa
crificiis & immolatiōibus hisce plurimū detineri, assensus est, vt in sui honorē hostias illi of-
ferrēt. Verū cur Paulus, cū infinita haberet ad eā rem testimonia hoc vno est vsus & in me-
diū protulit? Id sane ob Iudæoꝝ impudentiā egit, iactantiū veterē illā idcirco desitā esse im
molandi cōsuetudinē, nō q̄ inutilis esset, sed q̄a facinorosi fuissent qui hostias illas offerrent,
& Esaiā producūt horū incusantē pctā, dicētem q̄: Manus vr̄æ sanguinis plenæ. Et Dauid p̄
Esaiæ. 1. terea hmōi proclamantē: Nō accipiā de domo tua vitulos, neq̄ de gregibus tuis hircos. Et
Psalm. 49. illud: Quare tu enarras iustitias meas? Hæc itaq̄ vel hmōi cōtentiosis Iudæis obiicientibus, te
Ibidem. statur nūc Paulus certioribus argumētis, pristinos illos immolādi ritus, eo fuisse à deo reie-
ctos, quia nec integritatē nec perfectionē præferrēt, non ob populi ipsius pctā, vt illi assere-
rent. Non eñ in nono & tricesimo psalmo vnde id productū est testimoniū, populi scelera
propheta cōmemorat. Q̄d aūt idcirco hoc Paulus vsus sit testimonio, audi quæ insequunt.

Aufert primū vt secundum statuat. ⌋ Quod illud est primum? Sacrificia & immolatio-
nes. Quod vero secundum? Patris voluntas, id est, Christi corporis per crucem immolatio.
Eiiciuntur itaq̄ priora illa, vt confirmetur quæ fit per Christi mortem oblatio, quam voluit
quidem & acceptam habuit pater. Fit igitur, vt nequaq̄ vllo offerentium crimine, sed sua im
perfectione repudiata sint, & eiecta hæc sacrificia.

In qua voluntate sanctificati sumus per oblationē corporis Iesu Christi semel. ⌋ In qua
patris scilicet voluntate, per Christi corporis immolationem sumus sanctificati, quæ semel
effecta sit. Credentes nanq̄ nos & fideles ex vnigeniti oblatione sanctificari, hanc ipsam su-
mus patre volente sanctificationem adepti. Haud itaq̄ legis veteris instituta dei præferunt
voluntatem, sed Christus oblatus & quæ ex eius oblatione profecta est sanctitas.

Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens ho- D
stias, quæ nunq̄ possunt auferre peccata. ⌋ Astare ergo ministrantis officium arguit, sedere
vero Christum dicimus, cui assistitur, & ministerium id exhibetur.

Hic aūt vnā offerens pro peccatis hostiam in sempiternum ⌋ Ipse vtiq̄ Christus, inquit,
vnicam duntaxat & semel obtulit hostiam, corpus videlicet suum pro nostris delictis ad sa-
lutem nobis perpetuo valituram, & ita vt secunda nil egeamus.

Sedet in dextera dei de cætero expectās donec ponant inimici eius scabellū pedū eius. ⌋
Psalm. 109 Est itaq̄ hic nō pōtifex solū, sed deus. Postq̄ vero opus illud absoluit, q̄ fuerat pontificis no-
men sortitus, cōsedit tandē vt deus, opperiens eius vt hostes pedibus sibi subiicerent. Huius
aūt inimici cū infideles sunt oēs, tū dæmones ipsi q̄ & demū subdent, i. eoꝝ cessabit nequitia
nec vltra obesse poterūt, & in ignē illū inextinguibilē detrudent, Paulus tñ infideles Iudęos
eos nūc Chr̄i inimicos appellat, vt cōsolet qui ex Iudęis crediderāt, q̄ malis innumeris à p-
fidis illis afficerent. Perinde ac si dicat: Nolite animo ipsi cōcidere, futuꝝ est eñ, vt q̄ in præ
senti vos vrgēt superbiendo, nō modo subiiciant, sed q̄d grauius est pedibus cōculcent. Cui
rei argumēto est, Chr̄m ad patris dexterā cōsedisse. Quod quidē etsi ita se habere pro indu-
bitato tenemus, & illud pro Dauidicis dictis fiat necesse est. Dicet aliq̄s: Cur non statim hu-
ius sunt pedibus illi suppositi? hoc est, Quāobrē nō sunt e medio cōfestim sublati? Eoꝝ qui-
dem causa dixerim, qui ex his essent adhuc profuturi fideles, vt e sentibus suauissimi flores.

Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. ⌋ Prorsus, inquit, & à
peccatorum seruitute exemit, & qui sanctiores essent iam redditi, & suo fuissent delibuti
iam sanguine, quandoquidem essent illius in morte & sanguine baptizati. Omnes nanq̄ qui
huiusmodi sunt baptismo abluti, & complantati mortis huiusce similitudine, perspicuū est
per eius esse cruorem sanctificatos.

Contestatur aūt & nos spūs sanctus. ⌋ Quid nam ille, inquit, testificatur? Quia vel vnica
oblatione à peccatorum nos ille exemerit iugo, & ita, vt secūda nobis minus sit necessaria.

Hiere. 31. Postq̄ enim dixit, hoc est testamentum quod testabor ad illos, dicit dñs, post illos dies,
Supra. 8 dando leges meas in cordibus eoꝝ, & in mentibus eoꝝ scribam eas, & peccatoꝝ & iniqui-
tatum eorū iam non recordabor amplius. ⌋ Vides quemadmodū testificetur his deus deli-
ctorum se contulisse remissionem cum nouum traderet testamentum, quod sane per eius fi
lii mortem & tulit et confirmauit, vt supra iam patefecimus.

A Vbi aũt horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.⌋Si enim peccatorum remissio vna oblatione permissa est, quid vltra est opus secunda? Liquet itaq; vna duntaxat Christi oblatione perfectiores nos esse effectos, accepta prauorum facinorum remissione, nec alio sacrificio indigemus. Sunt itaq; Iudaicæ immolatiões illæ superuacaneæ, tametsi Iudæi plurimum altercando contendant. Quandoquidem iampridem inutiles fuisse coarguuntur.

Habentes itaq; fratres fiduciam.⌋Cum magnitudinem prætulisset qua & noster pontifex Christus legis veteres pontifices illos præstaret, & quantum testamẽtum nostrum hoc nouum, vetustum illud excedat, quave legis immolationib⁹ & sacrificijs præstet Christi oblatio, per quam sumus & ipsi peccatorum iugo & pondere liberati, desinit iam de dogmate disputare, & ꝑ opportune ad immortalitatem pertransit, & spatium præbet auditorib⁹, sese colligendi. Nam cum de remissione disseruisset, commonefacit demum ne rursum in commissa olim facinora relabantur. Habentes (inquiens) fratres fiduciam, quia nobis scilicet sunt peccata dimissa. Quemadmodum enim pudorem affert peccatum, cogitq; ne quis audeat qui eo obstringitur prodire in publicum, sic remissio ipsa animos facit & fiduciam præstat.

In introitu sctõꝝ.⌋Cũ itaq; nobis remissa sint scelera, cõfidim⁹ ꝑ sctã illa nos adituros In sanguine Christi.⌋Id est, per sanguinem. Per crucem nanq; & Christi san (.i. cœlũ. guinem, veniam meriti, fidentiores efficimur.

Quam initiauit nobis viam nouam & viuentem.⌋Quam. s. in sancta introitum initiauit .i. dux ipse ad ingrediendum & præuius fuit, & prior hanc ipse viam aggressus est & incessit. Nouam aũt dixit, quia nuper & nostris temporibus id iter innotuit. Quod vtiq; nobis ad gloriam cedit, vt hisce rebus quibus nec Abraham ipse dignatus sit, nos simus digni effecti, vtpote quibus iam pateat cœlum. Viuentem aũt dicit prioris vitæ respectu quæ fuerat mortifera & ad legis facta ductabat. Neq; enim illud pristinũ iter locum habet vllũ salutis, quin & in exitiũ trahit se adeuntes. At nr̃m hoc ita ad vitã deducit, vt & ipsum viuens & ꝑpetuũ sit, quia vitam præbeat sempiternam. Vel viuentem nouam viam intellige, & florentem, ad veteris illius & obsoletæ iam differentiam, qua in sancta ibatur, quæ ꝑculdubio mortua est.

Per velamẽ. i. carnẽ suã.⌋Innouauit hãc ille nobis in cœlũ viã ꝑ eius carnẽ, q̃ vtiq; cũ eẽt in crucẽ sublata, & deinceps ad cœlos euecta, tũc sane & nobis cœlestia reserauit. Vñ & apte velamẽ carnẽ hanc dixit. Cum eñ fuerit velamẽ detractum, quod intus latuerat, reseratur.

B Et sacerdotem magnum super domum dei.⌋Habentes. s. & sacerdotem Christũ qdem super dei domum. i. fideles, qui dei sunt templum & habitaculum, vt illud est: Et inambulabo & inhabitabo in eis. Vel quod verius dixerim cœlum ipsum. Illud nanq; sancta appellat & in eo suo perfungi munere pontificem dicit, pro nobisq; intercedere. Leui. 26 2. Cor. 6

Accedamus.⌋Ad quem? Ad fidem videlicet, & cultum hunc spiritalem. Vel ad cœlum præterea vbi noster pontifex residet.

Cum vero corde.⌋Hoc est, quod careat dolo, & apertũ se erga fratres exhibeat, nec hæsitans sit, & de futuris subdubium, vnde & in desperationem aliquam recidat.

In plenitudine fidei.⌋Cõmonefacit hoc loco, quẽadmodũ minime nobis in desꝑationẽ sit cõcidendũ, si fidei fuerimus plenitudinẽ cõsecuti, hoc est, si fidẽ sum⁹ certiorẽ adepti, q̃uis ex parte ꝑfectã. Pót ei qs credere fidei th̃ carere hac plenitudine, sicuti & illud in ore hñt pleriq;. Nõ æque oẽs resurrecturos. i. nõ singulos habituros resurgẽdi licentiã. Qui istiusmodi sentiũt, haudquaq̃ igit plenã sortiti sunt fidẽ, sed mãci haud dubie in ea sunt isti & imperfecti. Accedamus itaq; ad fidei hãc plenitudinẽ, cũ nihil offert q̃d cerni oculis possit, nec tẽplũ hoc q̃d cœlũ ꝑfert, nec põtifex ipse. Quippe q̃ postq̃ sctã illa. i. cœlũ ingressus est, non vltra humanis obtutibus patet. Quocirca opus est fide, & abundantiori qdem, & nihil subdubia.

Aspersi corda à conscientia mala.⌋Cum de fide disseruisset, ostendit nunc non fidem solum, sed vitam etiam virtute excultam requiri. Atqui Iudæi corpore & carne aspergebant, nos corde & animo & ita vt nil nobis simus nequitiæ conscij. Respergimur etiã virtute ipsa vel spũs gratia, qui nobis in lauacro reliquit pctã, & fortitudinem condonauit. Quo fit, vt si studio fuerimus & diligentia vsi, futurum sit vt nil vltra in pristina recidamus commissa.

Et abluti corpus aq̃ munda.⌋Baptismi. s. aq̃. Munda vero, q̃a puros efficiat, abstergatq; à labibus, vel q̃a nihil habeat sanguinis intermixtũ, vti & apud veteres illos cinis sanguine erat respersus. Vel munda dicit, q̃a in lauacro ipso spũs grã animas mundet, & nitidas reddat. Visibilia th̃ cum inuisibilibus coniunxit Apl's: Nã corporis abluendi grã aq̃ desumitur, tametsi duplex purgatio sit, vt ipsi duplices sumus, i. vt corpore constamus & anima.

Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.⌋Hoc est, quam professi nos sum⁹, spem teneamus stabilem & immotam. Sperauimus nanq; in fidei susceptæ primordijs ingressuros nos cœlũ, deinceps & illud sumus confessi, resurrectionem nos credituros futurã & vitã illã perpetuã habituros. Id quidem est nobis cum fide conuentum, & sic licuit depacisci, quocirca hæc nobis tenenda confessio est.

Fidelis est enim qui repromisit.] Vires.s.ille suppeditat,q̃tenus spem hanc inconcussam C
seruemus & firmam. Quod sane futuꝝ est, si fidẽ nouerimus pollicentis. Fidelis est enim.i.
veridicus Chrs & certiora sunt eius ꝓmissa,ait nãq;: Vbi sum ego,illic & me⁹ erit minister.
Iohan. 12 Et cõsideremus inuicẽ in ꝓuocatione charitatis & bonoꝝ opeꝝ.] Quod vtiq; ꝑfectius
est charitatẽ adiecit. Ait itaq;: Cõsideremus.i.diligẽter & enixius aduertamus, vt virtute ꝑ-
ditos ꝑnoscamus, vt hos imitemur: nõ tanq̃ liuore capti, sed laudabili q̃dam æmulatione &
ipsi illoꝝ operibus ꝓuocati, q̃ ijdem gesserint, factitem⁹. Cuiusmodi ꝓuocatio charitati est,
Prou. 27. non inuidiæ argumentũ. Nam vt ferro acuit ferrũ, sic & animus q cum aĩo cõflictatur bene
instructo, magis ac magis ad bonũ accendit. Vel forte hæc in ꝓuocatiõe dixit hic charitatis
vt illos hortet ꝑinde ac si inq̃at: Vnũ sentite inuicẽ, vt ad mutuam accendamini charitatem.
Non deserentes collectionem nostram.] Callebat hic sane ex cõuentu hmõi gigni bñuo-
Matth. 18. lentiam & ideo monet ne cõueniendi inter se deserant consuetudinẽ. Neq; ad secessus aliq̃s
Actoꝝ 12. studeant, vel diuerticula se cõferre, ait nanq;: Vbi duo fuerint vel tres in nomine meo con-
gregati, ibi in medio eorum sum ipse. Quinetiam ecclesiæ preces, id est, fidelium congrega-
cursum eiusmodi addamus aliquid intulit, sed in eo perseueremus, & ad propositum nobis
certamen, cursum hunc intendamus, quod fieri per patientiam poterit. Siquidem per conti
nentiam alŋ, per eleemosynam multi & diuersas virtutes debent hunc cursum tenere. Vos
vero per tolerantiam, quæ vtiqꝫ vobis præcipua est (vt diximus) necessaria.

Aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum.⌋ Si enim (inquit) ꝑdiscere vo-
lumus per patientiam decurrendi hunc mundum: Iesum haud secus spectemus, ac solent q
opificŋ alicuius fieri volunt peritiores, opificem ipsum vel operantem attentius intuentur. Matth.11.
Quod ꝓfecto & Iesus dicebat: Discite à me, qa mitis sum, & humilis corde. Est nō est disci- Luc.6.
pulus supra magistrū. Autor aūt & cōsummator ideo dr̄, qa vt à principio nobis & fidē ipse Iohan.15.
ingessit. Non em̄ vos (inqt) me elegistis, sed ego elegi vos. Ita & finem est ipse impositurus.

Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, cōfusione contenta.⌋ Poterat nec ꝑpeti q̄d
passus est, nec crucem subire, qppe q peccati esset ꝓrsus immunis. Vnde nec morti erat ob- Iohan.14.
noxius, q̄d & ipse testat̃. Venit (inquiens) princeps mundi huius, & in me non habet quicq̄.
Non em̄ si libuisset patibulo fuisset ille suffixus, q̄d vtiqꝫ & ipsemet fatebatur. Potestatē ha- Iohan.10.
beo dicens, ponendi aīam meam, crucem tñ ipse sustinuit. Nec mortē simpliciter, sed igno-
miniosam & fœdam, contempsitq̀ꝫ mortis huiusce confusionem & ignominiam. Nec tristi
tiam (inquit) hic paruifecit, cū minus hæc inuitus & mœrens, sed volens & gaudens, tulerit.

Atqꝫ in dextra dei sedet.⌋ Vides quo patientiæ finis euaserit. Quod & alibi dicit: Propte
rea hunc deus exaltauit cum de eius carne loquere[...] assumpta. Quæ cum ita se habeant, po
test hic quidem pro his quas nunc toleratis pressuras mercedem dependere. Cum vero pa- Philip.2
tri ad dexteram assidere hunc dicit, patri arguit parem.

Recogitate em̄ eū, q talem sustinuit à pc̄tōribus aduersum semetipsum cōtradictionē.⌋

Si cõseruorum tormenta, quis secum animo reputet, in suis maxime, q̃ sustinet cõsolat, q̃n- C
to magis si dñi repetat cõtradictionem .i. irrisiones, opprobria, & faciem cæsam, & q̃ illi be
ne monenti obijciebant, & in conspectu Pilati populum aduersum hūc clamitantē, & crucē
demū quã subijt volens? Cū aūt talē dicit, rem magis explanat. Perinde ac si dicat: Tam ve-
hemens erat istiusmodi cõtradictio, vt ad mortem vsq; traduxerit, quã à peccatoribus, hoc
est, gētilibus & Iudæis illatã, cū noxijs & latronibus tulit, tam fœdo mortis genere affectus.
Vt non fatigemini animis deficientes.] Christum nanq;, & eius tormenta mēte prouol-
uere, animum vobis corroborabit, nec flaccescere sinet, neq; dissolui, nec prorsus cū afflicta-
tur in desperationem concidere.
Nondū enī vsq; ad sanguinē restitistis aduersus pctm̃ repugnãtes.] Duo q̃dem cum affe
runt præcipue nos cõsolant, cum grauia dicimur fuisse pp̃essi, & cum nondū magni aliquid
arguimur tolerasse. Vtrisq; his itaq;, vt hos consolet, vtitur Paulus. Nam cum dixisset supe
rius quã multa hos certãdo sustinuisse, essetq; eos hortatus vt seipsum imitaret, nūc lõge ali
ter facit. Ostendit nanq; nondū hos memorãdū aliquod & egregium facinus subijsse. Quod
eo intulit, ne efferant & insolescant. Sed q̃ prudenter id agat, aduerte. Cum enim veteres il-
los commemorasset, q̃ sanctimonia fuere præclari, & mala ingentia tolerassent, & Chri dñi
mentionem fecisset: tunc demum aperit, nullius esse momenti quæ ipsi tulerint mala. Vtpo
te per quos nondum ad mortem vsq; & sanguinem sit peruentum, sic persecutiones dunta-
xat hos sustinuisse, & præsentium bonorũ direptionem. Christum vero, eo tandem proue-
ctum, vt & mortem obierit. Cum aūt restitistis (inquit) peccata arguit acerrime hos impu-
gnasse, & nondum ab oppugnando desistere. Hos vero, & si aliquanto summotos, vrgeri q̃
dem certando. Nondum tñ mortiferis, sed leuioribus quibusdam affectos esse vulneribus.
Et obliti estis consolatiōis.] Adeo (inquit) estis in segnitiem & torpedinem resoluti, vt
vel verborũ vos obliuio cœperit, ad animi, seruandã magnitudinē cohortantiū, tametsi nō-
dum graue aliquod sitis & vrgens malum perpessi. Solent enī cruciatus immēsi p̃ acerbitate
nimia, & dolore intolerabili, vel earũ rerũ memoriã tollere, q̃ magnū in modū cõducerent.
Prouer. 3. Quæ nobis tanq̃ filijs loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam dei.] Non mo
do enim filios (inquit) his Solomon verbis alloquebatur, sed vniuersos qui possent eius dicta
percipere, & vosipsos præcipue his monitis castigabat vt filios.
Neq; fatigeris dum ab eo argueris.] Ingeruntur ergo & à dño tentationes, sed nobis vt D
prosint, non vt officiant. Nam idcirco tentari plerunq; nos sinit, vt & nostram tolerantiam
periclitetur, & coronis tandem condonet.
Quem enim diligit deus, castigat. Flagellat aūt oēm filium, quē recipit.] Fieri enim non
potest, vt quispiam sit, & deo acceptus, & vacet pressuris, & nihil patiatur aduersi. Dicet ali-
quis: Nonne & prædones & perditi homines affliguntur, erunt ergo & hi dñi filij? Nequaq̃.
Non enim oīs qui flagellatur (inquit) est filius, sed filius oīs qui & varijs modis tentatur, vel
flagris afficitur. Latrones itaq; non tanq̃ filij afflictantur, sed quia perniciosi sunt, cruciantur
Hic Paulus priori loco castigat posuit: deinde flagellat subiūxit, vt in disciplinam intelligas
filijs hæc adhiberi, non in odij & malignitatis vindictam.
Alias, in disciplina perseuerare. Si disciplinam sustinetis, tanq̃ filijs vobis se offert deus. Quis enim filius quem non corri-
pit pater? Quod si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt oēs: ergo adulterini estis,
non filij.] Vel ex his quidem, quæ illi argumento esse existimabant, sese fuisse à deo iam de-
stitutos, ostendit curæ hos deo esse. Si enim essetis (inquiens) pressurarum expertes, videre-
mini hauddubie adulterini & nothi, non filij. Quis enī parens illegitimis filijs, erudiendis or
nandisve studet? Vos itaq;, cum his estis malis oppressi, id sane ex his lucri obuenit, vt vitã
hāc nō effuse & indecore degatis, nec secus q̃dem q̃ iustiores illi & sanctissimi viri, quos pau
lo ante memorauimus, qui & dei dicti sunt filij, & cõprobati. Illud igitur p̃spicuum erit, nec
poterit q̃q̃ pacto refelli, deum & vobis sese vt filijs obtulisse, habereq; item vos curæ & men
ti, ne praui euadatis, & nil eruditi, eoq; & exhæredet & tanq̃ adulterinos eijciat.
Deinde patres q̃dem carnis nostræ habuimus eruditores, & venerabamur eos. Nū mul
to magis obtemperabimus patri spūum & viuemus?] Ex his rursum quæ nobis natura sug
gessit officijs, arguit habendam oīno esse hāc tolerantiã. Cum enī (inquit) à parentibus ipsis
q̃ carnem hāc genuere, erudimur, haud mediocriter istos reueremur, & castigantibus oblu
ctari, haudquaq̃ fas ducimus. Quin potius illorũ autoritate & reuerentia ducti, aīo æquiori
& placido quæcunq; intulerint sustinemus. Quanto magis erit necesse, vt castigantem deū
feramus? Aduerte aūt, quemadmodū non sustinebimus, dixit, sed subijciemur (vt græce ha-
bet (arguēs, subsistentis esse & deo aduersantis, nolle æquo aīo pati pressuras. Patrem autem
spūum vel donorũ dicit, vel potestatum quæ corpore carēt, vel q̃d p̃prius est aiarum. Nam
vt carnis genitores seiungeret spm̃ patri subiunxit. Et viuemus adiecit, vt ostendat inobedi
entem & contumacem, nec viuere, quidem, qui à deo sit alienus, qui vitam largitur.

Et illi

A Et illi quidem in tempore prauorũ dierũ.] Non enim carnis,inquit, parentes ad perfectionem vsq; erudire nos possunt,quandoquidem vel horũ interitus,vel filij ætas prouectior,vel eorundem contumacia sæpe & morũ peruersitas castigationi factura sunt finem. At deus,qui est sempiternus perfectiores potest castigando efficere.

Secundum voluntatem suam erudiebant nos.] Non enim quodcunq; patris arbitrium conducit & liberis. Nam & ad malas artes hos plerunq; erudiunt genitores.

Hic aũt ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationẽ eius.] Deus nanq; nobis vt cõferat castigationem inducit. Nec à nobis sibi vt aliquid vendicet,sed potius suam vt impartiat sanctitatem,hoc est puritatem,vt ad eius bona excipienda aptiores reddamur. Est igitur nil aliud diuina hæc eruditio,nisi sanctitatis participatio quædam. Quam qui fuerit adeptus,non solum sibi,sed alijs prodest. Animas nanq; factis dictisq; ad deum retorquet,nihil has sinens terrenis in rebus demergi.

Oĩs aũt disciplina,in præsenti quidem videtur non esse gaudij,sed mœroris.] Rursum à communi hoĩm opinione causas eruditionis desumpsit,aitq;: Oĩs quidem disciplina,vt diuina,sic & humana non gaudio videtur afficere,sed mœrore. Recte aũt videtur,dixit: Nõ enĩ verũ affert illa mœrorem,sed apparentem. Qui enim fieri id posset,quũ iucunditatem in posterum pariat? Sed nostri gratia,videtur,apposuit,qui ęgre disciplinam hanc ferimus.

Postea aũt fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitiæ.] Quidnã sibi vult cum patissimum,dicit? Nimirum non turbulentum,sed suauem & lenem. Nam qui mœrore afficitur,& animo obturbetur,necesse est. Qui vero gaudio,& lenitatẽ assequitur,& trãquillior est. Fructus vero hmõi iustitiæ erit. Deus enim cum iustior sit,his ꝓculdubio qui in hac vita mœrore & malis afficiunt,in futura quietem est allatur⁹. Aduerte aũt quemadmodũ exercitationẽ,quandam disciplinã appellat. Vtpote quæ fideles ipsos tanq̃ athletas quosdã obfirmet & validiores efficiat. Cur ergo inquit hanc vos declinatis, quæ animis vires adijciat?

Propter quod remissas manus & soluta genua erigite.] Haud secus ac apud athletas aliq̃s Esaiæ.35.
concionaretur & certatores,ex Iudæis fidelibus ista perscribit. Et in his sane Esaiã hic imitatur,arguens à proprioribus membris esse hos animo resolutos. Manus siquidem actionum præferunt argumentum,pedes motus. Desperantis itaq;,in primis animi organa dissoluuntur,deinceps & corporis quæ vt attollant,hortatur,& nil prorsus desperent.

Et gressus rectos facite pedibus vr̃is,vt nõ claudicãs quis erret,magis aũt sanetur.] Hæc
B qdem tãq̃ ad cursores aliq̃s differit,sicuti & superius dixit: Per patientiã curramus. Inq̃t igit Rectas facite τροχιὰς,quod gressus dixit interpres. Gręce enĩ τροχιὰ,vel currus impressum humi vestigiũ est,vel tellus ipsa cursorũ pedib⁹ cõculcata. Perinde ac inquiat: Sint velim viæ vr̃æ leniores & planæ,hoc est,nihil quod durum triste ve sit,& tortuosum,animis vestris insideat,sed leni gradu & neminem offendente decurrite. Ne quis claudicans erret .i. nemo vr̃m animo fuerit pusillo & intoleranti,cum à Iudæis ducatis originem, qui istiusmodi sunt. vel ne .s. circa futurorũ bonorũ spem & fidem e vobis quispiam sit incõstantior,& obliquis distortisq; incedat pedib⁹. Nam si aliq̃ cuiq̃ fiat ad ingenitã timiditatẽ accessio, ita vt nec seipsum sustineat,sed diffidentiæ,se totũ ꝑmittat,oĩno clam nescio quo pacto ꝓcumbens,in desperationis sese ꝓcipitiũ adiget, vnde erui haud facile poterit. Quin potius itaq; incumbite, inq̃t,vt ad sanitatẽ redeat quodcunq; in vobis mancũ fuerit,& claudicans .i. corrigite,siqua inerat vobis ad id tẽpis diffidentia. Nõ enĩ põt in eo qui toleranter ferat aduersa,incredulitas residere

Pacem sequimini cum oĩbus. Quod antea hosipsos monuerat,nolite,inquiens cõgregationes vestras deserere,idipsum & hoc loco commonefacit,vt inter hos mutuam conciliet charitatem. Quam vt non solum in domesticos & beneuolos seruent,hortatur,sed cum alienis & hostibus pacatiores sint,admonet. Ait itaq;: Cum oĩbus gentilibus .s. & Iudæis, vel his ipsis quos habetis infensos. Perinde ac si dicat: Quantum vestra intererit,cum vniuersis hoĩbus pacem seruate. Hac enim si mente fueritis,nil prorsus animo concidetis, cum mala vobis intentabuntur. Aduerte aũt cum sequimini,inquit,illud præferre,vel si longe pax ista absuerit,vt hanc comprehendatis enixe contendite.

Et sanctimoniam.] Id est,puritatem,& cœlibatum,siue quis vxore caruerit,& virginitatem tuetur siue hanc habeat,& continentiam seruet. Nec quia pro sanctitate nuptiæ habeantur,sed quia sanctimoniam sit per baptismum adeptus ineluibilem, ob legitimam co- 1.Cor.6.
pulam. Sunt quidem honorabiles nuptiæ non tñ sanctimoniæ seruatrices.

Sine qua nemo videbit deum.] Non enim aut fornicatores,aut adulteri,aut molles,aut masculorum concubitores,regnum dei hæreditabunt. Et dñs in euangelio: Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt.

Cõtemplãtes ne qs desit gratiæ dei.] Tãq̃ hos peregre & longius,& maximo cum comitatu ꝓficiscentes alloquitur,& sic inquiens,cõmonefacit: Cauete,ne quid ꝑ vos reliquũ fiat, vel aliq̃d ad iter necessariũ relinq̃t,vel quispiã ꝓficiscentiũ restet. Non enĩ id solũ deposco,

vt ipsi

vt ipsi quo tenditis,tuto perueniatis,sed vt comites etiam obferuetis,pdiscatisq; vtrū vobiscū iter faciant oēs,necne. Quod plane solet imbecillioribus euenire, qui præcedentiū vestigia psequi nequeunt. Cōtemplamini itaq; (inquit) & oculis collustrate,& si quem cernitis post terga relictum,nequaq̃ hunc negligatis. Gratiam autem dei fidem dicit,& optimum viuendi modum,& bona futura. Hæc nanq; omnia per Christū gratiam comparantur.

Ne q̃ radix amaritudinis sursum germinans,impediat vos.] Idipsum & in Deuteronomio positū est,q̃d e q̃dam plantaṛ est desumptū metaphora, Itidē fere & alibi scribit Apls,

Deut.32 1.Cor.5. cum inquit: Fermenti pusillū totā massam corrumpit. Quod dicere & hoc loco videtur sub inde inquiat: Nemo pmittatur in alioṛ pniciem praue agere, sed pcidēda est amaritudinis radix,i.pcti,ne producat ramusculos,hoc est,ne alios sui similes reddat. Quod aūt sit pctm̄ amarius,vel potius,q̄ nil magis q̃ hoc amarescat, cōpertum habet & exploratū,q vbi illud cōmiserint,à conscia & macerant,& corrodunt. Aduerte aūt, queadmodū non radicē dixit amarā,sed radicem amaritudinis. Potest nāq; vel radix amarior,suaues fructus producere.

Et p illam inquinent multi.] Nam viros sceleratos,cum segniores q̃dam & ad malum p cliues spectarint prauis incumbere facinoribus,hos imitari admodum concupiscunt. Hoc pacto,eoṛ inquinant animos. Quocirca ne id eueniat succidendæ sunt radices huiusmodi.

Gene.25 Ne quis fornicator aut prophanus,vt Esau,q propter vnam escam vendidit primogenita sua.] Arguit hoṛ nonnullos fuisse in fornicationem plapsos. Nec tñ hos retegit,q̄n potius eius rei ignaṛ esse se simulat, vt corrigant nondū patefacti. Vel pphanū dicit,vt Esau, quasi ventri deditum,& huius seculi rebus addictum,& inquinantem, quæ spūs sunt & conculcantem. Esau nanq; delatum sibi à deo primogenituræ honorem,alteri cibi gratia contulit. Est aūt istiusmodi inquinatio diuinorum contemptus. Ostendit præterea q̃ sit voracitas improba,& mala segnities. Siquidem qui primatum obtinuisset,sit inferior redditus,qa ferre nequiuerit cibi cupidinem,& nil prorsus eiusmodi obstiterit voluptati.

Gen.26. Scitote enim q̄m & postea cupiens hæreditare benedictionem,reprobatus est.] Tūc em̄ Esau fuit reiectus,cum istiusmodi locutus est pater, si dñm tuum illum constitui,tibi quid faciam fili? Nonnulli vero à deo fuisse reprobatum hunc dicūt, quia dei instinctu deceptus sit Isaac,vt Iacob illi benedictionem prius impartiretur,& sic Esau reprobari sit visus qui eadem illi paulopost efflagitarit à patre, vel à deo & patre, Est enim pspicuum Isaac patrem, Esau filium pro dei arbitrio reprobasse.

Non em̄ inuenit pœniæ locū,quanq̃ cum lachrymis quæsiuisset eam.] Dicet aliquis: Tollit ergo e medio pœniam Paulus? Nequaq̃. Cur igif(inqt) pœniæ locum non inuenit, q̃uis lachymās quæsiuisset? Primū intelligas velim pœnitentiam hoc loco benedictionem significare,deinde benedictionem hanc petiisse hunc q̃dem fateri Apostolum,sed modū in ea pe-

Ibidem. tenda nullum seruasse. Quod em̄ esse poterit pœnitētiæ argumentū,cū Esau ipse hæc iactet, Appropinquet luctus dies patris mei, & interficiam fratrem meum. Ob id itaq; pœniam non inuenit,quia non vt oportuit,depoposcit. Nam & si lachrymas fuderat, haud tñ erant

Gene.4 pœnitētiæ lachrymæ,sed liuoris & odij,& animi exacerbati,q minus æquo animo tolleraret præferri sibi germanū. Quemadmodū nec mœror q̃dem,quē Cain ille vultu ptulerat,pœnitentis fuerat,sed inuidentis. Vel forte pœnitentiæ locum non esse prudenter Paulus dixit vt eos qui nondum essent in aliquod scelus plapsi,terreret,cum inquit: Nullū esse grauioribus delictis pœnitentiæ locū, dispensatiōe q̃dam id agens,vt in timore saltē hos ipsos fideles contineat ne labant. Et si forsitan lapsos pspexerit aliqs,à lapsu reuocet,ne prorsus desperēt

Galat.4 sicuti & ad Galatas: Filij mei (inquit) quos iteṛ parturio quousq; formet Christus in vobis, Non itaq; hoc loco Paulus reijcit pœnitentiam, quippe quam sæpe alias prædicarit,sed fidentiores reddit ex Hebræis qui fidem acceperant, ne in posterum cadentes procumbant.

Exo.19.20. Nō em̄ accessistis ad tractabilem & accessibilē ignē,& turbinem,& caliginem,& pcellam & tubæ sonum.] Ostēdit hos maioribus esse malis obnoxios,si minus se pbeant patientes, & pollicenti deo haud secus diffidant,q̃ prisci illi & veteris testamenti sectatores. Aduerte aūt vt nostra hæc veterib^9 cōparet,pbetq; magis. Nā postquā hoc nr̄m, vetus illud excedere magnitudine pluribus patefecit,inducit nunc quæ & magna & mira vident,si priora illa spectemus,quæ & in Syna mōte sint gesta,decernitq; hæc pusilla admodum fore,& infima quædam,si nouū hoc spectes. Illis nanq; multæ & variæ inerant reṛ imagines, vt haṛ cōtēplatiōe obstupesceret populus. Ille infanti filis. Nā ignis eo offerebat vt legū latores idictas pferret pœnas,& terrorē statim incuteret. Nebula vero & caligo testamentū vet^9 illud pfigurabat,opertū adhuc pmanere,necdū fuisse tūc tpis reuelatū. Nā cū figurā noui pferret, liquet sane adusq; veritatis & Chri aduentū subobscuras fuisse significatiōes illas formas. Et cum nondū essent pro eaṛ significātia intellectæ, vt q̃bus q̃d deerat,occultū,haud dū oculis

Psalm.7 pateret humanis,portēdebat. Caligo em̄(inqt) sub pedibus eius. Atq; pcella excitabat. Hebræos,q tardiores essent,vt dei dictis & reb^9 mirādis intēderēt aīos. Tubæ vero adesse regē & deum

A & deum significabant, quod ipsum erit & in secundo Christi aduentu futurum.

Et vocem verborum. Quam qui audierunt, excusauerunt se ne eis fieret verbū. ⌋ Deus enim loquens exaudiebatur, vt fides latis iam legibus fieret, nec crederent Mosi verba esse, & viri mortalis. Deo nanque vox inerat horribilis quædā, sonora & tonans, Mosi vero gracilis & exilis. Vnde & vocem illi huiusmodi reformidantes, deum se nolle loquentem audire fatebantur, & Mosi dictitabant: Loquere tu ad nos, & non deus nobis loquatur. Exodi.19

Non enim portabant quod dicebatur, ⌋ Hoc est, quod à dei ore prodibat, quia esset horrisonū, nequibant auribus sustinere. Causam ergo hi obtulere, vt deus appareret in carne, vt percipi posset ab his & intelligi.

Etsi bestia tetigerit montem, lapidetur. Et ita terribile erat quod videbatur. ⌋ Demonstrat hoc loco noui excellentiam testamenti. Vetus nanque etsi nihil haberet quod sui præcelleret magnitudine, nec simile quicquam quo nouum hoc potiretur: formidini tamen erat & terrori, & adeo vt nec beluas fas esset montem attingere, id est, bruta animantia, quæ populus possideret. Nouum vero cum perfectiora contineat, nihil præfert quod horridum sit, sed in eo cuncta sunt mitia & periucunda.

Moses dixit, exterritus sum & tremebundus. ⌋ Si Moses, inquit, qui sub caligine subiit montem, ita extimuit, cur non debuit populus terrore comprehendi?

Sed accessistis. ⌋ Illi quidem monti nihil appropinquarunt, sed procul astabant. Vos vero ad hunc iam accessistis. Videtis ergo quanto hos interuallo præstetis.

Ad Sion montem & ciuitatem dei viuentis Hierusalem cœlestem, ⌋ Hoc est, Sina montem, qui & mente concipitur, & ciuitatē habemus, quæ item & animo potest & sensu complecti, hoc est, cœlum ipsum, non eremum aliquem vt illi, adiuimus.

Et multorum milium angelorum frequētiam. ⌋ Pro populo scilicet angelorum nacti iam sumus innumerabilem comitatū. Et pro timore sumus lætitiam assecuti. Id nanque cū frequentiam inquit expressit, Nam vbi vel hominū aderit multitudo, ibidem & hilaritas adsit necesse est. Erit itaque dies hic celeberrimus, qui tot angelorum frequentatur præsentia.

Et ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis. ⌋ Primitiuos, fideles appellat, qui vt deo iam dedicati, sanctiores etiam euasere, quorum nomina in libro vitæ conscripta sunt, sicut & dñs dicebat discipulis: Nomina vestra scripta sunt in cœlis. Et quoniam deus est om- Lucæ.10
B nium parens, huius & homines communiter vniuersi sunt filii, cuius & primitiui .i. primogeniti (quod græce habetur) erunt fideles digni quidem secundum præstestinationem, asciri in filios. Vel etiā credentes oēs dici filii poterūt. Primogeniti vero, qui deo & patri gesserint morem, & apud eundem sunt cum verbo, tum vita ingenua dona promeriti.

Et iudicem omnium deum. ⌋ Vel hoc loco eos perterrefacit, cum inquit, omnium esse, nec Iudæorum modo, sed fidelium etiam futurū hunc iudicem. Quocirca & vobis cauendum erit. Ostendit præterea, q̄ ipsi priscos illos ante stent, cum illi nec deū quidem loquentē potuerint sustinere, nec propius montem accedere. Ipsi vero vel iudicem ipsum .i. Christum, adierint. Pater quippe iudicat neminem, sed filio iudicium omne permisit.

Et spūs iustorum perfectorū, ⌋ Id est, proborū animas qui ad perfectionē euasere per fidē. Iohan.5 His eritis & vos hauddubie æternæ felicitatis consortes, si eorum fueritis vitam sectati.

Et testamenti noui mediatorem Iesum. ⌋ Non enim Mosen, qui fuit seruituti obnoxius, vos adiistis, sed Iesum dominum, qui noui mediator est testamenti.

Et sanguinis aspersione, ⌋ Hoc est, purificatione. Christi enim nobis sanguis aspersus & labibus plane detersit, & sanctos effecit.

Melius loquētem q̄ Abel. ⌋ Abel nanque illius effusus sanguis, hunc est in modum locutus: Gene.4 Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vel (vt diximus supra) & nūc sanguis hic loquitur, q̄a fama apud oēs & noīe celebrat. Sed dñi sanguis vocē clariorē emittit, & maioris significantiæ, cū ipsis ex rebus vniuersis inclamet se sanctitatē largiri. Vel alias quidē vocem hic edidit, cū mentē inuadit, quam integrā repetit, eandemque excitat & loqui cōpellit, spūs per gemitus quosdam loquitur ineffabiles & suauissimos. Vel etiam vt nonnullis videtur, Abel sanguis in germanum obclamitabat, Christi vero pro nobis patrem affatur.

Videte ne recusetis loquētem vobis. ⌋ Tunc enim videmini loquentē hunc recusare, cum eius promissis nullam fidē præstabitis, & omnem spem amiseritis. Quis enim loquitur nisi Christus ipse? Nam eius si sanguis verba fecerit, longe magis & viuere is arguetur.

Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terrā loquebatur. ⌋ Quid illi non effugerunt? Supplicium certe & perditionē. Super terram aūt loquentem Mosi dicit, vel deum ipsum descendentem e cœlo, sed per Mosen ad populum concionantem. Estque nanque in Sina monte locutus .i. quid esset Hebræis agendum, loquendo iniunxit.

Multo magis nos q de cœlis loquentē nobis auertimus. ⌋ Christū videlicet dē cœlo nobis loquentē, id est, qui vbi fuit assumptus, legē nobis per spm̄ dedit. Nec quia discrepantem

aut diuersam tulerit legem, hæc Paulus dicit, perinde aliam quandam nobis, vbi est in cœlū C
sublatus, statuerit legem. Sed modus ipse hanc statuendi videtur differre. Illam siquidē cum
esset in terris induxit, hāc in cœlum subuectus, vt diximus. Quo fit, vt magis sit ille extimes-
cendus. Quod aūt minus fuerit prior lex illa ab insequenti diuersa, audi quæ insequuntur.

Exod.19 Cuius vox mouit terram tunc.] Videsne eundem fuisse, qui tunc loquebatur, & qui nūc
Aggei.2. nobis e cœlo profatur. Vox enim eius tunc temporis, cum lex ferebatur, terram concussit.

Nunc aūt pollicetur, dicens: Adhuc semel & ego mouebo terram, nō solum terram, sed
Exo.19.20 & cœlum.] Bis terram apud sacras literas legimus fuisse succussam. Primum cum in monte
Psalm.75 Syna lex ferebatur. Nam & terram contremuisse, Dauid testificatur, cum inquit: Terra tre-
Matth.2 muit. Secundo, cum carnem Christus assumpsit, & venit in mundum. Commota est eñ (in
Esaiæ.19. quit) oīs Hierusalem, & quatiebātur manufacta Aegypti .i. sublata sunt, ne suos fallant culto
res, & deiecta est illorum potentia. Cum aūt semel dicit, post secundam arguit & tertiā fo-
re terræ quassationem, hoc est, cum seculum hoc euertetur, cum immutata oīa à corruptiōe
ad immortalitatem deniq; transferentur.

Quod aūt adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem, tanq̄ factorum.] Hoc est
corruptibilis naturæ immutationem, quæ mobilem in se naturam tanq̄ factorum .i. quæ vt
aliquid esset, principium sumpsit. Vnde & necessario finem sit habitura. Quodcunq; eñ cō
ditum est, liquido patet aliqñ cœpisse. Quocirca, quo ad eius naturam, & finem habet. Siqui
dem & angeli ipsi nequaq̄ sunt natura perpetui. Quippe qui nec principio careant, per gra
tiam tñ sunt immortalitatem adepti.

Vt maneāt ea quæ sunt immobilia.] Id est, bona futura. Cum enim corruptibilia ista im
mutabuntur, quæcunq; tñ sunt sanctis futura, nec corruptionem admittēt nec motū. Quip-
pe quæ nullam sunt vel translationem vel mutationem aliquando subitura.

Itaq; immobile regnum suscipientes, habeamus gratiam.] Cum itaq; (inquit) tot bonis
dignabimur, quæ nec transferri possunt nec immutari, & spiritalibus donis in pignus acce-
ptis, immobile regnum suscipimus, habeamus gratiam, hoc est, patienter aduersa feramus,
& nullus nos subeat dolor, si quam sumus in rebus externis iacturam perpessī, sed gratias il
li dicamus, qui bona nobis hæc contulit, & maiora est propediem collaturus.

Per quam seruiamus, placentes deo.] Per quam gratiā .s. cum gratos nos præstiterimus
tunc nostra deus oblectabitur seruitute, sciemusq; eundem esse nos & dñm consecutos. Sin D
aūt nullas illi, vti pro otio & rebus quietioribus, ita & pro aduersis & quietem nostram tur-
1.Cor.10 bantibus egerimus gratias, nec eum colere, nec placare poterimus. Idipsum fere & Paulus
Phil.2 idem alio in loco commemorat, cum nolite inquit murmurare. Et rursum: Oīa facite sine
Num.21. murmuratione. Quinetiam Israelitæ illi, quia in deum obmurmurassent, vt impatientes &
querruli in eremo conciderunt.

Deute.4. Cum metu & reuerentia.] Nil, inquit, vel imprudenter, vel petulanter loquamur. Quin
præferat velim exterior facies erga hoīes verecundiam, & in deum reuerētiam & pietatem

Etenī deus noster ignis consumens est.] Cum enim veteris testamenti vniuersa dixisset
formidinis esse & terroris plena, noui vero longe secus, ne mansuetudinem negligant, cum
metu & reuerentia, deo inquit, per nos agendæ gratiæ sunt. Siquidem qui pressuris & malis
afflictatur animus, si prorsus desperet, facerere imprudenter videbitur. Vel vestrę in deum
cultus, vt verecunde & reuerenter exhibeatur, necesse est. Deus nanq; hic noster, cum ignis
sit subinde consumens, erit à nobis omnino vrendus, ne veluti contemptores & sui nullam
habentes rationem, tollamur e medio, hoc igne absumpti. His præterea dictis & hos conso
latur, subinde diceret: Talem sumus dominū assecuti, qui possit aduersarios nostros vt ignis
absumere.

CAPVT XIII.

Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci.] Nō eñ
hæc vobis dixit comparate. His nanq;, vt apparet, potiti iam erant. Sed cū freque
tioribus vrgerent pressuris, in discrimen propemodū veniebant, ne de cætero vir
tes hmōi negligentius exercerent. Inquit igitur, maneat fraternitatis charitas &
stabilis sit, nec abscedere à vobis hanc sinite. Haud secus & hospitalitatis nolite obliuisci. Fi
eri eñ poterat, vt hi cum bonis fortunæ essent priuati, parcius forsan & raro, hospites & pe
regrinos exciperent. Et eos hortatur, vt prius cœperāt, hospitalitatem hanc prosequantur

Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis.] Ignorauerunt græce ha
betur. Eo nanq; processit hospitalitatis (inquit) officium, & libera peregrinorum susceptio
Gen.18.19. vt vel Abrahæ ipsi & Loth occasionem præbuerit vel ignorantibus vt angelos domi exci-
perent. Non enim sciebant angelos esse qui fuissent per se excepti hospitio, alioquin hono-
Alias, exce rifice hos* exciperet. Quod sane factum illos prouexit. Nam si non ignari hospitio angelos
pissent. admisissent, non eo fuissent magnitudinis euecti.

Memen-

A Mementote vinctorum tanquam simul vincti.]Qui enim cuiquam vinctus est charitate & fide, vel volens obliuisci non potest initæ necessitudinis. Vel vinctorum dicit, qui Christi ob fidem vel in carcerem essent coniecti, vel alijs quibusuis malis afficerentur.

Et laborantium tanquam & ipsi corpore commorantes.]Laborantes siue in carcere, siue esurie, siue alia quauis pressura. Nam qui reputauerit e patibuli carcere se esse abductum, ab eiusmodi sese eximet malis, si proximum fuerit commiseratus. Verebiturque ne & ipse in eadem illa incidere permittatur.

Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus.]Aduerte quoties de continentia hic disseruit. Nam & superius cum sanctimoniæ meminisset, hisipsis vtitur verbis, & rursum vsurus est cum de fornicatoribus & adulteris dissereret, in omnibus inquit. Non quia nuptiæ ætate prouectioribus minus conueniant, adolescentulos vero admodum deceant, sed cunctis ait honori sunt. Vel in omnibus, hoc est, quibusuis modis & quouis tempore. Nec quidem quia mœrentibus & afflictis connubium illud sit honorabile, otiantibus vero & prosperis in rebus agentibus minime. Nec quia alteram in partem honoratius sit, in alteram vero nequaquam, sed passim & cunctis in rebus honore est dignum.

Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.]Vel hoc loco connubium honorem assequitur: quippe quod adulteria interpellet, prohibeatque. Iudicabit autem deus, id est, condemnabit, & merito quidem. Nam si permissæ sunt nuptiæ, nil poterit fornicarius aliquis vel adulter, carnis illecebras excusare, sed iure excruciabitur. *Connubium honoratur*

Sint mores sine auaritia.]Neque enim, nolite bona hæc præsentia comparare, inquit, sed si vel hæc estis iam consecuti, haudquaquam fueritis illorum seruituti addicti. Sed ad liberalitatem bona huiusmodi habetote, & ita, vt si vel ex his est excidendum, nil ægre feratis. Quod ipsum & superius dixit, direptionem scilicet substantiæ vestræ libenter suscipite. Et quoniam multi vbi eorum fortunas exhauserint, iterato sarciendis incumbunt, excusantes velle se in alios esse beneficos, sic inquit: Sint sine auaritia mores. Vnde & ita subiungit. *Capit. 10*

Contenti præsentibus.]Ostendit quemadmodum hac ipsi possimus cupiditate vacare, si fuerimus scilicet contenti præsentibus, si nil præter necessaria naturæ quæramus. Nam qui plura quàm habeat, conquisierit, & accessionem facere rei familiari studuerit, is plane auidior erit & pecuniæ cupidus.

B Ipse enim dixit: Non te deseram neque derelinquam.]Non enim (inquit) ille mentitur vel fallit. Posset quispiam his dictis occurrere, quid ergo nobis erit agendum, si necessarijs rebus carebimus? Ait itaque ad hæc Paulus: Haudquaquam ita futurum est, nam deus per Esaiam sic fatur: Non equidem te derelinquam, facturus est hauddubie quæ pollicetur. Possent præterea ex Iudæis fideles, ad quos Paulus epistolam scribit, nec iniuria illud obijcere. Dic Paule, quibus nam præsentibus bonis contenti esse iam possumus, qui sumus in prædam dati, vt quibus direpta sunt omnia, & nihil sit reliquum? Ait itaque ad hæc Paulus: Licebit saltem vel satis hæc ducere quæ sunt vobis relicta, etsi tenuia sint & angusta, contenti tamen his sitis. Non enim vos ille qui dicit, nequaquam te deseram, deserturus est deus. Vel forte apostolus de rebus ad vitam hanc necessarijs disserit. *Iosue. 3* *Esaiæ. 49*

Ita vt nos confidenter dicamus: Deus mihi adiutor est, & non timebo quid faciat mihi homo.]Cum itaque istiusmodi sit deus præfatus, certiora erunt omnino quæ loquitur. Is nanque vobis est prospecturus, si mala illata patienter tuleritis. *Psalm. 117*

Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei.]Vel Thessalonicenses talibus commonefacit, vt eos vel maximo in honore haberent, qui sibi essent erudiendis præfecti. Et quemadmodum illi euangelium sibi prædicando impertirentur, ita & ipsi hos alerent. Id enim prætenditur, cum mementote inquit. Vel vt illos imitentur, quos habuisse præpositos suadet. *1. Thess. 5*

Quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.]Hoc est, enixius contemplantes. Vtque & pictoris discipulis in exemplar aliquod sibi propositum oculorum & ingenij intendit aciem, sic & vos sedulo exitum considerantes, id est, eorum conuersationem & vitæ finem, qui ad fidem vos instruunt, quod optimus sit futurus, imitamini illorum & fidem. A fide nanque integer viuendi modus emanat. Ni enim futuris bonis fidem hi præstitissent, & nihil hæsitantem, nunquam tam integre & sine culpa vixissent. Lenit præterea & istorum intolerantiam vel forte dogmatum fidem inducit his imitandam. Subsequitur itaque.

Iesus Christus heri & hodie, ipse idem permanebit in secula.] Apparet ex his fuisse nonnullos qui Christi fidem iam deprauarent, asserentes alium quempiam esse, non Christum ipsum venturum, vel eum quem ad id temporis Hebræi operiuntur. Ait igitur, Christum eundem esse heri, i. præteritis seculis, & hodie, id est, in præsenti, & in futura secula & infinita. Nec alterum quempiam hunc præter asserit esse venturum. Abijcite ergo errores huiusmodi. Vel, quemadmodum ille ductores vestros nunquam deseruit, sed tutatus est maxime, sic & vobis opem est allaturus. Est enim qui fuerat antea semper, & in præsenti permanet, & in æternum est permansurus.

Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. ⌋Variæ tunc quidē videnť cum ab alijs item C
Doctrinæ atq; alijs afferuntur doctrinæ. Peregrinæ vero, id est, à dogmatis rectitudine alienæ. Potest
peregrinæ nanq; varia esse doctrina, nec peregrina dici, eoq́; nec improbanda. Cū vero variæ fuerint,
q̃ dicanť. hoc est, aliter atq; aliter illæ ingestæ, & peregrinæ, à veritate scilicet ipsa dimotæ, tunc sane
erit magnopere ab ipsis cauendū. Veritas siquidē & simplex est, & in aliquod vnū intendit.
Abduci aūt & circumferri, in leuioribus vsurpatur quibusdā, quæ hac illac circumferuntur.

Bonum est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerūt ambulantibus in eis. ⌋
Hæc sunt profecto peregrinæ illæ doctrinæ. Arguit autem eos, qui Iudaicam ciborum ab-
stinentiam & obseruationem induxerant. Estis enim vos, inquiens, gratia, hoc est, fide stabi
liendi, reddendiq́; certiores, nil esse prorsus immundum & perpura esse credenti omnia. Est
itaq; fides hæc, non escarum obseruatio, necessaria. Qui enim à cibis præcauerint, id est, qui
in eiusmodi escarum obseruationem semper intendunt, perspicuum est nil hos profecisse,
vt qui extra veros fidei terminos diuagentur, & legi inseruiant prorsus inutili. Quid enim
commodi ex ea obseruatione assequebantur? Quandoquidem adeo essent flagitiosi, vt ne-
quirent sacrificiorum fieri participes.

Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiūt. ⌋Quo
niam minus esse cibaria dixerat obseruanda, ne & nostra facile possent contemni, quia nihil
huiusmodi caueant instituta. Et nos (inquit) obseruationem habemus, haud tamen in escu-
lentis hisce, sed in ara siue in hostia illa incruenta, & corpori vitam elargiente. Huius itaque
nil penitus licet sacerdotibus legis participare, quandiu tabernaculo seruiunt, id est, legis in-
stitutis, & figuris iam dissolutis & superuacaneis redditis. Nam istiusmodi aliquid, cum in ta
bernaculo dicit, prætendit.

Nume. 19 Quorū eñ animaliū infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpo
pora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suū sanguinē popu-
lum, extra portam passus est. ⌋Arguit quæ apud Iudæos pro veris creduntur, rerū esse figu-
ras, quæ ad fidem nostram hanc faciant. Atq́; nullius fuisse momenti hostias, quarū populus
particeps fieri prohiberetur. Nostri sacrificij nec legis, participant pontifices ipsi. Nam ve-
tus illud, nostrū hoc nouū præfigurabat. Et quemadmodū animantiū sanguinem, & q̃ pro
populi delictis offerebātur, in sancta pontifex deferebat, cadauera vero extra castra combu
rebanť, Sic Christus pro mundi peccatis perpessus, sanguinē quidem suū vt pontifex detulit D
patri, corpus vero patibulo est pro castris & extra vrbē infixū. Ait igitur: Pontifices vestri
qui immolationis hmōi memoriam factitant, domini sanguinē in sancta quæ apud nos sunt
in aram, tanq̃ in cœlū important, & idcirco legis pontificibus ipsis haudquaq̃ fas est ex hac
hostia edere vt qui alienigenæ sint, & mundi huius curam suscipiant. Nos vero & mundum
contemnimus, & hunc vt peregrini & aduenæ inhabitabamus.

Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. ⌋Cum enim mor-
tem sit Christus extra portam perpessus, concedamus & ipsi & hunc extra castra, hoc est,
extra mundum, improperium eius portātes, id est, eadem illa quæ ipse sustinuit, toleremus.
Foris ille vt noxius quidam & latro cruci affigitur, nec nos itaq; pudeat ex hoc mundo exce
dere, & honores & gloriam quæ mundi sunt, destituere, vel si ad ignominiam nobis id cede
re videatur. Simul etiam hos adhortatur, vti tolerantius ferant, quæ ab ipsis ingeruntur Iu-
dæis, siue contumelias inferant, siue bona diripiant.

Michæ. 2 Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. ⌋ Quemadmo-
dum sit extra portam & mundum hunc abeundum, confirmat. Non eñ quenquam habe-
mus in hoc mundo participem, quippe qui mansurus non sit. Erit itaq; nobis ex hoc, alio
concedendum, & futura ciuitas, cœlum videlicet conquirenda.

Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est fructū labiorū confitētium
nomini eius. ⌋Per ipsum inquit (tanquam per carnem) pontificem, offeramus laudis ho-
stiam deo patri, hoc est, gratiarū actiones. Agendæ nanq; per nos sunt gratiæ patri, q̃a filiū
eius tradiderit vt nobis sanctimoniam largireť. Hæc aūt eorū de causa intulit, q̃ infirmiores
essent & imbecilli. Istiusmodi itaq; laudis hostia & actio gratiarū, labiorū & confitentiū fru-
ctus, id est, eorū qui illius nomini confitentur. Fit itaq;, vt neq; istiusmodi immolationis li-
ceat legis cuiquam participare pontifici: quippe qui nequeat pro Christi sanguine gratias
reddere, nec ex illo sint sanctitate donati, quandoquidem in incredulitate perpetuo persistēt.
Aduerte aūt vt ad dicendum has gratias deo, hos ipsos compellat, vt nihil obmurmurent,
prohibeatq́; vel audax aliquod & temerarium verbū, per impatientiam fundere.

Beneficentiæ autē & communicationis nolite obliuisci. ⌋Vbinam gentiū sunt qui pau-
pertatem excusant, & nil quidpiam alijs impertiuntur? Intelligant vel summa inopia labo-
rantibus, & bonis omībus expoliatis, Paulum suadere, ne alijs benefacere obliuiscātur, &
eleemosynam stipemq; indigentibus tribuant.

Talibus

A Talibus enim hostijs promeretur deus.] Gratiarum scilicet actionis & beneficentiæ. Constat enim eum qui gratus sit,& liberalem esse, vt qui minus decliner conferre in alios bona,quibus sit ipse affectus.

Obedite præpositis vestris.]Hoc loco de episcopis disserit. Nā cū prius eos sic inquiens collaudasset,fideles & dignos quos imitentur,& eis vt vitę magistris intenderēt,obedite ad iecit. Nō igitur omi erit principi obtemperandū? Ita quidē, vel si nequior sit ille & improbus,modo ne fidē obturbet,vel hanc vt deseras cogat. In cæteris vero nequitiā exercēti parendū censuerim. Ait nanq; Quæcunq; dixerint vobis vt faciatis, facite: secundū aūt illoꝝ opa nolite facere. Idipsum & de his q corruptiori sunt fide,dixerat Paulus, cū illud intulit: Doctrinis varijs & peregrinis nolite circūferri. Quid ita? Quia q praue duxerit vitā,& alios vt nequirer viuāt,hortabit(pudore eñ offundit)suoꝝ scelerꝝ magnitudine, vt sua occultare facinora qbus poterit modis nitat,& latere existimat ei⁹ flagitia, si alios vt se imitēt indu xerit. Fit itaq; vt q in fide deliqrit & neqor sit, aliqd assidue moliat,qd afferat, vt fidē impugnet. Idipsumq; deductū in mediū,populo ꝓmulgabit, vt & ille eodem implicetur errore. Matth.23.

Et subiacete eis.]Cum enim subiacete & succumbite(inquit)enixe maioribus obsequendum esse demonstrat,& ad fidem nos instruentibus.

Ipsi enim vigilant pro animabus vestris tanq̄ rationem reddituri.]Intelligant qui alioꝝ sunt duces,& cæteris præ sunt. Quia quemadmodū necesse est, vt populus obsequentē se ꝓbeat & præsidibus ipsis morigeꝝ,ita & sacerdotē oportet vt alioꝝ animas curet,vel noctes ducat insomnes,vt populi saluti inuigilet,& q rōnem sit pro populi facinoribus redditurus.

Vt cum gaudio hoc faciant,& non gementes. Hoc enim non expedit vobis.]Si præpo sitis(inquit)succubueritis,& his gesseritis morem: leuabitis quidē id oneris q̄dcunq; ex vestri cura suscepta hos præmit. Quippe qui ex vestra hac facili obsequentia hilariores reddē tur. Si vero contumaces vos præstiteritis,& si vobis inuigilare nihil desistant, nec contumaciam hanc vestrā castigent, ingemiscendo tñ ad deū dolendoq; in vos proclamabunt, quod sane vestræ saluti minus conduxerit. Aduerte aūt quemadmodū haudquaq̄ aliter finat q ali is præsunt,nisi per lachrymas subditoꝝ in se vlcisci iniurias. Quippe quoꝝ lenitatē & tolerantiam vult culpa vacare. At discipulis ipsis pertinax illa & incastigata inobedientia,maio rem supplicij pyrā succendit,vt qui seueriorem in se concitēt indicē,deū videlicet,qui acer biora est supplicia illaturus. Quocirca haudquaq̄ illud est ægreferendum, quod discipuloꝝ

B contumacia gemitū afferat præceptoribus,& in contemptū his cedat. Sed verendum id potius erit & deplorandum,quia deo traduntur hi iudicandi,pœnas demum acerrimas luituri

Orate pro nobis,cōfidimus enim,quia bonam conscientiā habemus in oībus.] Cum ex Iudæis fidelibus plerique Paulum obtrectarent,quia destituendā esse pristinā legem doceret eo hunc & inuisum habebāt nonnulli,cuius odij gratia,nec eius nomē Apostolus initio epi stolæ huius adiecerat,præsertim cum compertum haberet hosipsos nec auditu quidem eius nomen laturos. Excusans itaq; & quasi odium purgans. Primum illos ꝓcatur, pro se orēt Quod vtiq; & ipsi solemus à beneuolis & fide cōiunctis deposcere. Deinde arguit se esse insontem,nec quidpiam deliquisse. In omnibus vero,hoc est,non solum in gentibus ipsis,sed alijs vniuersis. Ait præterea conscientiam se bonam habere,hoc est,puram & nitidā, nec se conscium esse praui his quidpiam consuluisse,nec malum aliqd attulisse, vel hos improbasse

Beneuolentes conuersari.]Hoc est,neminem studentes offendere,nec dissensionum cau sas serere. Nam & si illud asseuerauerim superuacaneam esse redditam legē,non vt legi infensus id dixi,sed legis potius induco nunc plenitudinem,& quæ illa præfigurasset,finem esse in Christo adepta. Quis ergo quod à lege defecerim me iure possit culpare,vel cur non potius beneficus dicor,qui vos ad perfectiora traduco,& ab vmbraticis illis legis figuris,abegerim?

Amplius autem deprecor vos hoc facere, vt quàm celerius restituar vobis.]Id sane dictum,vehementiorem quandam præfert Apostoli in hos charitatem, quod ita velit pro se illos ardenter orare & omni studio preces fundere, vt ocyus liceat sese illis restitui aditreq;, & cum ijsdem versari. Simul etiam arguit confisum se conscientiæ, percupere hos conuenire. Quod vtiq; haud quaquam optaret,si cuiuspiam sibi esset conscius mali.

Deus autem pacis.] Cum prius ab his preces efflagitasset,& honorē hisipsis vel ex hoc detulisset,orditur,& ipse pro his deprecari, perinde ac si dicat: Cum enim constet deum ha bere pacis vos autorem nequaquam vos decet inimicitias ex tenui auditione conceptas,in me exercere.

Qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium.]De resurrectione factum apud hos confirmat sermonem,ex Esaia propheta dicendi modum hunc sumēs. Magnum autem di xit,quia & esse alios constet inferiores, siquidem fuerint instructores plerique, vnus tamen præceptor sit & magister Christus. Esa.12.40. 63.

 C

In sanguine testamēti æterni dñm nostrum Iesum Christum.] Hoc est, ex mortuis hūc excitauit. Qui & mortem obiuit, & eius sanguinem fudit, vt nobis traderet testamentū non dissolutum aliquod & inane, quale legis est factum, sed sempiterne futurū. Vel suscitauit eum à mortuis, & in sanguine testamenti æterni. i. illo iam resurgente, eius nobis in testamentum datus est sanguis.

Aptet vos in omni opere bono.] Ostēdit aūt, & si bona sint opera iam ipsi adorti, in his tñ vt perfectionem adipiscantur, necessarium esse. Quod quidem vt assequantur, his cōprecatur. Aduerte quemadmodum nobis necesse sit, vt demus ipsi reb⁹ initium, à deo deinceps & finem cęptis his deposcamus.

Vt faciatis eius voluntatem.] Qui enim in omni opere bono perfectus deprehenditur, is sane dei exequitur voluntatem.

Faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum.] Fit itaq́, vt cum aliquid
ipsi quod rectius sit operemur, deus in nobis id peragat, per Christum Iesum. i. mediatore,
& cooperatore hoc vsus. Nec mirum quidem, si is qui ab initio nobis est operatus salutem,
in actione ipsa virtutum mediator efficitur, & patris exequitur voluntatem, collatis nobis,
vt quæ recta sunt peragamus, & virib⁹. Cum vero quod placeat (inquit) & se coram, statim
Psalm. 17. adiecit. Tunc enim haud dubie illis placemus, cum in dei conspectu boni videmur, non ho-
Esdræ. 1. minum. Quod & Dauid testatur, sic dicens: Secundum puritatem manuum mearum in cō-
spectu oculorum eius. Et Esaias: Auferte iniquitatem ab oculis meis.

Rogo aūt vos frates vt sufferatis verbum consolationis.] Vides q̄ nulli antehac scripserat Paulus, in præsentiarū his scribere. Non admonitionis dicit sermonē, sed consolationis verbū. i. exhortatiōis ad tolerātiā. Quippe q̄ oppressos & malis plerisq́ affectos alloquerēt.

Etenim perpaucis scripsi vobis.] Et si copiosius scripsit, perpaucis tñ & breuibus absoluisse se dicit epistolam, quia longe plura dicere concupisceret. Perinde ac si dicat: Et si collapsi animo estis, ferte tñ adhortantem me tolerantius. Neq́ enim quis poterit, & si prolixior hæc forte videatur oratio, dicta mea hæc refutare. Quod illis videmus contingere, q̄ moras nequeunt pati, & longiorem orationem fastidiunt.

Cognoscite fratrem nostrum Timotheū dimissum.] Eo Paulus his præfert Timotheū
quia hunc nihil odissent. Dimissum aūt dicit, vel quia in carcerem fuerat coniectus, & inde
Acto. 17 iam liberatus. Vel quia ex Athenis vbi antea fuerat dimissus. D

Cum quo (si celerius venerit) videbo vos.] Vel id quidem sat esse videtur ad illorum sedanda in Paulum odia, si quidem promptior sit cum discipulo sese ad eos cōferre. Forte etiam id fieri poterat, vt ab vrbe in Iudæam concederet, cum constet hunc fuisse dimissum, vt primum fuit à Nerone comprehensus, quemadmodum in epistolæ huius exordio diximus

Salutate oēs præpositos vestros & oēs sanctos.] Vide quanto hos prosequatur honore cum per illos & præpositis ipsis, & cæteris oībus impartiatur salutem. Fuisset enim decentius vt scriptis ad præceptores epistolis, horum interuētu reliquos appellaret. Hic tñ vir prudentissimus, vt infirmiores hos, & lenit & curat.

Salutant vos de Italia fratres.] Adeo vos (inquit) charitate complector, vt non solū ipse saluere vos iubeam, sed alios etiam induxerim ex Italia fratres, & ex tanta locorum intercapedine vosipsos vt colant, obseruentq́, & salutem impartiantur.

Gratia cum omnibus vobis, Amen.] Cum itaq́ communis sit huiusmodi gratia, cōmuniter etiam tam præsidentibus q̄ subiectis hāc Paulus comprecat̄. Gratia autem cum peccatorū dicit remissionē, tum animi puritatē, tum ipsam spiritussancti participationē. Verum quo pacto vobiscum est hęc ꝑmansura? Nimirum si nulli iniuriam intuleritis, si dignam hac gratia ducetis & vitam. Tamdiu enim hæc apud vos gratia manet, quandiu operibus bonis incumbimus. Euolāt autem statim, & procul abscedit, vbi eius instituta & leges, male viuendo deserimus qui nobis hanc contulit. Vellim itaq́ vos istiusmodi gratia vitam ducere non indignam, nec ad illius iniuriam viuere, qui vos tot bonis donarit, quin recta potius operando, eundem collaudare. Vt pateat tandem ex nostris optimis actionibus, & illatorum malorum in nos tolerantia, non ingratos hunc, gratiam hanc contulisse,

Amen.

EINIS.

¶COLONIAE IN AEDIBVS QVENTELianis, Anno domini, M. D. XLII.

¶Sequuntur aliquot errata. Primus itaq; numerus designat tibi folium, secundus faciem, tertius lineã, numerando & descendendo à literis in marginibus folioꝝ collocatis, deinde sequitur vera lectio. Folio.1.facie.2.linea.12.D.tamen vos deus.2.1.A.4.labentibus.2.2.C.17 cæteris vos.linea.20.C.largitor.3.1.B.28.immunditiæ, quippe cum ipsi.3.2.A.3.Adoratio vel latria.3.2.linea vltima, superioribus.4.1.A.11.omni sint iniquitate.Ibidem linea.24.alter quispiam.Ibidem.B.lin.8.Cum igitur nec.Ibidem.13.quia recta.Ibibem facie.2.lin.penultima, quæ legis sunt factitant.5.1.A.4.quæ legis sunt faciunt.Ibi.B.23.hos criminari.6.2.C 4.quæ instar.Ibi.10.quo ad peccata.7.2.1.valeant.Ibi.2.19.Nimirum vt.Ibi.23.cõstitutis. Ibi.D.24.fisus est viribus.9.2.C.6.vitam agit.10.lin.penult.non in vetustate literæ.11.2.D 6.obedientiam.12.1.A.18.destinatio.12.2.D.9.qui à deo videlicet.13.1.B.10.quantum simus gloriæ.Ibi.in eadem lin.& cteata omnia.14.lin.1.necesse est.16.1.lin.vlt.quia rebus.17.1.A 9.quia iusti.18.2.C.6.magis admonet.Ibi.26.à quibus sis.19.2.C.28.ad insipiẽtiam.20.2.C 21.lacessitur.